

# Notes du mont Royal



[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

FLAVII

JOSEPHI

Operum

TOMVS SECUNDVS.

Quo continentur

AUTHORIS VITA.

De Bello Iudaico LIBRI VII.

De Antiquitate Iudaeorum  
LIBRI II.

ΠΕΡΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ  
ΛΟΓΙΣΜΟΥ, seu de imperio rationis  
Lib. I.

Cum INDICE locupletissimo.



Ex Typographia

JACOBI STOER,

M. DCXL.

# Notes du mont Royal

[www.notesdumontroyal.com](http://www.notesdumontroyal.com)

Une ou plusieurs pages sont omises  
ici volontairement.

FLAVII JOSEPHI  
DE BELLO IUDAICO  
LIBRI VII.

INTERPRETE RUFINO  
QUILBIRNSE, AD GRAE-  
cum collati & emendati per Si-  
gismundum Gelenium.

P R O L O G V S.

**V**M bellum, quod cum populo Romano gessere Iudai, omnium maximum quae nostra atque vidit, quaque audiens perceperamus, civitates cum civitatibus, gentes, &c. cōmisiſſe cum gentibus: quidam non quod rebus interfuerint, sed vana ex incongrua narrantur sermones auribus colligentes, oratorum more perscribant: qui vero preſto fuerunt, aut statim sociis Romanorum obsequio, aut odio Iudeorum comprehendae. Historio graphi officium, & qua ratio ne res ge- b Josephus ipse bello Iudaico interfuit. **V**tra fidem rerum falsa conſiderent: ſcripsit autem eorum partim accusatio, partim laudatio continetur: nequam vero exacta fides reparetur hifloria: idcirco statui, quo retro Barbaris antea misi, patria lingua digesta, Graecam nunc his qui Romano imperio reguntur expomere, ego d Josephus Mata- shia

Nobis filium Hebraeum generes, sacerdos est Hierosolymus: qui ex initio cum Romanis conflixo, posteaq; gestu quoad necessitas exegit, interfici. Nam cum hoc, ut dixi, bellum grauiorum exortum est. Romanorum quidē populū domesticū mortuus habebat. Iudaonū autem, qui aucte validis, ex ingenio turbulentis erat, manus suā ac pecunia exigentes, ad eos temporeb. insolēter abusi sunt, sed prout nubilem magnitudine. hor poscidendarii spes, illas amissas grum parciū Orientis metus invaderet. Quaniam Iudai quidem cunctos et aquos qui trans Euphratēm essent, gentiles suos, secum rebellasse offe erat desiderat. Romanos autem ex frumenti Graeci irite abire: nec Germani quis fecerāt: dissensionūque plena erāt omnia. Post Neronē: ex multis quidē temporū occasione Imperium effectabatur: Incuria autē cupiditate exercitus rerum novanderū rupide erant. Itaque indigenas effecit, errantē in tauris reb. dissidentes Germanosq; aliosq; Parthos quidem, ac Babylonios, Arabumq; remotissimos. ex ultra Euphratēm genui nostri vinculari, itēque adiabētiae, urea diligētis ferre cognoscere, unde capiisset Hebrei. hōlū, quod non ēsq; alindib. conscripsisse, quod uero modo adscripsisse: Gracarēs qdē ex Romanorum aliquos, qui militiā fecerūt non effemī, figurantis sine adulatio[n]ib. capaces, uba nescire. Ac quis hystoriam addebat eam inscribere, qui protarba. (Et mihi quidem videtur) quod nūbel sibi referunt, et non de profecto dācideant. Nam dux Romanos vix

Neronē  
dissen-  
sionum  
omnia  
plena.  
b. Iosephus hi-  
storiam  
banc in  
ca lin-  
gua an-  
tea con-  
scripta

# PROLOGVS.

Bunt magnos offendere, Iudaeis recessentur, et in humiliatio[n]e discent. Non autem in rego, quoniam pacto magni esse condescendunt, qui patet super auersus. Et neq[ue] longi temporis eos praedet, quod bellum tractum est: neque multitudo dñis

<sup>a Roma-</sup> Romanorum, quā in ea militia labor exercuit et neque ducum magnitudinis: quorum a profecto gloria minime, si, cum multis pro Hierosolymis defudauerint, rebū per eos prospere gestis alii quid derogentur. Nec tamen ego contentionē Regis pro Hierosolymis de excellentium gentilium meos amputare decreui: sed facta quidem errorumque fame sole mendacis prosequar: dicta vero de factis reponam, dolori atque afflictioni mea in defendo: quid de die patria oladib[us] indulgens. Nam quia do- sogetur. mestis dissensionibus est eversa, et in contemptu sacrosanctum iustitiae Romanorum manu ag- ignem Iudaorum tyranni traxere, et quis est qui eam castauit, ipse b[ea]tus Casar Titus: per unum bel- b[Titi] et- lum miseratione quidem populum, quod à seditione popu- fissimoditerur: sapientē confutis diffirris p[ro]fici- lum mi- sserior- dia: sūo cōscientiā excidium. proracta objectionis spic- cio, ita nū modo bellū p[re]miserat venteres: Quod si quicquid aduersus tyrannos curiosaque latrocindia accusatoriē legas p[re]ceret, Sol patria misericordia nos gentem em calumniari praevertigem historie, dolori doniam tribuat. Ex omnibus enim, quā Rōmano imperio parant, solam nostram ciuitatem ad coniugis ad summum felicitatis fastigium con- duxerat, et nūq[ue] in extremis miseria deiiciūdū- di- misere

quique dominum post eisdem secula res aduersas, sive Calat  
 cum Indoarum calamitatem conferantur, super-  
 mitates  
 tates  
 mun  
 do con  
 dito, cib  
 ludorum  
 collatæ,  
 superæ-  
 tur.  
 omniū  
 à mun-  
 do con-  
 dito, cib  
 ludorum  
 collatæ,  
 superæ-  
 tur.  
 quoniam merito Gracorum di-  
 feros incepuerimus, quis autem nobis suamemo-  
 ria gestis, quarum comparatione praeerit a deo in Histo-  
 bella exiguae redduntur, indices resident alioquin riogra-  
 phi Gra-  
 facundia de cruentis: quorum esti doctrinā su-  
 peravimus, propositu saeculari. Ipsi vero Affyri et  
 Iudaicū  
 et Mediorum gesta proscripti, Selues maxime tamen silentio-  
 ip scribendo ratiunculum sibi cedant, quoniam reuni-  
 emus sententia. Erat enim sanguineque studium,  
 qua sedisset facta, conferibere: quoniam et interfratres rebmagetu, et efficaciter quod promis-  
 sebas, impleres, menemque apud scientes sub-  
 missum esse videretur. Enimque nova quidem  
 negat ante cognitam memoriam traditam, sive que so-  
 parates commendare possemus laude ac testimo-  
 nio dignum est. Industriae cuncte habent, non riogra-  
 phi qui alienam dispositionem atque ordinem trahunt  
 sive quidem  
 fortis, sed qui noua dicendo eriam corpus pro-  
 prium conficit historia. Sed ego quidem sumptu-  
 ac labore maximo, qui cum sim alienigena, Gra-  
 cis simul et Romanis gestarum rerum memo-  
 riam repono. Ipsis autem indigenis, ad quasque  
 quidem ac litteris, organicasque lingueque soluta

# PROLOGVS.

funt. Ad historiam vero, in qua verum dictum est, summaq. ope negotia colligenda sunt, obmutescunt: concessa infirmiorib. meq. scientib. licetis scribendi res à principibus gestas. Honora-  
 e Historia veri- tur a itaq. apud nos historia veritas, qua à Gra-  
 tias negligitur. Ab origine quidē Iudaos reperi-  
 negli- re, qui fuerint quōde pacto ab Egyptiis disces-  
 ferint, quāsq. regiones errando peragrauerint, ut  
 tur. quam vel quones incoluerint, & quemadmodum  
 inde migrauerint, neq. huius esse tēporis, & prae-  
 terea superuacanum extinximur: quoniam multe  
 ante me Iudaorum de maioribus huius gentis  
 Gerisima composuerunt: & nonnulli Graciorum  
 quicilli scripsérat, patria hoco prosecuti nō mul-  
 tum à veritate deniarunt: ex eo autem historia  
 principium sumam, quo scriptores eorū & Pro-  
 pheta nostri desierunt. Et bellum quidem mox  
 temporibus gestum latius quāque postero dile-  
 gencie referam: quia vero etate mea sunt anti-  
 quaria, summatim breviterque percurram. Quo-  
 modo b. Antiochus cognomento Epiphanes, de-  
 chus Epi- mōta penitus Hierosolyma, cum trienniū sexq.  
 phanes monses cārennisset, ab Asamonei filiū expul-  
 bellī Iu- fūt. Deinde quod eorum posteri dē regno disce-  
 daici sententes, ad res suā occupandas populu Ro-  
 fons & manum Pompeiōmque traxerunt: quomodoque  
 autor. manum Pompeiōmque traxerunt: quomodoque  
 c Epito- c Herodes Antipater filius, eorū potētia finem  
 me belli fecerit; auxilio Sōsis. Tum quomodo Herode  
 Iudaci. mortuo, plebis in eos occa seditio est; Augustū  
 quidem impetrante Romanis, Quintilio autem

Vero proximera obirentur. Quodq; bellum anno  
 undecimo imperij Neronis eruperit: quamque  
 multa per Cestium acciderunt: quamq; ad pri-  
 mos imperios armis Iudas peruerserint: quoque  
 modo accolae permunierint: Et quod Nero pro-  
 peer accepit Cestij ductu clades summare im-  
 tuens, Vespasianum bello proposuerit: et quod  
 is cum maximo filiorum Iudaam intraverit,  
 quamunque Romanorum exercitum ducens:  
 quamque manus auxiliorum per omnem case  
 fuerit Galilaam: et quod eius ciuitatum quas-  
 dam se cepit, alias deditione. Vbi etiam Ro-  
 manorum in bello disciplinam, curisque rerū,  
 et virisque Galilae spacia et naturam finē-  
 que Iudae, necnon et peculiare terra qualita-  
 tem, lacusq; et fontes, captarūque ciuitatum  
 mala, cū fide sicis fidei, aut perculi, expediam.  
 Nec etiam miseras meas colauerim, cum scien-  
 tibus eas relatura sis. Deinde a quod iā fessis a Signa-  
 tribus Iudaeorum, Nero quidem mortem obicerit: & muta-  
 vespias, imperij causa retrahens: post obi-  
 de hoc es coegerint, Romaque mutassones: et ronis.  
 quod iniuriam à militesim imperator declaratu-  
 sis: Et quod eo disponenda res publica gratia in  
 Egiptum digresso, Iudaeorum statim seditions-  
 bus agitatus sis: quoque modo tyrannis succubue-  
 rent, corumque inter se discordias monerint. Et  
 b quod ex Egipto Titus reuersus, bis Iudeorum sedit.  
 fides ingressus sis: quoque modo exercitū, et quo

b Hieros  
solyma  
Titus ob

# P R O L O G V S.

in loco congregauerit: vel qualiter, ex quo  
 ciuitatem afficeris ipso presente sedis. Aggres-  
 sus quoque numerosos, et quantes erexeris ag-  
 geres: triunque minorum ambitum & magni-  
 tudinem, siue mensuram, ex munitionem ciuita-  
 tis, ex famili templique dispositionem: ad hac ar-  
 etudio-spacium, mensuramque verissime dicam: festo-  
 sum mo tamquamque dictum mores aliquos, sepe cimqua-  
 res & lu lustrationes, ex munia sacerdotum. Is emq. pos-  
 stratio- sacrifici vestes, sanctag. templaque modi fuerint;  
 sine aliqua dissimulacione vel adiectione memo-  
 & Roma- rabo. Narrabo deinde ex tyrannorum in suis gen-  
 dorum cibis crudelitatem, Romanorumq. h. in alienigo-  
 in Iu- nis humanitatem, quisque Titus, ciuitatem  
 daxos hu simul ac templum formare cupiens, ad concordia  
 manitas. fuxera disidentes provocans. Dixeram vero  
 populi vulnera & calamitates quamque multa  
 mala nunc bello, nunc seditionibus, nunc fame  
 perpetra, postea capta sunt. Nec vero aut perfuga-  
 runt clades, aut captiuorum supplicia praetermis-  
 e incen- tam: vel & quemadmodum contemptum inuito Cesa-  
 dium te- re conflagravit: quamque multa opes sacra-  
 pli ac ci- flama rapta sunt: ac totius, qua reliquerat, ciuit-  
 uitatis. atis excidium: ex qua praecesserant portentas,  
 atque prodigia, vel ex tyrannorum captivitatem,  
 vel qui servitio abducti sunt, multitudine: aut  
 & Roma- cui quisque fortuna sit distributus: ex quod Ro-  
 norum mani quidem belti reliquias persecuti sunt, deu-  
 de Iu- torumq. munimina fundit evenerunt, Titus ve-  
 dax. superagras a regione cultar regione, cunctaque  
 sedis

vedicium in Italiano, ac triumphis. Hac anno. a Historia  
mia septem libris comprehensa, admixta no-  
nū superationem à verum scientibus, & qui  
bello interfuerunt, sustineam, studiosis Verita-  
tis magis quam Voluptatis perscripsi. Nar-  
rare autem iustius faciam hoc ordine,  
quo capitula sunt digesta.



# FLAVII IOSEPHI DE BELLO IVDAICO LIBER I.

## SVMMA CAPITVM LIBRI I. DE BELLO IVDAICO.

- I. De vastatione Hierosolyma ab Antiocho.
- II. De successionibus Principum à Ionasha usq;  
ad Aristobulum.
- III. De Aristobulo, Autigono, Iuda Essao, Ale-  
xandre, Theodoro & Demetrio.
- III. De bello Alexandri cum Antiocho & Are-  
ta, deque Alexandre & Hyrcano.
- V. De bello Hyrcani cum Arabib; & expu-  
gnatione Hierosolyma.
- VI. De bello Alexandri cum Hyrcano & Ari-  
stobulo.
- VII. De Aristobuli morte & bello Antipati con-  
tra Mithridatem.
- VIII. De accusatione Antipati apud Caesarum, de-

poniscatur Hyrcani & Herode bellum me-  
nante.

- IX. De Romanorum dissidij post mortem Cesa-  
ru, & infideli Malichi.  
X. De Herode accusato & vindicato.  
XI. De bello Partiorum contra Iudeos & fuga  
Herodii ac fortuna.  
XII. De bello Herodii & Romae redemptio pro His-  
trosolyma, & contra laciones.  
XIII. De morte Iosephi & obsidione Hierosolyma  
per Herodem, & Antigono occiso.  
XIV. De infideli Cleopatra in Herodem, & Hero-  
di prælio contra Arabes & ingenui terra-  
mori.  
XV. Herodes exaltatus in regnum.  
XVI. De urbis & adficijs in Harranatu &c. con-  
ditu ab Herode, deque magnificencia qua  
us est erga exteris gentes, eiusque felici-  
tate.  
XVII. De dissidio Herodii cum filijs Alexandro &  
Arystobulo.
- 
- An. mundi 2711. De conspiratione Antipatri contra patrem.  
3803. XIX. De veneno Herodi patris, & quomodo com-  
pereum sit.  
Anno Chri-  
stum nat. 161. XX. De Antipatri in Herodem malignis studijs  
deprehensis & vita.

Antiq. lib. xxii. De aquila aurea, morteque Antipatri & He-  
rodii.

a. Antiochus  
a Thobie fi-  
lijs mortuus cu  
exercitu in  
Iudaam ir-  
rumpsit, ac  
Hierosolyma denin-  
cis. De vastatione Hierosolyma ab Antiocho.

### C A P. I.



Vix potentes Iudeorum inter se  
dissiderent eo tempore, quo de tota  
Syria cu Ptolemao Sexto Antiochus,  
qui Epiphanes dictus est, ambigerat  
(etiam autem illis contentio de potentia, quod  
bono,

honoratis quisque grauiter ferret similib. sub. An. mundi  
380.  
 jugari) Onias quidam è Pontificibus postquam  
 prævaluit, Thobit filios expulit cimitate. Ibi Ante Chri.  
fusione ill.  
 autem supplices ad Antiochum configerent. fusione ill.  
 petentes, ut ipsis ducibus in Iudeam irrumperet. 162. 3.  
 Id que Regi persuasum est, iam pridem sic Antiq. lib.  
15. cap. 4.  
 animato. Quare cum magnis militum copiis e-  
 getius, & cimitatem fortier expugnatam ca-  
 pit, & maximam eorum multitudinem quibus  
 Ptolemaeus chariot etat, interfecit. Datq; pas-  
 sim militibus praedandi licentia, ipse & tem-  
 plum spoliauit, & quotidiane religionis assi-  
 diuate in per annos tres sexque menses inh-  
 buit. Pontifex <sup>a</sup> autem Onias effugit ad Ptole- a Onias Pon-  
tae accepit que ab eo in Heliopolitana præ- tifex ad Pro-  
fectura solo, ibi oppidum condidit Hierosoly- lemaum of-  
ficiis simile, templumq; ædificauit, de quibus fugit.  
 iterum opportunè referemus. Veruntamen <sup>b</sup> Antiq. lib.  
 Antiocho neque præter spem deuicta ciuitas, 12. cap. 7.  
 neque populatio, neq; tantæ cædes satis fuere: b. Antiochus  
 sed iat temperantia virorum, eorumque memo- mores. Ia-  
 ria quæ in obsidione pertulerat, ludos cogere daeos ab-  
 scœpit, ut abrogato more patro, nec infantes rogar.  
 suos circumcidenter, porcosque super aram im-  
 molarent. quibus omnes quidem aduersabatur,  
 optimus vero quisque propterea trucidabatur.  
 Et <sup>c</sup> Bacchides præfidiis ab Antiocho præposi- c. Bacchides  
 tus, ad naturalem crudelitatem suam præceptis in Iudeos  
 impiis obsecundans, omnimodæ iniquitatæ ex- crudelitas.  
 cessit: cum & singulatim viros honorabiles ver- Antiq. lib.  
 beraret, & cœmuniter quotidie specie capiæ vr- 1. cap. 7. 8.  
 bis exhiberet: donec eos atrocitate incomodo-  
 rem, qui ea patiebantur, ad viadictæ audacia in-  
 irritauit. Deniq; <sup>d</sup> Mathathias Asamonæi filius. <sup>e</sup> In Græco  
 unus ex sacerdotibus, ex vico cui nomē Modin texiu est  
 est, cū manu domestica (nā quinque filios habe- Matthias.  
 bat) luctis armatus, Bacchidem occidit: & statim

**a. mundi;** quidem præsidiorum multitudinem veritus, iñ  
3802. montes refugit. Multis<sup>3</sup> verò ex populo sibi so-  
**b. Chri-** ciatis, recepta fiducia descendit: commissioque  
**c. summis.** prælio, superatos duces Antiochi ex Iudeæ fi-  
nibus exegit. Secundis autem rebus potentiam

**d. Marathias** nactus, sùssque volentibus quodd ab alienigenis  
**e. multis fibi** eos liberasset, imperans, moritur reliquo Iudeæ  
**f. sociari An-** principatu, qui filiorum suorum natu maximus  
**g. tiocho bello** erat. Ille autem (nec enim cessaturum existima-  
**i. infero.** bat Antiochum) & indigenarum cōflauit exer-  
citum, & cum Romanis primus amicitiam pe-  
pigit: Antiochumque Epiphanem iterum in fi-  
nes suos ingredientem vehementissima percus-  
sum plaga repressit. Adhuc autem feruente vi-  
ctoria, in præsidia ciuitatis impetum fecit: ne  
dum enim cæsa fuerant habitq; conflictu, mi-  
litites de superiori ciuitate, quæ pars sacra dici-  
tur, ad inferiorem compellit. Pano autem poti-  
tus, & locum purgauit omnem, murisque cinc-  
xit: & vasa noua diuinis rebus curandis fabrica-  
ta, in templum intulit, veluti prioribus profa-  
natis: aramque aliam ædificauit, & religionibus  
dedit initium. Sacro b autem ritu vix ciuitati  
reddito, moritur Antiochus. Regni autem eius,  
& in Iudeos odij filius Antiochus hæres exsti-  
tit. quare c coætis peditum millibus l. equitū  
autem propè v. millibus, LXXX. verò elephantis,  
montana Iudeæ per partes aggreditur. & Beth-  
suram quidem oppidum capit. in loco verò cui  
Bethzachariæ nomen est, quâ transitus erat an-  
gustior, Iudas cum suis copiis occurrit. & prius  
quâm congrederentur agmina, Eleazarus<sup>d</sup> fra-  
ter eius, prospecto præter alios excelsa elephâ-  
te, turisque maxima & munimentis aureis or-  
nato, illic Antiochum esse ratus à suis procul  
excurrit: ruptaque hostili acie ad elephantum  
usque peruenit. sed illum quidem quem Regem

**b. Antiochus**  
moritur, &  
principacum  
**c. Antiocho**  
filio relin-  
quit.

**d. Antiochus**  
post patrem  
obitum sumo  
numero se  
exercitu Iu-  
daorū fines  
ingreditur.

**e. Antiq. lib.**  
12. cap. 14.

**f. 15.**  
**g. Eleazarus**  
ab Elephan-  
to oppressus  
moritur.

esse

esse opinabatur, contingere, quod multum su-  
peremineret, minimè potuit, beluā verò in al-  
uo percussam super se deiecit, & obtritus inter-  
iit: nulla alia re gesta, nisi quod magnum opus fūm̄ nat.  
aggressus, vitam gloriæ posthabuit. qui tamen  
regebat elephantum priuatus erat. & <sup>a</sup> si casu in  
eo fuisset Antiochus, nihil plus Eleazaro præ-  
stisset audacia, quam ut sola spe præclarari faci-  
oris mortem videretur oprasse. hoc autem fra-  
tri eius totius prælij præsigium fuit. nam forti-  
ter quidem Iudæi diuq; deceratunt: sed à Re-  
giis secunda fortuna usq; numerisque præstan-  
tibus superati sunt: multisq; interfectis Iudas  
cum cæteris in Gophoniticam toparchiam re-  
fugit. Antiochus <sup>b</sup> autem Hierosolymam pro-  
fectus, ibique dies paucos commoratus, penuria ad Hieroso-  
lymam pro-  
quantum satis esse arbitrabatur: cætera veò fieri,  
multitudine ad hyemandum deducta in Syriā. prædiūm  
Discessu autem Regis Iudas non quiescebat: ibi relin-  
sed accessione multorum suæ gentis animatus, quis.  
aggregatis etiam quos ex prælio receperat, apud Antiq. lib.  
vicum Adasa cum Antiochi ducibus congregati.  
tur: factisq; fortibus in prælio cognitus, multis c Iudas cum  
hostibus interfectis occubuit. & in diebus pau-  
cis frater eius Ioannes occiditur, insidiis eorum cibis congre-  
captus, qui cum Antiocho sentiebant. <sup>Antiochi du-</sup>  
<sup>dirur & no-</sup>  
<sup>cidiunt,</sup>

### De successoribus principum à Ionatba usque ad Ari Stobulam.

#### CAP. II.

**C**Vm autem successisset ei frater Ionathas, &  
in aliis quæ ad indigenas pertinerent, can-  
tus se ageret, suamque potentiam Romanorum  
amicitia corroboraret, Antiochi quidem filio  
reconciliatur, non tamen horum cù quicquam  
Antiq. lib.  
n. cap. i.

FLAVII JOSEPHI

ad mundi profuit ad depellendum periculum. Namque

<sup>3805.</sup> Tryphon tyrtannus, Antiochi quidem filij toror, ante Christum sed insidiis eum captans, & præter hoc amicis stimuntur. nudare cupiens, Jonathan cum ad Antiochum

<sup>159.</sup> paucis comitatus Ptolemaida venisset, dolo alonibus & comprehendit. eoque vincto contra Iudeam

Tryphonem traxit exercitum. unde repulsus a Simone Jonathan fratre, quodque ab eo superatus esset, iratus eundem Jonathan interfecit. Simon autem fortiter regendis rebus intentus, Zara qui-

Antiq. lib. captus inser. & Accaron sub. &is præsidis: aduersusq; Try-  
us. cap. 9. phoneni Antiocho auxilium præbuit. qui Do-

ram ante expeditionem quam in Medos fecit, obsidebat. Sed Regis auditatem satiare non po-  
tuit, quamvis neci Tryphonis suam quoq; ope-  
ram adhibuisset. Non enim multo post Antio-  
chus Cendebeum ex ducibus suis ad vastandam

Iudeam opprimendumq; Seruitio Simonem cum exercitu misit. Ille b autem quanquam se-

Cendebeo. minor erat, bellum tamen iuueniliter admini-  
strabat: & filios quidem suos cum validissimis

Præmisit, parte verò multitudinis comitatus a-  
lio latere aggreditur: multisque per multa loca

insidiis etiam in montana dispositis, in omnibus  
superat. clarissimaque potitus victoria, Pontifex

c. Simon in declaratur: & ducentos septuaginta post annos

flugis Ptolemaeos liberat à dominatione Macedonum.  
mai generi sed & ipse perire in coniuvio, captus insidiis

sui captus & Ptolemæi generi fuit: qui eius coniuge duobus  
interfelle. que filii in custodiam conclusis, certos misit,

d. Ioannes ut d. Ioannem tertium, cui etiam Hyrcanus no-  
qui & Hyrcanus fuit, interficerent. Cognito autem impe-

rebus Simeone qui patabatur, adolescens ad ciuitatem pro-  
pria filius. perabat, multo populo fretus, & propter me-

Antiq. lib. moriam paternæ virtutis, & quod iniquitas

13. cap. 14. Problemi cunctis esse inuisa. vobis autem Pto-

Iemæus etiam alia porta ingredi ciuitatem, sed à populo reiectus est, qui maturius Hyrcanum suscepserat. & is quidem statim recessit in quoddam ultra Hierichunta castellum quod Dagon vocatur. **Hyrcanus**<sup>a</sup> autem paternum honorem

*An. mundi  
3831.*

*Ante Christum  
sumnat.*

*113.*

Pontificis asssecutus postquam Deo sacrificia reddidit, velociter Ptolemyum petit & matri simul & fratribus adiumento futurus: castellumque aggressus, aliis quidecum rebus superior erat, iusto autem dolori cedebat. **Ptolemaeus**<sup>b</sup> enim quoties premeretur, matrem eius fratresque in murum productos, palam ut possent conspici, verberabat: eosdemque precipitandos, nisi quam primum recederet, minabatur. Vnde **Hyrcanus** quidem plus timor ac misericordia, quam iracundia commouebat. Matet vero eius nihil plagiis aut intentata nece perterrita, manus pretendens, filium precabatur, ne vel suis fractus iniuriis, parceret impio: siquidem ipsa sibi mortem à Ptolemyo propositam immortalitate duceret meliorem, dummodo ille poenas eorum, quæ in domum suam contra fas admisisset, expenderet. Ioannes autem nunc obstinationem in attriti cogitans, ac preces eius audiens, ad irruendum impellabatur: modò verberari eam, lacerarique conspiciens, effeminabatur: totisque plenus doloris erat. Ob hæc autem diu tracta obsidione, feriatus annus aduenit: quem septimo quoque circuitu redeuntem, apud Iudeos cessare moris est, exemplo septimorum dierum. Et in hoc Ptolemaeus obsidionis requiem nactus, fratribus Ioannis vna cum matre occisis, ad Zenonem confugit, qui Cotylas cognominatus est, Philadelphiaz tyrannum. Antiochus autem ob ea quæ per Simonem passus fuerat, Iustus in Iudeam ducit exercitus: ibique assidens Hierosolymis, Hyrcanus obsidebat.

*c Ptolemaeus*

*fratres Ioan-*

*nis vna cu-*

*matre occis-*

*dus.*

An. mundi 3839. Ille autem patefacto sepulchro Dauid, qui Regum ditissimus fuerat, ablatisque inde pecuniae plus quam tribus millibus talentorum, & Antiochus persuasit, datis eis trecētis talentis ab ob-  
 sidione discedere, primūsq; Iudeorū priuatis  
 opibus alere peregrina cœpit auxilia. Rursumq;  
 tamen quando Antiochus contra Medos bello suscep-  
 to tempus ei vindictæ præbuit, confestim aduersus ciuitates Syriae perrexit, vacuas propugnatorib[us] esse ratus: quod & verum fuit. Me-  
 dabam quidem & Samaram cum proximis, nec non & Sichimam, & Garizim ipse cepit & su-  
 per his Churborum gentem, adiacentia fano-  
 loca incolentium, exemplo eius quod est Hi-  
 erosolymis, ædificato. Cepit autem & Idumam  
 non paucas alias ciuitates & præterea Doreon  
 & Marisan. In Samariam vero usq; progressus,  
 ubi nunc est Sebaste ciuitas ab Herode Rege  
 condita, ex b[ea] omni eam parte concludit: filios-  
 que suos Aristobulum & Antigonom obsidioni  
 præfecit. Quibus nihil remittentibus ad hoc fa-  
 mis penuria qui erant intra ciuitatem venerunt,  
 ut etiam insuetam carnem cogerentur attinge-  
 re. Igitur Antiochum adiutorem sibi aduocat,  
 Spondium cognominatum, qui cum prompta  
 eis voluntate paruissebat, ab Aristobulo & Anti-  
 gono superatur. & ille quidem ad Scythopolim  
 usq; persequentibus eum memoratis fratribus  
 effugit: hi vero in Samariam reuersi, & multi-  
 tudinem iterum intra murum concludunt, &  
 expugnata ciuitate ipsam diruunt: & habita-  
 dimes, eius tores eius captos abducunt. Prosperè autem ge-  
 que babura. stis ita cedentibus, alacritatem refrigescere no-  
 tores abdu- fanebant: sed cum exercitu Scythopolim usq;  
 progressi, & ipsam peruerserunt, & agros intra  
 Antiq. lib. Carmelum omnes inter se paciti sunt.  
 33. cap. 17. De

*De Ariphobulo, Antigono, Iude Efferio, alle-  
xandro, Theodore & De-  
meirio.*

*Anno mundi  
3861.  
anno Chri-  
stianus.  
103.*

## C A P. III.

**S**ecundarum autem rerum Ioannis & filio-  
rum eius inuidia seditionem gentilium con-  
citauit, multique aduersus eos collecti non qui-  
escebant, donec aperto bello deuicti sunt, reli-  
quum <sup>b</sup> verò tempus Ioannes cum fortunatissi-  
mè viueret, & optimè rebus per annos triginta  
& tres administratis, & quinq; filiiis relictis mo-  
titur: vir planè beatissimus, & qui nullam de-  
disset occasionē, cur eius causa de fortuna quis-  
piam quereretur. Deniq; tria vel maximè præ-  
cipua solus habebat. nam & gentis princeps, &  
Pontifex erat, & præterea propheta: cum quo  
Deus ita colloquebatur, ut futurorum nihil pe-  
nitus ignoraret: quinetiam de duobus maiori-  
bus filiis suis, quod rerum domini permanensi  
non essent, prænidit atque prædictit. quorum vi-  
ta quis fuerit exitus, narrare non indignum vi-  
detur, quantumque à paterna felicitate diuerte-  
rint. Patre namque mortuo patu maior Aristobu-  
lus translato in regnum principatu, diadema  
fibi primus imposuit: quadringentis & octogin-  
ta uno annis ac tribus mensibus, postquam po-  
pulus in eam terrā deuenit seruitio quod apud 13. cap. 18.  
Babylonios sustinuit liberatus. Fratrem verò à c. Aristobu-  
se secundum Antigonum (namq; illum diligere *Im marcescere*  
videbatur) in honore pari producebat, alios *vincitam fac-  
tum* antem *vincitos custodias tradidit. Matréing; iti-  
dem colligavit, ausam aliquid de potestate cō-  
tendere. namque hanc rerum dominam Ioan-  
nes reliquerat. Et que crudelitatis processit, ut Antigonum  
vincitam fame necaret. Horum autem facino plurimum  
sum pons Antigoni fratris morte persoluit, amor,*

*b) Ioannes  
Hyrcanus  
optimè reb.*

*per annos  
triginta tres  
administrati-  
bus, moritur.*

*Antiq. lib.*

*lus fratrem  
me necat.*

*d. Aristobu-*

An. mundi quem plutimum amabat, quē nōque regnū partis  
 339. cipem habebat. nam & hūc intererūt, adductus  
 Anno Chri- criminacionibus per māleos regni cōpositis.  
 stum nō. Itaq; primo quidem Aristobulus dictis fidem  
 125. non habebat, quia & fratrem magni penderet,  
 & plerāque liuore singi arbitraretur. Sed cum  
**Antigonus** ex militia clarus rediūset, festis die-  
 bus, quos tabernaculis positis Deo celebrare  
 mos patrius exigebat, euenit eodem tempore  
 ut aduersa valetudo Aristobulū corriperet. An-  
 a **Antigonus**  
 in honorem  
 frātrū in tē-  
 plum ascen-  
 dir.  
 b **Antigonus**  
 apud Aris-  
 bulum falso  
 accusatur.  
 c **Aristobu-**  
 s in secessu-  
 bus ut Anti-  
 gonus se cū  
 armis adi-  
 ret occide-  
 rēt, præcipit.  
 d Regis  
 callidum sō  
 gera Antigo-  
 num cōfūm.

verò circa festorū solenniorum finem  
 armatis comitatus templum ad orandum quādū  
 maximē petiuit, plūsq; in honorē frātris ascen-  
 dit ornatus. Tūmque bdelatores nequissimi Re-  
 gem adeuntes, & armatorū pompā, & Antigoni  
 arrogantiam priuata fortuna maiorem esse cri-  
 minabantur, quōdq; maxima caterua stipatus,  
 vt illum interficeret eò venisset: nec enim pet-  
 peti honorem solūm ex regno habere, cui re-  
 gnum ipsum liceat obtinere. His paulatim, quā-  
 uis intuitus, tamē credidit Aristobulus. ac ne vel  
 suspicari quicquam videretur, prospiciens, & vt  
 incerta præcaueret, suos quidē satellites in quē-  
 dam subterrāneum & tenebrosum locum tran-  
 sire iubet. Ipse autē iacebat in castello. Bari ant-  
 tē, post autem Antonia cognominato: & c ut in-  
 etimi quidem parcerent, occiderent autem An-  
 tigonom, præcepit, si cūm armis adiret, nec non  
 & ipsi Antigono qui præciperent misit, vt iner-  
 mis veniret. ad d hēc Regina satis callidum cū  
 insidiatoribus consilium capit. nāmque his qui  
 ad eum missi fuerāt perfūdet, vt mandata qui-  
 dem Regis taceant, dicāt verò Antigono, quōd  
 frāter audisset, arma sibi cūm pulcherrima in  
 Galilæa, ornatumque bellicum fabricasse: quā-  
 ne singulatim inspicceret; morbo impeditam  
 suissimū autem, præfertim cūm aliò discessu:

rūs sic libenter eum videret armatum. His <sup>a</sup> dūditis. Antigonus (ne quid enim mali suspicatur. frater suadebat affectus) cum armis vēluto ostentatum se veniēs, properabat. Sed vbi ad ob-  
 scutum transiūn, qui Stratonis pyrgus voca-  
 tur, accessit, à <sup>b</sup> satellitibus interēptus est: cer-  
 tūmq; documentum præbuit, omnem beneuo-  
 lentiā, iūsque naturā calumniis cedere, nul-  
 lāmque optimarum affectionum tantū valere,  
 vt inuidiæ perpetuo possit obſistere. In <sup>c</sup> hoc au-  
 tem etiam Iudam quis nō recte miretur? Eſt̄  
 erat genere, qui nunquam diuinando aberrauit,  
 neq; mentitus est. Is Antigono tranſeunte per  
 templū, mox vt eum vidi, ad notos qui ade-  
 rent exclamauit (non paucos autem discipulos  
 siue consultores habebat) Papē, nunc mihi pul-  
 chrum est mori, quādo ante me veritas interiūt,  
 meārumque prædictionum aliquod mendaciū  
 deprehensum est. Viuit enim iste Antigonus,  
 qui hodie deberet occidi. Locus autē neci eius  
 apud Stratonis pyrgū fato fuerat destinatus &  
 ille quidem sexcentorum ab hinc stadiorū in-  
 tervalllo distat. Horz verò diei sunt quatuor: sed  
 & vaticinationem tempus effugit. Hęc locutus.  
 senior, inēsto vultu & mente sollicita secum  
 multa reputabat: & paulo post interfectus Anti-  
 gonos nunciatur, in loco subterraneo, qui frātri d' Aristobulo  
 eodem nomine quo matitima Cæsarea, Strato- pānitudine  
 nię pyrgus appellabatur: & hoc fuit quod vatem morbus in-  
 feſſellit. At d' verò Aristobulo confestim ſee- graueſcit.  
 letis pānitudine morbus ingraueſcit: ſempér e Seruus in  
 que facinoris cogitatione ſolicitus, perturbato eo loco vbi  
 animo tabefeebar, donec mīororis acerbitate Antigonus  
 viſceribus laceratis ſubito ſanguinem vomē- erat occiſus.  
 ret. Hunc ergo vnuſ ē ſeruulis eius ministerio interfectoris  
 destinatus foras efferens, prouidentia numinis oruorū ef-  
 cauit. & <sup>e</sup> vbi Antigonus erat occiſus, fundit:  
 ...  
Agnus quidē  
3839.  
Ante Chri-  
ſtum  
125.  
a Antigonus  
de fratre ni-  
bilis fu-  
bieatur.  
b Antigonus  
interficietur.  
c Iudas Pro-  
pheta Antis-  
goni necro-  
pradicet.

*Anno mundi 3842.  
Anno Christi 302.*

superextantes adhuc cædis maculas cruentum interfectoris effudit. Vulnus autem eorum qui id conspicerant continuo sublato, tanquam puer de industria sanguinem illic libasset, clamor ad aures Regis peruenit: causamque requirebat: & cum ad eam prodere nullus auderet, ad rescendum magis ardebat, ad extremum verò ministanti, virisque adhibenti, verum quod erat indicauerunt: atque ille cum lachrymis opplesset oculos, quantumque poterat ingemisset, hæc di-

**a Maximū** xit: Spe: andū certè non erat, ut <sup>2</sup> maximū Dei **Dei lumen** lumen facta mea nefaria laterent. nam citò me **nefaria fa** vtrix cognatę cædis iustitia persequitur. Quam **& a non la** diu ò corpus improbum fratri matrique damnantur.

**Antiq. lib.** libabo sanguinem meum? simul totū accipiunt: **23. cap. 19.** neque iam meorum viscerum inferias fortuna

**b Aristobu** derideat. Hisb dicitis ilicò moritur, cum nō plus **lui misere** anno regnasset. Vxor & verò fratre eius vinculis **moritur.**

**c Alexadrū** xstate maior erat, & modestia præstare videba-  
**Aristobulus** tur. Sed ille potestatem adeprus, fratre quidem

**fratrem Re-** alterum regnum appetentem occidit: alterum **gina Regem** autem priuata vita contentum ablatis rebus se-  
**constituit,** cum habebat. Prælium etiam cū Ptolemæo co-

**qui è vesti- gno mento Lathyro cōmittit: qui oppidum Aso-  
gio crudeli- chim ceperat, & multos quidē peremit hostiū,  
ter agit.**

sed victoria in Ptolemæi partes propérior fuit. Postea verò quam ipse pulsus à matre Cleopatra discessit in Ægyptum, & Gadaram obsidione capit Alexander, & Castellum Amathuntis, omnium maximū quæ trans Iordanem sita erant, vbi preciosissima quæque bonorum Theodori

**d Alexan-** filij Zenonis habebantur. At <sup>4</sup> Theodorus re-  
der victoriā pentē superueniens, & proprias res recipit, &  
ab Theodoro sarcinas Regis aufert, Iudeorūmq; ferè decem  
miliia ingehcit. Verum Alexander receptis post  
cladem

cladem viribus, aggressus maritimas regiones <sup>An. mundi</sup>  
 Raphiam capit & Gazam, itemq; Anthedonē, <sup>3861.</sup>  
 quae postea à Rege Herode Agrippas nominata <sup>Aore Chrō-</sup>  
 est. His autem seruitio dōmitis concitatur in <sup>flum nra.</sup>  
 eum festo die populus Iudæorum. Nam plerun- <sup>102.</sup>  
 que epulæ seditiones accidunt. nec videbatur  
 insidias posse comptimere, nisi cōductitios ha-  
 beret auxilio Pisidas & Cilicas: nam Syros mer-  
 cenarios respuebat, propter ingenitam cum lu-  
 dæorum gente discordiam. Cæsis <sup>b</sup> autē supra  
 octo millibus ex turba rebellium, Arabiæ bellū  
 intulit. Ibīq; Galaaditis ac Moabitis subactis,  
 tributōq; his imposito. ad Amathunta regressus  
 est. Cumque Theodorum metus eius secundis  
 successib⁹ perculisset, castellū sine præsidio re-  
 pertum funditus eruit. mox autem cōgressus cū  
 Oboda Rege Arabum, qui locum fraudi oppor-  
 tunum in Galaadensi regione occupauerat, ca-  
 ptus insidiis totum amissit exercitum in vallem  
 altissimam compulsum, atq; obtritum multitu-  
 dine camelorum. Ipse vero elapsus in Hierosolymam, olim sibi gentem infensam ad nouarū  
 rerum motus magnitudine cladis accedit. Fit  
 autem etiam tunc superior, crebrisque præliis  
 non minus quinquaginta millibus Iudæorū per  
 sex annos interfecit: nequaquā tamen victoris  
 letabatur, quoniam regni sui vires consumeret.  
 Vnde armis omissis, sermone placido cum sub-  
 iectis redire in gratiā conabatur. Illi autem in-  
 constantiam eius morūmq; varietatem in tan-  
 tum oderant, vt percontanti, quonā pacto eos  
 sedare posset, dicerent, si moreretur. nam vix e-  
 tiam mortuo datus venia, qui tam multa sce-  
 leratè fecisset. simal <sup>c</sup> etiam Demetrij auxiliū. <sup>c Demetrios</sup>  
 cui cognomen Acero, accersuerunt. qui cū his Iudeis in au-  
 maiorum præriorū spe facile paruisset, venis-  
 seque cum exercitu misceretur auxiliis eius

An. mundi Iudæi circa Sichimam. Vtq;que tamen Alexá-  
 3862. der mille quidem equitibus, sex autem peditū  
 Anno Chri mercenariorum millibus excepit, cum haberet  
 flum nati. ex Iudeis quoq; propè ad decem millia bene  
 102. sibi cupiētum aduersæ autē partis essent equi-  
 tum tria millia, peditūmq; millia quadraginta.  
 Antiq. lib. Et prius quād veniretur ad manus, intercedē-  
 13. cap. 10. tibus nunciis & præconibus, Reges transfugit  
     tentabant: Demetrius quidem Alexandri mer-  
     cenarios, Alexander autē Iudeos qui Demetriū  
     sequerentur, oheen: peratus sibi sperantes. Sed  
     cum neq; Iudei sacramenta, neq; fidem Graci  
 a Demetriū cōtemnetent, armis <sup>a</sup> iā cominus decernebant.  
 & Alexan- Superatq; prælio Demetrius, quamvis Alexādri  
 dri pugna, mercenarij multa & animosè & fortiter gefisi-  
 qua Demet- sent. Euentus autem pugnæ præter spem cedit  
 riū supē- vtriq;. nam <sup>b</sup> neq; hi qui Demetrium accue-  
 rārunt, in partibus vistoris permanserunt: & im-  
 munitatæ fortunæ misericordia, sex Iudeorū mil-  
 lia se ad Alexandrum, qui in montes effugerat,  
 victore de- cōtulerunt. Huius inclinationis momentū De-  
 scimus. metrius ferre non posuit: sed Alexandrum iam  
     quidem collectis viribus prælio sufficere ratus,  
     omnem verò gentem ad eū transire existimās,  
     mox inde digressus est: non tamē reliqua mul-  
     titudo ob abīcessum auxillorum simultates de-  
     posuit: bello autem assiduo tam diu cum Ale-  
     xandro decertabat, donec plerisque interfectis  
     ceteros in Bethezelim ciuitateni compulit, eāq;  
 & Iracundia subacta in Hierosolymā captiuos abduxit. Ve-  
 & crudeli- rūm <sup>c</sup> immoderata fecit iracundia, vt crudelitas  
 tui Alexan- eius ad impietatē vsq; procederet. Octingentis  
 dri immode- enim captiuorum in media ciuitate crucifixis,  
 rata, qui e mulieres earūmq; filios in cōspectu matrum ne-  
 & ingentos cauit. atq; hæc potans, & cum suis concubinis  
 captiuorum recubans, prospectabat. Tantus autem populum  
 crucifigit. terror inuasit, vt etiam diuersæ partis studiosi  
     proxima

proxima nocte octo millia hominum extra to- An. marie  
tam Iudeam profugerant: quorum exiliis morti  
Alexandri finis fuit. Cum eiusmodi factis tan- Ante Chrys-  
dem ægræque regni otium quæsisset, ab armis suum nas-  
re quietuit.  
102.

*De bello Alexandri cum Antiocho, & Areia de-  
que Alexandra & Hyrcano.*

a Alexan-  
der ab armis  
requiescit.

C A P. IIII.

**R**ursus autem fit ei turbarum initium An. b. Antiochus, qui etiam Dionysius dictus est, De Demeirū metri quidem frater, sed eorum nouissimus qui fratrem A Seleucum generis autorem habebant. hunc c. lexander nimi timens qui Arabas parato bello pulsarat, totum quidē super Antipatrida montibus proximū, & inter Ioppes littora spatiū, fossa altissima diremit. ante fossam verò murum adificauit excelsum, turresq; ligneas, vt faciles aditus obstrueret, fabricauit: nec tamen Antiochum arcere valuit. Exustis enim turribus fossisque c Rex Arab: repletis, cū suis copiis irāgredius est. Viadictā, bum Antio-  
que posthabita, qua debet enim à quo prohibitus est vleisci, protinus contendit in Arabas. ex improviso  
Horum d autem Rex in locis suis nationi cōmo- inuadit. d Alexander uersus (habebat autem numerum decem mil. copias Ara- lium) imparatos ex improviso Antiochii milites bum Rex in inuadit. Valido autem prælio commisso, quam fugam verdiu quidem supererat Antiochus, durabat eius iur, maxi exercitus, quāvis eum passim Arabes trucidarēt. māq. par Vbi verò procubuit (succurrēdo enim viatis sē- tem truci- per in periculis aderat) omnēs terga dederunt: das. maximāque pars eorum cūm in acie, tū in fuga e Damasco absūmitur. Reliquos autem in vicū Cana dela- ni & Areias psos, alimentorum penuria perire contigit, pte- contra Ali- ter admodum paucos. Hinc e Damasceno Pro- mandrum,

*Anno mundi* Iemzo Minnai filio infensi Aretam sibi sociat:

*3862.* Syriæque coæles Regem constituunt. qui bello

*Anno Chrs-* illato Iudææ, postquā pugna vicit Alexandrum,

*stum nac.* pactione discessit. Alexæder autem Pella capta

*102.*

Gerasam perlunguit rursus opum Theodori audius: triplicique ambitu circundatis defensoribus, locum expugnat. Necnon & Gaulanen & Seleuciam, & eam quæ Antiochi Pharanx dicitur, sub iugum mittit. Ad hæc autem capto Gamala castello validissimo, eiisque prefecto Demetrio multis criminibus inuoluto, in Iudeam regreditur, expleto in militia triennio: lætusq; à gentilibus ob res prosperè gestas excipitur. Belli autē requiem securum est morbi principium. Et

*a Alexæder* <sup>a</sup> quoniam quartano febrium recursu fatigabatur, depulsum iri valetudinem credens, si rursus briū recursu animuni negotiis occupasset, intempestiæ militiæ sese dedit: & ultra vires corpus laboribus vexans, inter ipsos tumultus trigesimo & septimo regni anno moritur: idq; <sup>b</sup> Alexædræ cōiugi suæ reliquit: Iudæos eius vel maximè di-

*Antiq. lib.* <sup>b</sup> obedientes fore non dubitans: quod longè ab eius crudelitate discrepans, & iniquitati se-

*83. cap. 12.* sistens, benevolentiam sibi populi comparasse.

*b Alexædra* Neque spes eum fecellit. Namque opinione pietatis obtinuit muliercula principatum. Quippe

*Alexandri* pie- que morem gentis patrum probè norat, & qui  
- ne principa- sacras leges temerassent ab initio detestabatur.  
- tum obiit.

*c Hyrcanus* Cum autem duos filios Alexandro genitos ha-

*Alexandri* beret, natu quidem maximum Hyrcanum, &

*filius natus* propter æstatem declarat Pontificem, & quod

*maximus* propterea segnior esset quam ut potestate regia

*Pontifex de-* molestus cuiquam videretur, Regem consti-

*claratur*, tuit: minorem autem Aristobulum, priuatum

*post ad regiā viuere maluit: quod feruentioris esset ingenij,*

*dignitatem* lungit autem se eiusdem mulieris dominatio-

*nibis r.* ni quædam Iudæorum factio, Pharisei. qui

præter alios pietatem colere putarengur, & per-  
ritius leges interpretari, ob eamque causam ma-<sup>An. mundi</sup>  
gis eos suspiciebat Alexandra, diuinæ religioni Christi, natus  
superstitiosè deseruiens. Illi & autem paglatim  
102.

freminæ simplici insinuati, quos suis pro sua li-  
bidine summouendo, deponendo, itemque vin-<sup>a Pharisæi</sup>  
ciendo, ac soluendo, iam prosecutores ha-<sup>Alexandra</sup>  
bebantur; prorsus ut ipsi quidem regis com-<sup>Régina infi-</sup>  
modis fruerentur, expensas vero ac difficul-<sup>nata paula</sup>  
tates Alexandra perferret. Sed eadem mirè cal-<sup>tim procura</sup>  
lebat res administrare maiores; itaque augendis  
copiis semper intenta, duplice conflavit exer-<sup>cum suctis.</sup>  
citum, neque pauca mercenaria paravit auxilia  
quibus non modò statum suæ gentis roborauit  
cōmœdū fru-  
mentar.

sed etiam metuendam se reddidit externæ po-  
tentiaz. Imperabat autem aliis, verùm b Pha-<sup>b Alexandra</sup>  
risæs ipsa vtrò patebat. Denique c Diogenem Pharisæum  
quendam insignem virum, qui Alexandro fue-<sup>erò para-</sup>  
rat amicissimus, interficiunt. eius factum confi-<sup>c Pharisæo</sup>  
lio criminati, vt ostingenti (quos supra memo-<sup>ratus) Regis iussu tollerentur in crucem, nihil  
ominus autem Alexandra suadebant, vt & a-<sup>ne temera-</sup>  
rios, quibus autoribus Alexander in eos fuisse ria multii lo-  
concitarus occideret. Cùmque his nimia super. n̄ eruditus.  
stitione nihil abnuendum putaret, quos sibi li-  
buisset ea specie trucidabant, donec optimus  
quisque periclitans ad Aristobulum con-  
fugèret, atque d ille matri persuasit, vt his pro-<sup>d Aristobuli</sup>  
pter dignitatem parceret, ciuitate autem pel-<sup>apud matrē</sup>  
leret quos nocentes existimaret. Igitur illi qui-<sup>deprecatio.</sup>  
dem data sibi copia per regionē dispergi sunt.  
Alexandra vero in Damascum missò exerci-  
tu, quoniam Ptolemæus sine intermissione ci-  
uitatem premebat, illam quidem nulla re me-  
morabili gesta cepit. Regem autem Armenio-  
rum Tigranem qui admoto Ptolemaidi milie-  
te, Cleopatram circunsedebatur passionibus</sup>

An. mundi donisque sollicitat. Sed illum domesticatū ty-  
 3837. Ante barum nietus, ingresso in Armeniam Lucullo  
 Cbrist. natū iamdudum inde retraxerat. Inter hæc Alexan-  
 dra morbo laborante, minor<sup>a</sup> eius filius Ari-  
 95. stobulus, cum famulis suis quos multos habe-  
 a Aristobul<sup>b</sup> bat, omnésque pro ætatis fauore fidissimos, vni-  
 scipsum Re- uersa castella obtinuit: & pecunia qua n ibi re-  
 gē declarat.  
 b Alexandra Ob b hæc miserata querelas Hyrcani mater, cō-  
 a soningē Ari iugem Aristobuli cum filiis includit apud ca-  
 stobuli cūf<sup>c</sup> stellum quod à septentrione fano adiacens, Ba-  
 illis career<sup>d</sup> ris antea vocabatur ut diximus, postea verò, An-  
 dū studiū.  
 e Alexandra tonia cognominata est, impetante Antonio,  
 quem admodum de Augusti & Agrippæ nomine  
 Sebaste & Agrippias aliæ ciuitates appellatæ  
 sunt. Ante e tamen Alexandra moritur, quem in  
 Aristobulum fratris eius Hyrcani contumelias  
 Hyrcani re- vindicaret: quem deiici regno curauerat, quod  
 gni successo- ipsa novem annes administravit. Et hæres qui-  
 rem consti- dem omnium fit Hyrcanus, cui regnum etiam  
 tuit.  
 Ant. lib. 14. viua cōmiserat. Verū Aristobulus viribus atq;  
 cap. 1. autoritate præstabat. Habito d autem inter eos  
 d Frater circa Hierichunta de rerum suimma confliktu,  
 ob regnū de plerique Hyrcano relicto transeunt ad Aristobulum.  
 ceriātes, cer Hyrcanus autem cum reliquis fuga per-  
 tū conditio- uenit in castellum Antoniam, ibique salutis ob-  
 nibus in con- fides naðus (erat enim ibi in custodia, vt præ-  
 cordiam re- misimus, coniux Aristobuli cum filiis) prins  
 deus.  
 Ant. lib. 14. quam grauius aliquid accideret. ea lege in con-  
 cap. 2. 3. 4. cordiam rediit, vt regnum quidem Aristobulus  
 haberet, ipse verò cederet, quasi frater Regis a-  
 llis honoribus contentus. Hoc modo in fano  
 reconciliati, cùm in conspectu circumstantis  
 populi benignissimè alter alterum complexus  
 esset, dorsus permutant: & Aristobulus quidem  
 discedit in Regiam, Hyrcanus autem in Aristobuli domum.

De bello Hyrcani cum Arabibus & expugna-  
tione Hierosolyma.

An. mundi  
3873. Anno  
Christ. secundum

## C A P. V.

95.

**M**entis vero & alios eius inimicos praetegit spem dominantis occupat, & maximè Antipatrum iamdudum Aristobulo inuisum. Erat autem genere Idumæus & nobilitate ac opibus gentis suæ princeps. Is <sup>a</sup> igitur & Hyrcanum ut ad Aretam Regem Arabiarum conseruaret, fugeret eiisque auxilio Regnum reperiret, ut ad Arebatum Regem Arabie & Aristobuli moribus, Arabia cōmultisque Hyrcanum laudibus prædicans, si fugeret, insinuque admonebat quod eum deceret regno que auxiliū clarissimo præsidentem, iniquitate oppressis regnum romanum porrigitur: Hyrcanum autem iniuriam patres, qui principatu iure successionis sibi debatur, hito excidisset. Sic b instructis & præparatis ambobus, nocte cum Hyrcano ex ciuitate proibitus Antipater fugit: citatique cursu in oppidum quod Petra nocte census dicitur saluus evasit: ea est Arabiarum regia. Hyrcano ex Ibi postquam Hyrcanum in manum Regis Arabiarum præcepit, multis dictis multisque muneri fugit, & ad hos ut auxilium præberet, quo in regnum de- Aretam Arduceretur, affecit. Erant autem peditum bis Regis equitumque millia quinquaginta, quibus ne- periretur, quaquam restitit Aristobulus: sed primo cArete Hyrcanus superatus, Hierosolyma fugere cogitur: atque omnino captus esset, nisi à duce Romanorum tribus Scaurus aduersis horum temporibus distinximus soluisse obsidiouem, namque is ex Armenia quidem in Syriam missus erat à Pompeio Magno qui cum Tigrane bellum gerebat. Dux Sed ybi Damasci venit, reges à Metello & Loko.

*An. mundi 3899. Ante Christ. natu-  
65.* lio captā reperit: his inde submotis, cognitōque  
in Iudea quid ageretur, illuc velut ad questū  
eucurrīt. Denique mox ut fines ingressus est, Iudeorum legati ad eam veniūt à fratribus, veris-  
que ut sibi potius adiumento essent orantibus.

Sed trecentis talentis, quæ Aristobulus ei misse-  
a Scauri ratavit, iustitia posthac dicitur. Tot & enīm acceptis  
trecentis talē Scaurus ad Hyrcanum & Arabes legatos mit-  
tū ab Aristo erit, Romanorum eis, & Pompeij nomen inten-  
bulo acceptis tans, nisi ab obſidione defiſterent. Itaque & A-  
Hyrcanus & reta ex Iudea in Philadelphia recedit metu  
Arabes re- percussus, & Scaurus Damascum redit, Aristobu-  
gione exēs bulus autem quod captus non erat, satis sibi esse  
dore inbet. non credidit: sed omnibus quas haberet copiis  
collectis persequebatur hostes: & circa locum  
quem Papyrona vocant prælio commisso, supra

sex eorum millia cædit: in quibus erat & Cepha  
*b Hyrcanus* ion frater Antipatri. Hyrcanus b' verò & Antipa  
& Myspa- ter Arabū priuati auxilio, spem in aduersarios  
ter Pompej transtulerunt, & cum Pompeius Syriam ingre-  
sus suis Damascum peruenisset, ad ipsum confugiūt,  
plorant. multisque muneribus ei datis, eadem illa qui-

*Ant. lib. 14 cap. 6. 7.* bus apud Aretam vsi fuerant allegantes, magnō-  
pere precabantur ut Aristobuli violentia dam-  
nata, regno Hyrcanum restitueret, cui tam  
estate quam moribüs deberetur, sed nec Aristobu-  
lus sibi defuit, corruptione Scauri fatus.

Venerat autem quantum potuit ornatus cultu  
regio: deinde offensus obsequiis, neque fe-  
rendū existimans abiectius quam Regem de-  
Romano ſe- ceret utilitati seruire, à Diopoli regredieba-  
mul exerci- tur. Ob h̄c iratus Pompeius, etiam Hyrcanū  
& Syrorū nō eiusque sociis hoc precantibus, Aristobulū  
infraactū petit, & Romano simul exercitu & Syrorum  
instructus auxiliis. Cum verò Pellam & Scytha-  
polim prætergressus Goresā venisset, ynde Iudeorum finēs incipiunt per mediterranea loca  
subeunti-

Parthi. Re-interit: atq; ita probato, syūdā vñrus Herodis  
gem. sc̄p̄si- frater esset, Hyrcanisq; degenerasset, viriliter  
dūnkt. moritur: dignum ante astyvia obitum esse ei-  
e Phasaelus tui. Perterritamen & allud quodd̄ ex illa quidē  
ad suam plaga resipuerit, sed velut curandi eius causa,  
capus frā- missus ab Antigono medius, venenis mali vñ-  
git. hūs expluerit, eōq; munypacto peremerit, &  
fratris autem verius sit p̄fecta sū habet. Int̄ēt  
q̄dītique atiunt eum prius q̄dām effaret, an-  
dīfīs, titim⁹ cogatio ex quodam mulieris uita, quod  
verba prius Herodes eafūisset, dīmisse: Nāhēt bono animo  
quam eff̄s. Missēdāta qui vñlibrem intricorum reliquetim-  
bus animā. Ille q̄dē dāt nāno exām̄nabilit. Parthi autem,  
quoniam in mediobibz sc̄rvereb̄s, q̄dā maximis  
tēp̄iebat, tēbus tamētē Antigono apud Hier-  
e Herodis roslymam compositis, vñdām Parthiam Hy-  
Arab. Pha- rcanum dñeuit: Herodes autem obstinatus in-  
sc̄p̄m fys. Arabiam, velut ad hoc viuo fratre suo festin-  
trem amor. bat: ut pecunias ab Regē acciperet, quibus solis  
etoratūm̄t̄ p̄ Phasaelo sp̄t̄ab̄t auaritiam  
barbarorum. Etenim cogitabāt, si Arabs minus  
memor fūisset paternaz amicitie, animoq; libe-  
rali patelor, vel mutuūm ab eo sumere, quod  
fedemq; ionis clausa Phasaeli p̄gnari op̄posuit  
insue

p'stris filio quem rediret. Secum enim ha-  
 bebat fratris filiu, septem annos natus: trecen- 3925. :  
 taque talenta dare deereuerat, interpositis pre- <sup>ante Christo</sup>  
 cationi Tyrifis. Sed profecto studi fortuna pre- <sup>flammar.</sup>  
 benerat & Phasaelo mortuo ne quicquam fratre  
 diligebat Herodes. Non tamē vel apud Arabas  
 sicut in amicitiam reperit. Denique Malichus  
 Rex eorum, præmissis qui hoc admoneret, quam  
 primum reuerti eum ex finibus suis iobet, simu-  
 latio quidem p' leガros Barthos petivit, ut  
 Herodem Arabo pelleret circa vero causa fuit,  
 quod vicem Antipatro debitam negare propon-  
 faceret; neq; pro beneficiis aliis, p'cepit, ali-  
 quid eius suis gratia repondeat: consolationis  
 regentibus impudentia vero suosores habebat, a Impudentia  
 qui Antipati vellente admirare deposita. Erant ita suosores.  
 Autem citra eum potentissimi. Primo Herodes  
 des ubi Arabas ex ea sibi causa hostes esse de- <sup>Arabas sibi</sup>  
 prehendit, vnde amissim' existimatur, eaq; Hostes effe-  
 respedit nuncris, que dolor imbrault, Agyptu prehendit.  
 Versus recedit. Et prima quidē vesp'era in quod-  
 dant' angustias faciunt; dum post servantes tecum  
 spes, vide tales Postero autē die cum Rhinocer-  
 os per illas, fractis et inde auncionatae.  
 sp' quo cito luctu, quantum curarō ultum de-  
 posuit, ibat vitemus: quoque Arabem Herod, facti  
 penitentia est qui roudaret eum; quidē comu-  
 nis nosc' erat uerac; volociter m'liu Herodes utr' ar-  
 tem in Polosum perueneras: ibi; transita pro-  
 hibitus ab omn' t'li speculatoribus, rectores adit:  
 ut illam viri dignitasq; reveriti, Ale-  
 manndrianus eum prosequutur. Ingratius autem  
 ciuitatem à Cleopatra bonitatis subcep' est, c' Herodes  
 dico: sibi multum fore eum ad ea, que patet. Nam inno-  
 bac, existimantes Posthabens autem Regine' viri' discri-  
 precibus, neq; hybris xp'peritatem, neq; iniqua' ini'c' Romā  
 discrimina, quo minime au'g'asti. Romā' ex' d'ligit.

a Herodes  
 Romam pro-  
 fectus, An-  
 tonium con-  
 venit.  
 Antiq. lib.  
 14. cap. 13.

b Herodes  
 Antiquum  
 & Casarem  
 Antigoni. Hunc enim & seditiosum, & Re-  
 gis benevoli-  
 manis iniuriam esse arbitrabatur. Cæsarem qui-  
 dom habebat multo quam ipse paratus senatus  
 quoque Antipati expeditiones, quas in Aegypto &  
 eius parte partulerat: & hospitium & in rebus  
 etiam benevolentiam: cum præter hac ipsius  
 tamen & senatum conuocabat, ubi Mætala, &  
 etiam sensi post eum Attalus, astare Herodem, patris eius me-  
 tu Rom. ian- rita, & iphius circa populum Romanum fidem pro-  
 datur. sequebantur, quo simili hoste Antigonum democ-  
 strarent: non solam quod intra breve tempore  
 is dissideret coepisset, verum etiam quod antea  
 quoque populo Romano despecto, Panthro-  
 rum suffragio regnum curauisset accipere. His  
 autem commoto senatu, cum Antonius etiam  
 bello contra Romanos gerendo utile esse dice-  
 gam exco. sed, Herodem Regem crederemus assentiunt. Di-  
 missaque

c Herodes  
 Romanus In-  
 dicorum Re-  
 gem exco. sed, Herodem Regem crederemus assentiunt. Di-  
 missaque

3925. munit. Circa Pamphyliam vero periclitatus, ma-  
 iorē oneris parte reiecta, vix in Rhodium vehe-  
 menter bello Cassij vexata, saluus evadit. Am-  
 icorum autem suorum, Ptolemæi & Saphimij re-  
 ceptus hospitio, licet rei pecuniariz premere-  
 tur inopia, maximam tamē ædificat navem tri-  
 remem, & cum amicis delatus Brundisium,  
 atque inde continuè Romanum profectus, fami-  
 liaritatis paternæ gratia primùm conuenit An-  
 toniu[m] seip[s]i; tam suas quam totius generis cla-  
 des exponit: quodque affectibus suis in castello  
 sollicitis, atq[ue] obsidione cinctis, ad eum byræne  
 supplex nauigatice. Itaq[ue] tantæ miserationis ca-  
 sa sua miseratus Antonius, & memoria quidem  
 iunctæ cum Antipatro dexteræ, tum vero ipsius  
 qui aderat contemplatione virtutis, etiam tuas  
 eum Regem constituisse proposuit Iudeorum,  
 quem ipse tetrarcham antea fecerat. Non b[ea]ni-  
 tate autem quam fauore Herodis, odio duceba-  
 tur Antigoni. Hunc enim & seditiosum, & Re-  
 gis benevoli-  
 manis iniuriam esse arbitrabatur. Cæsarem qui-  
 dom habebat multo quam ipse paratus senatus  
 quoque Antipati expeditiones, quas in Aegypto &  
 eius parte partulerat: & hospitium & in rebus  
 etiam benevolentiam: cum præter hac ipsius  
 tamen & senatum conuocabat, ubi Mætala, &  
 etiam sensi post eum Attalus, astare Herodem, patris eius me-  
 tu Rom. ian- rita, & iphius circa populum Romanum fidem pro-  
 datur. sequebantur, quo simili hoste Antigonum democ-  
 strarent: non solam quod intra breve tempore  
 is dissideret coepisset, verum etiam quod antea  
 quoque populo Romano despecto, Panthro-  
 rum suffragio regnum curauisset accipere. His  
 autem commoto senatu, cum Antonius etiam  
 bello contra Romanos gerendo utile esse dice-  
 gam exco. sed, Herodem Regem crederemus assentiunt. Di-  
 missaque

missaque senatu Antonius quidem & Cæsar e<sup>st</sup> Ant. mundi  
39:5. Anie  
Chris. natus  
gratia bantur, medium stipantes Herodem. Cō-  
tules autem cum aliis magistratibus antecede-  
bant, cæsuri hostias decretumque senatus in Ca-  
pitolo reposuit i. Primo autem die regni Herod-  
is apud Antonium coronatum est. 39+

### De bello Herodis & Romæ redonuis pro Hierosolyma- & contra Iudeos.

C. A. P. X I F.

Ant. R. pg.

**E**odem vero tempore Antigonus apud Mas. cap. 23. Antigonus,  
Mageddon,  
obtem-  
sadam inclusos obsidebat, atque quidem vi-  
eti necessariis abundantes, aque autem inopes. etiam  
cōmptus  
Vnde Iosephus quoq. frater Herodis cum du-  
centis familiaribus suis ad Arabas cōfugere co-  
gitabat: audito quodd eorum quæ in Herodem  
commisi serat, Malichum pœniteret: castellumq.  
reliquisset, nisi circa noctem qua exiturus erat,  
plurimum imbrum contigisset effundi aqua e-  
nam repletis patenis, fugendi causa non erat, a-  
ded ut etiam vltro in Antigoni nullum erat prelios.  
pones audieret: multosq. nunc aperto prelio fer Antigone  
nunc insidiis neci darent: non tamen illis o. milites & lo-  
minis pro voto cedebant: sed ipsi quoq. interdū sephum He-  
ren aduerso casu revertebantur. Interea dux Robodus fra-  
manti malitis Ventidius, prohibitu missu: Par- trem.  
thos à Syriâ post illos in Iudeam ventit: vero & Ventidius  
quidem, ut Iosepho & qui vna obsidebantur, fer Romani mi-  
ser auxillum: re autem vera, ut pecunias afferret tuis Dux pp.  
Antigono. Itaque cū non lögē ab Hierosolymis cunlag au-  
tegndisset, questus expletus, ipse quidem cum fer Antigo  
maxima exercitus parte discessit. Silonem vero no-  
sum paucis, ne furtum deprehenderetur, A. d. Ant. lib. 14.  
spes abduxisset, reliquit, Antigonus autem, spe cap. 24.  
trans iterum Parthos sibi adiumento fore, Silo. d. Herodes  
nem interim placabat: ut pendente spe, p̄fili i. m. Antigo  
quicquid. Nam vero saepe Italia sub teloq. moneret.

ad mundi dem deuectus Herodes, non parua manu coacta  
 3923. Ante extenorum atque gentilium, per Galilam ad-  
 Christum uersus Antigonom properabat, Ventidij & Si-  
 lonis fultus auxilio : quibus Delius ab Antonio  
 missus, vt Herodem in regnum deducerent,  
 persuasit. Horum autem Ventidius quidem tur-  
 bas in ciuitatibus quæ propter Parthos euene-  
 rant, compohebat, Silonem verò Antigonus iux-  
 tæ Iudeæ mercede corruperat. Non tamen Hero-  
 des opis egebat: ia dies enim singulos, quod ma-  
 gis iter promouebat, augebantur ei uas copiæ: nā  
 a Herodus  
 præter paucos omnis ei Galilæa consensit. &  
 proposum  
 Massada  
 propoliū habebat præmium necessarium  
 Massadam, vt primam affectus suos obsidione  
 Goloppe cap liberaret, sed impedimento fuit Ioppe. Hæc e-  
 sis Hierosolymæ  
 mō prius, quod hostilis esset, eximenda vide-  
 tam posse.  
 batur: ne dum ipse peteret Hierosolymam, rece-  
 ptaculum à tergo aliquod inimicis relinquere-  
 tur. Silo autem iungit agmina, inuenisse gaudes  
 resistendi occasionem, quod eum persecutio  
 p̄miceret Iudeorum. Hos autem Herodes par-  
 ux manus excusatione perterritos, mature in-  
 fugiam vertit, & Silonem male repugnatè, peri-  
 culo eripit. Deinde capta Ioppe suos liberatu-  
 tus ad Massadam festinabat: dum indigenarum  
 alios amicitia paterna sibi sociaret, alios ipsius  
 gloria, nonnullos veriusque beneficis debita vi-  
 cissitudine: plurimos tamē spes, vt à Rege cœruli-  
 mo. Iamque validissimas quæsierat militum col-  
 pias: sed Antigonus iter eius impediens, loca  
 massam magis  
 insidiis opportuna præoccupans, vnde nullum  
 oblatione ac aut minimum afferebat hostibus detrimen-  
 praconis ve  
 Herodes autem facile receptis ex Massida præ-  
 gnoribus suis & rebus, à castello in Hierosolymam perrexit. Cui se Silonis milites & multi ex  
 ciuitate iunctetunt, virium eius timore perculsi.  
 Castris d' autem posita ad occiduum regionem  
 oppedit

oppidatustodes eius: partis ipsum sagittis & iazulis impetebant: ab aliis vero per cuneos eocurrentibus primæ frontis acies tenebantur.

Herodes autem primò circa muros praeconis

voce declarari iussit, populi se bono & saluti ci-

uitatis aduenisse; poenaque ab nullo quamvis

manifesto inimico repensurum, sed discordis

fimis etiam offeasatum oblinionem daturum.

Deinde cum allocutionibus contrariis pars An-

tigoni obstaret, quod minus aut praecones exan-

dire, aut voluntatem mutare quispiam posset,

quod reliquum erat, suis imperat mutorum de-

fensores perturbare, atque illi statim sagittis cun-

ctos exterritus in bagam verteunt. Ibique

tunc Silonis detecta est corruptio. Multis enim

militum subornatis, qui rebus egere se necessariis

acclamarent, pecuniamque alimentis posce-

rent, atque hyemandi gratia in loca opportuna

dimiti, nam civitati proxima deserta erant, ita-

omnibus ab Antigono ante prouisus (& incita-

bat exercitum, & ipse recedere conabatur. He-

rodes autem non solum duces qui Siloni pare-

rat, sed etiam milites, ubi plurimi essent cōue-

niendo, rogabat ne se destituerent, quē scirēt à

Cesare & Antonio & senatu delactum, in uno

die pollicitus eos penuria soluere. Deinde

huc precatus ipse agros adiit: tamque his exhibi-

bit copiam commeatus, ut Silonis omnes accu-

sationes perimeret, simulque prospiciens, ne vel

in posterum ministrare desinerent, accolas Sa-

materię per epistolas admonebat (nā ciuitas eius

se clientelę dederat) ut alimēta & viaum & o-

leū & pecora in Hierichunta deferrēt. Hoc vbi

audiuit Antigonus, statim qui fragmentatu ho-

stis prohiberent, atque infidili opprimerent,

per agros dimisit. Illisque iussis obediunt, & ma-

gna iam magis armatorum super Hierichunta

An. mundi

3925, Anno

Christi. mense

39.

a Siloni

Iudea pecc

nia corrupti

delus.

b Herodes

cōmeatus co

piam parall

suetat congregata. Discreti autem mōtibus i*m*  
*An. mundi* 3925. fidebant, si qui exportarēt vīctū necessaria spē:  
*Ante culantes.* Non tamen Herodes otiosus erat, sed  
*Christ. natus* decem cohortibus comitatus, quinque Roma-

*19.* norum, & quinque Iudeorum, quibus permixta  
*a Herodes* erāt etiam mercede cōducti trecenti, præterea  
*decem cohors* paucis equitibus Hierichonta peruexit, & ciui-  
*tibus cādita* tamē quidēt vacuam habitatoribus reperit,  
*au Hisch-* quingentos verò cum mulierib. ac familiis mō-  
*ahunta per-* triūm occupasse cācumina, & hos quidēt captos  
*menis.* dimisit. Romani b autem in reliquā ciuitatē  
*b Romani* irruunt, cāmque diripuere ; cum plenas domos  
*preca ingē-* offendissent omnigenis opibus. Rex autem a-  
*u paciūs r.* pād Hierichonta præsidio colligato febris sua  
*est:* Romanūmque militē in his quās sibi acces-  
*serant* ciuitatibus, hoc est Idumæa, & Galilea, &c  
*Samaria*, hyematuram dimisit. Antigonus quo-  
*que Silonis corruptione meruit ; ut exercitus*  
*partē Lyddenses suscipienti Antigoni gratiā.*  
*Et Romani* quidēt armorum cuta soluti, rebus  
*eteris abundabāt. Herodes* autem nō quies-  
*cetebat*, sed Idumæam duobus milibus peditum  
*& quadringentis equitibus*, missō etiā fratre  
*suo Iosepho*, communiuit : ne quid noni cuta  
*Antigono* tentaretur. Iose antem, inātre cuta,

*Ans. lib. 14* Ihs̄ q̄nos ēt Massāda liberauerat affectibus suis  
*cap. 34.* in Samariam translata, ibique tñtissimè colligeta  
*& Herodes* ta, ut cetera Galilea subuerteret, atque Antigoni  
*Sephoriū* presidiū expelleret ; proficisciatur. Cumque  
*ciuitatem ea* Sephorim, icet vēhegnētissimē ningeret, per-  
*ps.* uenisset, facillimē ciuitatē capit, custodibus eius  
*& Herodes* ante aggessionē fugā dilapsi ; ibique suis milibus  
*aduersus la* bus, quos hyems fatigauerat, recreatis etat enim  
*erones in spē magna copia cōmeatus*) aduersus lattones in-  
*buncū degēt. spēlūcis degētes dixit animā : qui pleraque il-*  
*les animam illas regionis incurſantes, non māoribus quādū*  
*mirigū.* Belli clādib. inobias tñtū clōbūt. Prīmū illū autē  
*tribus*

cibis peditum cohortibus, vnaque ala equi-  
 tam in vicum Arbelam, ipse diebus quadraginta  
 post cum reliqua manu superuenit. Nec ta-  
 men eius incursum hostes extimuerunt, sed ar-  
 mati obuiam procedebant, peritia bellatoris si-  
 si, & ferocitate latronis. Denique prælio com-  
 missio, dextro ipsorum cornu, antistrum Herodis  
 in fugam pellitur. Ille autem de suo dextro cir-  
 cumgressus, velociter subuenit, & <sup>An. mundi</sup><sup>3926. Anno</sup><sup>Chr. na-</sup>  
 à fuga retrahit: irruendo in hostes, impetum <sup>a Herodis de</sup><sup>latronibus</sup>  
 persequentium refranabat, donec à fronde pu-  
 gnantes violentiaz concesserunt: qui tamen eos  
 usque ad Iordanem excedendo persequebatur: &  
 magna fugientium parte perempti, ceteri trans  
 fluvium disiecti sunt: & Galilæa mœtu est purga-  
 ta, nisi quod in speluncis latitantes reliquerant,  
 eorumque causa diutius ibi remorandum fuit.  
 Quamobrem primùm laboris fructum militi-  
 bus reperdebat, centona quinquaginta argenti  
 drachmas singulis diuidendo, eorumque duei-  
 bus multiplicatim summam ad hybernæ mitté-  
 do. Pheroræ autem fratri minimo scripsit, ut de  
 foro venalium consuleret, mutoque castellum  
 Alexandrium tingeret: quæ ab illo curata sunt.  
 Interēas circum Athenas versabatur Antonius.  
 Ventidius autem ad bellum contra Parthos Si-  
 ionem atque Herodem acerbit: mandato eis  
 per epistolas, ut Iudeæ statum ante compone-  
 rent. Sed Herodes, libenter ad Ventidium Si-  
 lone dimisso, ipse aduersum latrones in spelunc-  
 eis habitantes mouet exercitum. Istæ b autem  
 speluncæ in præruptis montibus erant, vndeque  
 inaccessis, transuersisque tantum: ac perangu-  
 stos ascensus habebant: saxumq. ab earum fron-  
 te usque ad fauces ultimas perteingebant, rectū  
 vallibus imminentes, ut aliquandiu quidem Rex  
 pro loci difficultate quid ageret, incertus et

Apt. lib. 14.  
 cap. 25.  
 b Descriptio  
 speluncæ, in  
 que latrones  
 habebant.

sec Postremò autem placuit, ut molimine vita  
 retur satis incerto. Etenim valentissimus quic-  
 que deraissus arculis exponebatur in ostia spe-  
 luncarum. Hique cum familiis eos mactabant,  
 ignemque repugnantibus iniiciebant. Cumque  
 aliquos ex his conseruare vellet Herodes, ut ad  
 se accederent, voce praconis edixit. Sed illorum  
 neque voluntarius se quisquam ei tradidit: sed &  
 quos vis coegerat multi mortem captivitati pre-  
 tulerunt. Vbi etiam senior quidam, septem si-  
 liorum pater, orantes cum marre precor, ut e-  
 gredi sibi ad scidera permitterent. occidit hoc  
 modo: lussit exire singulos, ipse ad ostium stabat,  
 & prodeuntem quenque filiorum trucidabat.  
 Herodes autem è specula hac prospiciens, &  
 dolore conficiebatur: & ut filii parceret, seni  
 dexteram cum precibus porrigebat. Ille autem  
 dictis eius nequaquam mitior factus, insuper hu-  
 miliem animum Herodi reprehavit, & post fi-  
 lios occidit uxorem: deiecitisque desuper mbe-  
 tuis, postremò semetipsum precipitem misit.  
 Speluncis igitur & qui in his erant ita subacti,  
 Herodes relieta exercitus parte, quantum ne  
 quis rebellari tentaret satis esse arbitrabatur,  
 eisque parti Ptolemaeo praeposito in Samariam  
 rediit: scutatorum quidem tria millia, sexcentos  
 verò equites in Antigonum ducens. Tuncque  
 propter eius abscessum nocti licentiam, quibus

<sup>a</sup>Ptolemae Herodis mi-  
 litum Dan interfectum. Galilazam turbare mos erat, Ptolemaum a qui-  
 dem ducem aggressi, nec opinantem interficere.

Agros autem vastabant, in paludes atque in ab-  
 ditissima loca refugientes. Quibus cognitis  
 Herodes matute succurrerit, & magnam quidem  
 eorum multitudinem morte consumit. Omni-  
 bus autem castellis obsidione liberatis, huius  
 mutationis causa multam exegit à ciuitatibus  
 pecuniam, sanguinem talenta. Jam vero Partibus

expulsi,

expulsis, occiso etiam Pacorò, Ventidius Anto.  
 nij literis monitus, equitum mille auxilia, dua-  
 sumque legionum aduersus Antigonum mittit  
 Herodi. Eorum autem ducem Macharam, vt  
 se adiutum veniret, per epistolas rogauit Anti-  
 gonus, & de iniuria Herodis multa conquestus,  
 & pecuniam dare pollicitus. Sed is: nec enim ad  
 quos missus fuerat, negligendum putabat, cum  
 præsertim plura daret Herodes: In prodicio-  
 ne quidem ei non paruit, simulata vero amici-  
 tia res Antigoni exploratam peregit, non ad-  
 misso Herodis consilio dissidentis id fieri.  
 Antigonus abetē, quia præfensit quid cogita-  
 ret, ciuitatem ei clausit, & tanquam hostem ar-  
 cebat à mœhibus, donec Macharam incepit pu-  
 duit, & in Amathuntē ad Herodem recessit.  
 Iratus autem quodd res aliter cesserat, quo scon-  
 que Iudeos offendisset interficiebat, vt nec vel  
 Herodianis parceret: sed vt Antonianis omni-  
 bus abutebatur. Hec cum integrè fuisse Herodes  
 in Macharam quidem vindicare voluit, tanquam  
 in hostem: ræcundiam vero repressit, & ad An-  
 tonium properabat; apud eum accusatus Ma- a Machara  
 chæræ iniquitatem. Ille autem delicta sua repu- iniquitas  
 tans, velociter Regem consequitur: utque in  
 gratiam secum redeat; multis precibus efficit.  
 Neque tamen Herodes à proposito suo renoca-  
 tus est quod minus ad Antonium pergeret: Sed  
 cum audisset eum magnis viribus oppugnare  
 Samosatam, iuxta Euphratem validissimam ciui-  
 tam aeris festinabat, opportunum hoc tem-  
 pus esse perspicieis demonstrande virtutis, &  
 vt magis magisque placeret Antonio. Denique  
 mox vt ad eum venit, fidem erexit, obfidioi b Antonius  
 multis Barbaris interfectis, magnaque præde- Herodis vir-  
 parte sibi destinata: vt Antonius b quidem quæ- sussem mira-  
 quam eius virtus, quod auctor mirabatur, tamen c- 3927.  
 37. s

tiam tunc magis eandem opinionem haberet.  
 3927. multumque ad honores eius spemque regni ad-  
 Acco Chri. deret: Antiochus vero tradere Samosatam co-  
 fsumus. geretur.

37.

*De morte Iosephi & obfidine Hierosolyma  
per Herodem, & Antigonus occiso.*

## C A P. XIII.

Antiq. lib. 14. cap. 23. **D**Vm hæc agerentur, res Herodis in Iudea fratres sunt. Reliquerat enim Iosephum fratre suum, qui omnia procuraret, cu[m] piandatis hu[er]nusmodi, vt nihil ante redditum suum aduer- sis Antigonum moueret, quia non firmum esset auxilium Machæzæ, quantum ex delictis superioribus appareret. Verum Iosephus, vbi fratrem procul abesse cognouit, immemo r[ec]ceptoru[m], Hierichunta cu[m] V. cohortibus à Machæza se- cuso missis petie, vt maturo messium tempore frumenta ditipiat. In cursu autem hostium per montana atque aspera loca oppressus, & ipse ca- dit, magnâ viri fortis in ea pugna gloriâ conser- cutus, & omnes Romani milites percunt. Reces autem lector de Syria cohortes erant, nec veteranorum quenquam permixtum habebant, qui a Antigoni belli imperitis opitulari posset. Antigonus au- in Iosephi tem victoria minime contentus fuit, sed e[st] pro- cedauerat im- cessit iracundie, vt mortuum quoq[ue] Iosephum verberaret. Denique nactus corpora mortuo- rum, etiam caput eius absclidit, quamuis L. tal- za Pheroras frater precium redemptionis offer- ret. Tanta vero nouitas post Antigoni victorij Galilææ res occupauit, vt qui partibus eius ma- gis fauerer[et], productos primates Herodis studiq[ue]s lacu submergerentur: multaque in Idumæa quoq[ue] mutaretur, vbi Machæza castelli cuiusdæ insulae- phabat moenia, cuius nomen est Githa. Nec ho- yens quicquam Herodes audierat. Captis enim Samosatæ

Samosatis Antonius, &c. preposito Syriae Sosio  
eusso, ut Herodem quoque aduersus Antigonum  
adiuuaret, discessit in Egyptum. Sosius autem  
duabus cohortibus in Iudeam praemissis, quarum  
Herodes viceret auxilio, ipse cum cetera ma-  
nu militum sequebatur. Herodi autem de-  
genti in Daphnen Antiochiae, mortem fratri  
somnia manifesta significant. Cumq; turbatus  
prosiluisset è stratis: ecce nuncij clavis intrabat:  
quare p̄dōlo paululum questus, maxima parte  
luctus dilata, in hostes properabat, ultra virēs i-  
ter accelerans; & ubi ad Libanum venit, octin-  
gentos montis accolas assumit auxilio, vobisq;  
bis iungit Romanorum cohortem. cum quibus  
non expectata luce, Galilam ingressus est, ho-  
stesq; obvios in eum quem reliquerant locum  
averrit, & assidue quidem castellum oppugna-  
re tentabat: sed prius quam id caperet, asperri-  
ma hygme coactus, in vicū proximum recepit ex-  
ercitum. paucis autem diebus post, auctus etiam  
alterius cohortis praesidio, quam Antonius mi-  
serat, tanto hostibus terrori fuit, ut castellum  
nocte desererent. Namque per Hierichunta pro-  
peraus ibat, ut quamprimum interfecores fra-  
tris sui posset vincisci, ubi etiam mirabilis ei mō  
strisq; similis casus evenit: unde præter spem li-  
beratus, opinionem quod Deo carus esset ad-  
p̄tus est. nam b̄cū multi honorati vespera illa a-  
pud eum coenauissent, postquam dimisso conui-  
nio omnes egressi sunt, confestim cœnaculum  
concidit. Id autem cōmune sibi tam periculorum  
quam salutis praesagium, quantum ad futurum  
bellum pertinet, esse coniiciens, mane primo  
castra mouet: hostiumque sex circiter millia de  
montibus decurrentes, prima tentabant agmina  
de quantum quidem cum Romanis conserere  
possat, sedebant: lapidibus aurea ac telis ega-

<sup>a</sup> Herodē-  
mortem fra-  
tris somnia  
manifesta  
significante

<sup>b</sup> Herodē  
cœnaculum  
dimisso con-  
uinio confe-  
stim cœcidit.

An. mundi dummodo plurimos sauciarent, minus appetebant, vbi Herodes quoque ipse præteriens, la-  
 3927. Anie Chri- tus iaculo vulneratur. Antigonus autem se non  
 sum uer. solum audacia suorum, sed etiam multitudine  
 37. superiorem videti cupiens, Pappum quendam  
 ex contubernalibus suis cum manu milium in  
 Samariam mittit, quibus quidem Machæra erat  
 præmium victoriz, Herodes vero terram per-  
 uagatus hostile, quinq. municipia capit, duóq.  
 habitatorum millia consumit. Exultissq. domi-  
 bus, ad exercitum redit, circa vicum, qui appellatur  
 Cana, tendentem. In dies autem singulos  
 magna ei multitudo Iudeorum vel ex ipsa Hier-  
 richunte, vel ex aliis regionibus accedebat: tum  
 hos odiu moueret Antigoni, alios ipsius Her-  
 odis præclara facinora. Enim uero multos ratione  
 carentes mutationis cupiditas impellebat. Hoc  
 autem congregati festinante, Pappi milites ne-  
 que multitudine hostium: neque impetu per-  
 territi, acriter ad pugnam ex altera parte procè-  
 dunt. Sed vbi agmina confluxerunt, cæteri quidē  
 paulisper restiterunt. Herodes autem si atrox  
 et dis recordatione periculosis dimicans, dum  
 modo eius vlcisceretur autores, aduersari a-  
 ciem facillimè superat, deinde semper integrōs  
 aggrediendo, vniuersos in fugam vertit. Erat è-  
 ñi in plurima occumbentium strages, cum alijs  
 quidem in vicum unde venerat cōpellerentur,  
 nouissimus autem ipse instaret, atq. infinitos oc-  
 cideret. postremò ruens inter fugientes hostes  
 in vicum irrupit cum omnes domus armatis es-  
 sent refertæ, plenāque propugnatorum désuper  
 tecta: & quoniam foris deprehensos facillimè  
 superabat, disturbando, ædes intus abditos extra-  
 hebat, alios conuulsis obrutis testis, multos si-  
 mul necabat: si quis autem subterfugiisset ruens,  
 cum gladiis armati milites extipiebant tam  
 que

qua• Evidenterum per omnes vias suā titulō coa-  
lētūta est, ut etiā victoribus ipsis transitus 3918. Ame-  
bōstruetur. hanc plagā hostes adeò non rule-  
runt, ut confluentium turba, conspectis qui in  
vico perissē, fuga discederet, statimq. successu,

<sup>a</sup> Cadaverū  
fretus Herodes ad Hierosolymam perrexisset, multo  
misi eum hyenis asperitas prohibuisset. Hęc e-  
nīm pérficendz <sup>b</sup> vīctoriz fuit impedimentum, transiun-  
dūcē pénitus opprimētut Antigonus obstitit, obstruē-  
qāi cūtitatē iam deserere cogitabat. Herodes  
autem ad vesp̄am, cūm lassos amicos refi-  
ciendi corporis gratia dimisisset, ipse adhuc  
ab armis calidus, motè militis latus ibat. Siqui-  
dē vñs tantū puer eū sequebarur. Et prius quā  
in balneū perueniret, obuius ei quidam ex ho-  
stib⁹ gladio armatus occurrit, deinde alter &  
tertius & plures. Et hi confugerant armati ex a-  
cie in balneum, sed perculti etiam tum metu ae-  
ficiantes, ut Regem viderunt, illum quidē stu-  
pore debilitati ac trementes, cum inertis esset  
prætereunt. exitus vero quā fugerent casu pe-  
tebant. Itaque cum alius casu, qui eos compre-  
henderet nullus adesset, Herodi autem nihil pa-  
ti satissuisset, omnes effugient. Postero b autē b Pappum

die Pappum quidem, Antigoni militem ducem <sup>c</sup> Antigoni  
ubscisso capite obruneat: Idque Pherorū ma- militem da-  
gistro extētus fratri suo mittit in perempti cens Hero-  
fratri vītionem. namq. Pappus erat qui Iosephū des obrun-  
Interfecerat. Vbi autem rigor hyemis cessit, cas.  
Hierosolymam repetiit: mūrisque admoto mili-  
te (annus autem tertius agebatur, ex quo Rōmā  
Rex fuerat declaratus) pro templo castra po-  
siti, quā facilior erat expugnatio, & antea Pom-  
peius ceperat cūtitatē. Exercitu autem in ope-  
ra distributo, suburbansque diuisis, tres quidem  
leuare agerēs, & super eos tutrēs <sup>d</sup> edificare iu-  
beb Bellūq. grecis qui operibus induceret impie-

anno m<sup>er</sup>. geritq; amicorum, ipse in Samariam vadit.  
 d<sup>icitur</sup> 3919. xorem accepturus, Alexandri filij Aristobulij si-  
 An. Christ. liam, sibi desponsatam, vt diximus: & dum obser-  
 nat. 35. det, subcisia opera nuptias curaturus: quippe  
 Ant. li. 14. iam hostes despiciebat. Igitur & ubi ea duxit, ad  
 cap. 12. Hierosolymam redit, auctus militum copiis: ei-  
 a Hierosolyma ab Herodio obseffa. que sociatur: qua mediterraneo itinere, p<sup>re</sup>missa, ipse per Phoenicen iter fecit. Vbi morso  
 autem exercitu congregato, ad peditem legio-  
 nes undecim, equitumque sex millia, preter au-  
 xilia Syrorum, non pro minima parte ducenda,  
 propè à septentrionali muro castra collocauunt:  
 Herodes quidem senatus consulto fatus, quo  
 Rex fuerat declaratus: Solius vero Antonio, à  
 quo milites quibus p<sup>re</sup>te, at asciret missos He-  
 rodi auxilio. Iudeorum autem intra ciuitatem  
 agentium populus variè turbatus erat. Nam ci-  
 ca templum infirmior multitudo conuenies spu-  
 rore agebatur, multaq; veluti dquinquies de tem-  
 poribus dictabat: & qui audacieores essece, in  
 caternas congregati, multis modis latrocina-  
 tur: maximè ex locis oppido proximis, victui ne-  
 cessaria diripientes, neque aut equis, aut vijs  
 alimenta relaquebant. Bellatorum autem con-  
 stantes obstantibus oppositi, è muris opp<sup>o</sup>  
 aggerum prohibebant, & contra instrumenta  
 oppugnantium, semper nouum aliquod obsta-  
 culum moliebantur. In nulla re autem æquè ac  
 in cuniculis superabant. Rex autem aduersus  
 latrocinia quidem occultas excogitauit mili-  
 tum insidias, quibus eorum reprimenterunt ex-  
 cursus: inopia in verò alimentorum longinquis  
 transvectionibus adiunari dispositi. Ac p<sup>ro</sup>pugna-  
 tienti, quamuis omnem modum audaciec sup-  
 percederentur, Romanooru<sup>m</sup> tamen peritis vi-  
 gibus nihil minus aperte cū his secula mag-  
 te pug-  
 nando  
 iudeorum  
 in pugna  
 constanter.

et propoliata configebant. Ex improuto autem Romanis per cuniculos intermedios emergetibus, prius quam muri aliqua pars dirueretur, alteram eius vicem muniebant. Proorsus autem neque maliibus neque machinis deficiabant, quoniam usque ad ultimum repugnare decte-  
berant. Deniq. a tanto ex etatu circunstante, a Herodis per quinque menses obsidium tolerauerunt: do-

miles cum nec quidam ex his quos lectos habebat Herodes, ausi morum transgredi, civitatem irrupere, quinque milles post eos sibi centuriones. Igitur ante omnia sibi obsidionem fano proxima capiebantur: & insuso ex etatu toleraverunt plurima ubiq. mors erat: Romanis quidem pro-  
perte obsidionis moras iratis: Herodis vero ma-  
rumpens.

ut Iudeaca summo intenta studio, ne quis peni-

tus ex aduersariis evadere. Maestabantur ban-  
tēm quamplurimi, & per angustiores vicos op-  
pidi, & in domos compulsi, et si ad templum et  
lām confugissent: nec villa erat aut senectutis,  
aut multebris infirmitatis miseratio. Deniq. li-  
cet Rex ubiq. mitteens, rogaret ut parcerent, ne-  
ato tamen dexteram continuit: sed veluti fore-  
tes, omnem persecutur atatem. Ibi nam  
etiam Antigonus, neq. priores neg. presentem  
fortunam cogitans, domio descendit, & ad pedes  
sophij prosteritur. Ille autem nihil eum tanta mu-

c Antigonus  
tationis causa miseratus, & intemperanter deri-  
fuit, & Antigona am appellavit: neque tamen etiā

susticdip libetum dimisit, ut foeminaam. Itaq. il-  
le quidem vincitus asservabatur. Herodes autem cum iam hostes vixisset, ut externa quoque  
auxilia compesceret prouidebat. Visendi enim  
tempore, sancto oratione, eius studio, omnis multitu-  
do peregrina fuerat incitata. Ob eamq. rem, hos  
affinis, altos precibus, non nullos artis etiam re-  
dehabat: acerbiorum, quam si vires fuerint, exi-  
stunt, sed si forte vicerint, si quod vitiosi defici-

b Cedet in  
Herodes  
ma.

c Antigonus  
dopno.

Ann. mundi 3918. Anno Christ. 36. effet, culpa sua visum fuisset. Mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit, multa i nuptiis in Sosium, si vacuefacto viris & pecuniis opido, Romani Reges se solitudini teliquistentur qui pro tanta ciuium cede, totius orbis terrarum imperium: vile preium iudicaret. Illo autem iustum esse dicente, ut pro labore obsidionis praedandi licentiam milites haberent: ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum se aseue auit. Atque ita redemptis patriis reliquiis, promissa compleuit. Nam & militum quenque liberaliter, & pro merito ducis, ipsumq. Sosium regia largitate donavit, ut nemo egens pecuniis abiret. Post hanc Sosius aurea corona Deo dedicata, ex Hierosolymis remeauit, Antonio vin-  
 a Herodes  
 militib. de  
 suis faculta  
 tib. militem  
 pecunia lar  
 gior.  
 b. Antigo  
 nus securi  
 obtruncatur.  
 Ant. lib. 15.  
 cap. 8.  
 Cleopatra  
 do cognacio  
 nem suam  
 sanitia.  
 et culpa sua visum fuisset. Mox autem etiam rapinas in ciuitate prohibuit, multa i nuptiis in Sosium, si vacuefacto viris & pecuniis opido, Romani Reges se solitudini teliquistentur qui pro tanta ciuium cede, totius orbis terrarum imperium: vile preium iudicaret. Illo autem iustum esse dicente, ut pro labore obsidionis praedandi licentiam milites haberent: ipse de suis facultatibus mercedem singulis distributurum se aseue auit. Atque ita redemptis patriis reliquiis, promissa compleuit. Nam & militum quenque liberaliter, & pro merito ducis, ipsumq. Sosium regia largitate donavit, ut nemo egens pecuniis abiret. Post hanc Sosius aurea corona Deo dedicata, ex Hierosolymis remeauit, Antonio vin-  
 &um Antigonum ducens, & b illum quidem van-  
 na spe vitæ cupidum usq. ad ultimum diem, igna-  
 uia digna securis exceptit. Rex autem Herodes, discreta multitudine ciuitatis, suarum quidem partium studiosqs, quod magis benevolos sibi fa-  
 ceret, honorifice tractabat: Antigonianus autem neci tradebat. Et quoniam pecunia defecisset, diviso  
 quiçquid ornamentorum haberet, Antonio eius-  
 que comitibus misit, non tam omnino ne quid  
 patetur redemit. Nam enim Antonius Cleopa-  
 træ amore corruptus, in omni re cupidini cel-  
 serat. Etenim Cleopatra, ubi tanta cognatione  
 suam sequitia persecuta est, ut neque propinquus sanguine superesset, cedis tabiem, contulit in  
 extraneos; Syrorumque optimates apud Anto-  
 nium criminando suadebat eos interfici, ut eomo-  
 do cuiusq. possessiones dominio suo facilius  
 quereret. Postea vero quam in ludzios atque Arabes usque extendit avaritiam, ut Reges co-  
 rū Herodes & Malichus interirent, occulere mo-  
 liebatur. Cui cum verbotenus annuisset Antonius, occidere quidem bonos viros tantosque  
 Reges

Roges iniustum esse duxit: verum inter amicos  
vitra habuit: sed multa terra ex eorum praecisa  
finibus, & quod erat in Hierichunte palmetum  
in quo balsamum gignitur, & ciuitates praeter  
Tyrum & Sidonem cunctas intra suum Eleu-  
terum ipsi dedit. Quorum potita dominio ad Amoris  
Euphratem usq. Parthis bellum inferentem  
prosecuta Antonium, per Apamiam & Dama-  
cum in Iudeam yepit: Atque hic Herodes, licet  
magnis munieribus infensum eis animum miti-  
gasset, tamen ducentis talentis annuis abscissas  
regno suo possessiones impetrat sibi loeari: i-  
psamq. omnib. obsequiis placans, Pelusium usq.  
deducit. Nec multum interea tempus & Anto-  
nius ex Parthis aderat, captiuumque Attabazē  
Tigranis filium dono Cleopatra ducebatur. Nam  
cum pecunii omniq. præda, Parthus ille statim  
condonatus est.

*An. mundi  
3934: Anno  
nati Christi.  
30.*

*De insidiis Cleopatrae in Herodem, & Herodi proelio  
contra Arabes & in genio sortita.*

*mores.*

### C A P V T XIII.

**C**oncitato autem bello Aegiaco Herodes Ant. lib. 45.  
quidem cum Antonio proficisci paratus erat, cap. 5.  
& aliis per Iudeam turbis libertatus, & Hyrcanio  
potitus, quem vicum Antigoni soror tenebat:  
veruntamen à Cleopatra callide ne periculo-  
rum Antonij particeps fieret, interclusus est. Re in Herodem.  
git, enim, ut diximus, in Iudeas tendes, bellū in infidie.  
Arabas ut Herodi committeret, persuadet An-  
tonio, quos si viciisset, Arabiz, sin autem victus  
esset, Iudeas domina constitueretur: alterumq.  
potentium per alterum pessundaret. Sed eius  
consilium Herodi feliciter cessit. nam primū in  
Syros hostes ducens, magnum quem conflave-  
rat equitanum, circa Diopolim in eos mittit,

quamvis fortiter resistentes, superauit, qui cām  
An. mundi iam vieti esēnt, magis mōtu Arabes suscitat-  
3934. Ante tur: & infinita manus in Syriæ cœles Canathā  
Christum congregati, expectabant Iudeos. Vbi R' ex eos  
natum 30. Herodes cum exercitus aggressus bellum consul  
ant.lib. 15. tius administrare tenet ab castrisque muro cin-  
Cap. 6. gi præcipiebat: non tamen ei paruit mult' tudo,  
a Herodis sed a priore victoria freti Arabes impetū & præ-  
exercitu A ma coitione in fuganr versos vigebant: in perse-  
rabes in fu- cutione vero insidijs periclitatur Herodes, Ca-  
gā verius. nathēsibus ab Athenio immisiss, qui ex Cleo-  
b Bellū A- patræ ducibus semper ei fuerat iniamicus. Nám-  
diacū inter que b' horū incursum recreati Arabes, pugnā repe-  
Antonium tunt; iunctisque agminibus circa saxosa loca &  
& Augusū deuia Herodis militē fogant, plurimis cæde pro-  
verinque ge stratis. Qui vero ex prælio seruati sunt, in vicini-  
stus.

Ormidā confugiunt. Vbi etiam castra eorum cā  
homini bus circumuenta Arabes sicut erant ple-  
na corporum. Neq. mōko post accepta clade, He-  
rodes aderat quā auxilijs, serius quām vsus popo-  
scit. Huius ei vulneris causa fuit, præpositorum  
militibus contumacia, quod lussa obeditre no-  
uerunt. nō enim repentino commisso prælio xl  
jū Athenio insidiandi tempus habuisset. rursus  
tamen vltus est Arabas, assiduis fines edū in-  
cursionibus infestans: quodq. semel vicitus est  
szpe rependit. Sed e dum iniucos persequuntur.  
*ad litteras* incutrit ei diuinus alia calamitas, sepmō re-  
*die ostiante* gni anno & Actiaco bello feruente. Námque ve-  
*teris* ris initio terra mota, infinita quide gecorbi, tri-  
ginta vero hominū nullia peremit, cum exerce-  
tus mansisset incolmis, quoniā sub diuo tende-  
bat: hīq. Arabas in maiore audaciā susti-  
bit, tristibus nuncis grauibus semper aliquid af-  
fingens, vnde velut omni subueisa Iudea, terrag-  
obtinēdꝫ sp̄c, quia nemine superesse credebat.  
*ca* iit uini, legatis peius interfecis, qui ad fe-  
venerant

venerant à Iudea Herodes autem aduentu ho- *Anno mundi*  
 stium perterritam suorum multitudinem, tam *3934.*  
 magnitudine quām assiduitate calamitatū fra- *Anno Christi*  
 etam, ad repugnandum incitare tentabat, hanc fluminae.  
 dicens: Rationē <sup>a</sup> habere non videtur, cui vos *30.*  
 præsens formido perculerit: nam diuinæ quidō  
 indignationis plagas mortali vobis esse nō mi-  
 tor. Ignavum autem est perpeti idem, etiam  
 cum incursum hominum repellendi sunt. Ego e-  
 nim tantū abest, vt hostes post terræmotam  
 pertimescam, quod magis putauerim Deum  
 hanc illis illeceb̄am immisisse, vt poenas redi-  
 derent, non enim tantum manu armisq; freti,  
 quantum nostris calamitatibus, veniunt. Pal-  
 lax autem spes est, quæ non suis viribus nititur,  
 sed alienis aduersis. Neq; verò vel secundæ res  
 vel contrariæ, apud homines certæ sunt: sed in  
 utramque partem videoas fortunam nutare vi-  
 cissim, & exempla vobis propria demonstra-  
 bant. Nempe prælio superiore victores, post ab  
 hostibus victi suntus. & nunc ergo, quantum es-  
 timare licet, illi capientur, victores se creden-  
 tes. Numis <sup>b</sup> enim confidens incautus est: me- *b Mem*  
 tus autem prouidentiam docet. Itaque mihi præstat con-  
 quidem hoc ipsum quod timetis, fiduciam sug- *fidenciam.*  
 gerit. Nam cùm ferociores quām opus erat fui-  
 stis, & præter voluntatem meam in hostes e-  
 gressi estis, Athenion insidiandi tempus inue-  
 nit. Nune autem vestra cunctatio, & minus ala-  
 cer animus, vt videtur, certamen mihi victoriæ  
 spondet. Conuenit tamen ante prælium sic esse  
 affectos, in ipso autem opere virtutem exerere:  
 conseletatisque hostibus planum facere, quod  
 neque humanum aliquod malum, neque ira  
 cœlestis unquam deprimit fortitudinem lu-  
 diaorum, donec spiritum vitæ ducunt, vel co-  
 rum quisquam in bonis suis Arabas dominari

**Jan. mundi** patientur, quos aliquoties penè captiuos abducunt. Nihil a autem vos terreat rerum anima carceris.

**3934.** **Aucto Chrs.** sentium metus: neque arbitremini, terre confusionem, alicuius futuræ clavis esse portentum nat.

**30.** Naturalia námque sunt elementorum quoque vitia: nullumque damnum inferunt, nisi quod

**a Altera pars oratio nis Herodii de terram.** ex ipsis evenerit. nam pestilentia quidem, vel famis, vel terrae motus signum aliquod tardante malo fortasse præcesserit: ipsa vero cum extiterint, sui magnitudine finiuntur. Ceterum quid nobis amplius quam terra concussio, bellum nocere poterit etiam victis illo enim uero maximum imminentis excidi monstrum, sponte sua, neque alienis manibus inimicis accedit, qui legatos nostros præter omnium hominum leges crudeliter mactauerunt, talesque Deo pro-

**b Constitutio Herodii ora & ad hostias ad** belli euentu hostias ceciderunt. Nos tamen effugient maximum eius lumen inuestigamus; dexterioris & ad teram, sed continuo poenas dabunt: si patro remansuerit ad pleni spiritu, in vindictam violati fœderis amicos excitemus. pergit quisque non pro coniugibus, neque pro liberis, aut pro patribus periculis pugnatur, sed legatorum cædis ultores. Illi melius quam nos qui viuimus exercitum regent: vobisque mihi obedientibus, periclitabor ipse pro ceteris. Pro certo enim sciatis, fortius dinem veitram non sustineri posse, nisi temeritate laedatur. His adhortatus milites, ubi eos a-

**c Herodes ante pugnat sacra Deo celebra.** lacres vident, & sacra Deo celebrauit: deinde cum exercitu Iordanem fluuium transgressus est. Castris autem Philadelphia positis. haud procul ab hostibus, quasi de interiacente castello contenderet, pugnat eminus irritabat, quam primus cupiens congregandi. nam & hostes præmiserant, qui castellum occuparent. Sed illos quidem Regij facile repulerunt, collēmque tenuerunt. ipse vero quotidie producto ad prærium militum tecum.

te, instructaque acie Arabes lacescebat. Cūm<sup>s</sup> *An. mundi*  
 autem nemo contrā procederet (quædam enim 3934.  
 eos vehemens formido tenebat, & ante multi. *Anno Christi*  
*tudinē dux Altheaus timore obriguerat) val. *Statim nat.**

Ium eorum disturbabat ipse aggressus: cōque mo- 30.  
 do coacti ad pugnam confusis ordinibus, mixti-  
 que cū equitibus pedites egrediuntur: et si mul- *a Herodes*  
 titudine superiores. *Iudei* tamē alacritate im- *b. hostes* ~~ad~~  
 pares, quamvis audaciores eos faceret *victoria*  
 desperatio. Et quamdiu quidem restinerant, non  
 magna eorum cædes facta est: ubi verò terga  
 nudauerunt, multi à *Iudeis*, multi verò à semet-  
 ipsis conculcati perierunt. Denique millia V.  
 in fuga ceciderunt, exiisque multitudo intra  
 vallum compulsa est, cōque statim circumsep-  
 tos obsidebat *Herodes*, & licet armis propè ad-  
 esset excidium, tamen aquæ penuria vehemen-  
 ter virgebat. Cūmq; Rex arrogantis eorum le-  
 gatos despiceret, & talenta quinquaginta pro  
 redemptione offerentibus, magis instaret: deni-  
 que b. *Arabes*  
 se *Iudei* tradebant, adeò ut quisque diebus *arabes conio*  
 quatuor millia vincirentur, sexto reliqua mul- *siti vltro se*  
 titudo ad pugnam desperata salute procederet. *Iudei magi*  
 Quibus congressus *Herodes*, iterum septem *dunt.*  
 millia circiter sternit: & tam magna plaga vltus  
*Arabiā*, extincto virotum eius spiritu, tantum  
 profedit, ut eius patronus ab ea gente optare-  
 nec.

*Herodes exaltatus in regnum.*

## C A P. X V.

**M**ox autem illum exceptit desueta rerū so- *Antiq. lib.*  
 licitudo propter amicitiam Antonij, post 15. cap. 2.  
 victoriam Cæsaris apud Actium. Veruntamen  
 plus timoris habebat, quā igit̄ patiebatur. Nec  
 I. ij.

FLAVII IOSEPHI

*Ad. mundi enim Cæsar victum iudicabat Antonium, donec*

*3934. Herodes cum eo superesset. Itaque Rex periculis decreuit occurrere : Rhodumque transmis- Anno Chri- sumus.*

*30. sine diademate, veste quidem cultaque priuato, sed fastu regio, neque dissimulata veritate*

*a Herodes coram Au- guste Cæsa re oratio. b Herodes coram Au- gusto dissimu latione re mora verū ingenue fa- fecur.*

*coram eohæc dixit: Ego <sup>a</sup> quidem, Cæsar, Rex factus ab Antonio, fateor vtilem me fuisse Re gem Antonio, Neque <sup>b</sup> dissimulauerim, quod omnimodo armis quoq; me grauem expertus essem, nisi Arabes prohibuerent. Veruntamen auxilia ei pro viribus meis misi, & multa frumenti millia : sed nec accepta apud Actiū plagi, bene de me meritum deserui. Nam cum auxiliij minus commodarem, optimum ei consilium dedi, unam esse dicens Cleopatræ mortem aduersorum correctionem. quam si occidisset, & pecunias eis & muros ad tuitionem & exercitum, & memet ipsum bellum contra te solum pollicebat. Sed profecto eis aures Cleopatræ amores, & Deus qui tibi victoriā donaret obstruxit. Una ergo cum Antonio victus sum, & diade na cum eius fortuna deposui. Ad te autem veni, spem salutis de virtute praesumens: & ut inexamen adduceretur properans, qualis amicus alicuius fuerim. Ad hæc Cæsar: Cæsar ad in hoc vero saluus esto, inquit, & nunc regnato certius. Nam meritus es qui plurimos regas, cum amicitiam tantæ fide tuearis. Experite autem, ut etiam felicitibus fidus permaneas: si quidem ego præclarissimam spem de tua magnanimitate mihi promitto. Recepit tamen fecit Antonius, qui magis Cleopatræ, quam tibi paruit. Te namque lacrati sumus propter eius amicitiam. Prior autem ab officiis cœpisti, quantum apparet, quem aduersus eorum gladiatores idonea auxilia misisse Venti dius perscribit.*

Quare interim tibi decreto firmitatem regni <sup>Anno mccciiii</sup> praebeo. Experiat autem ipse quoque bene tibi aliquid facere, ut non desideres Antonium. <sup>Ante Christum</sup> Huius sermonis humanitate Regem, ne quid de amicitia sua dubitaret, hortatus, & diadema illi <sup>3934.</sup> <sup>30.</sup> imposuit, & indulgentiam decreto consignat: in quo multa magnificè in eius laudem com memorauit. Ille autem primus eum muneribus delinqutum rogabat, ut Alexandrum quendam supplicem, ex amicis Antonij, iuberet absolvi. Sed vicit iracundia Cæsar, multa illum & gratia pro quo rogabatur admisisse dicentis, quibus repulit deprecantem. Postea vero ad A- <sup>a</sup><sub>b</sub> Herodius in gypsum euntem per Syriam Cæsarem, Herodes Augustus cunctis accepit regni diuiniis: tumque primum Cæsarem cum eo milites recensente, circa Ptolemaidem morius. equo vectus est, coenamque illi cum omnibus amicis exhibuit, atque insuper exercitus eius e pulis cuncta distibuit. Prospexit etiam per arida loca proficiscentibus ad Pelusium, atque inde redeuntibus ut aquarum copia non deesset. Nec fuit quicquam vtsilium, quod desideraret exercitus. Pro his denique meritis paruum esse Herodi regnum, tam Cæsar quam milites existimabant. Ideoque postquam venit in A- <sup>b</sup> Herodius gyptum, a m Cleopatra & Antonio mortuis, regno An non solum ceteros eius honores auxit, verum etiam regno partem finium addidit, quam Cleopatra dempserat. Et praeterea Gadara, Hippo, Samatiam, maritimam, tumque insuper ciuitatum Gazam & Anthedonem, & Ioppem, & Fyrgon Stratonis: & ad haec satellites quadringentos Gallos ei donauit, quos antea Cleopatra stipatores habebat. Nulla autem res magis liberalitatem Cæsaris incitabat, quam magnus animus accipientis. Post primam verò Actiadas, etiam regionem quæ Trachon vocatur, eius ditioni

# FLAVII JOSEPHI

Ann. mundi subdidie, eique continentem Batanzam, itemque Auranitin, ex huiusmodi causa. Zenodorus  
 Anno Christi 3934. qui dominus Lysaniz conductor erat, non cessauit  
 Etiam nos. vñquam ex regione qua Trachon dicitur, latrones Damascenis immittere. Illi autem ad Varum tunc rectorem Syriæ cōfugerunt, eumque deprecati sunt, quo suas miseras Cæsari declararet. Cæsar autem his cognitis ei rescripsit at latrocinium penitus curaret extinguere. Varus autem milite aggressus loca suspecta, expurgavit latronibus terram, ipsamque Zenodoro abstulit: quam Cæsar, ne latronum denuo contra Damascum receptaculum fieret, Herodi dedit,  
 a Herodem cūmque præterea totius Syriæ procuratorem Augustum constituit. Et decimo anno reversus iterum in Syriæ præfecturam, ne quid eo inconsulto procuratorem conscripseret, tribus liceret administrare præcepit: ac Zenodo  
 fuit. eo mortuo terram omnem qua inter Trachonē & Galilæam erat, eidem attribuit. Quod autem maius his omnibus existimabat Herodes, à Cæsare quidem post Agrippam amabatur, ab Agrippa verò post Cæsarem. Hinc ad summum felicitatis euestus, & ad maiorem subleuatus animum, maximam prouidentiaz partē obsequio pietatis impendit.

*De urbibus & edificiis instauratis & conditiis ab Herode, deque munificencia qua usus est erga exerceras gentes, eiusque felicitate.*

**Antiq. lib.**

15. cap. 10.

12. 13. 14.

*Edificia ab Herode*

**CAP. X VI.**

Taque à anno regni sui quintodecimo, & tēplum instauravit, & duplū terre spatiū quam fuerat circa templam, muro amplexus est, ingenti sumptu & magnificentia singulari. Argumento erant in ambitu fani magnus porticus, eique

si que insatum à septentrione castellū. Et illas <sup>An. mundi</sup>  
 quidem à fundamentis erexit. Hoc autem nul- <sup>3947.</sup>  
 la re minus, quā regni sedes largis opibus ce- <sup>Ante Christum nas.</sup>  
 nouatum, Antoniam vocavit; in honorem Ad-  
 tonij. Quin etiam domo sibi regia in superiori  
 parte ciuitatis exstructa, duas aedes in ea maxi-  
 mas acque pulcherrimas, quibus ne templum  
 quidem vquam conferti posset, edificauit: eas  
 que amicorum vocabulis vnam Cæsaream, A-  
 grippinum alterā nominauit. Nec verò solis te-  
 gnis memoriā eorum & cognomina circūscri-  
 pserunt, sed in totas etiam ciuitates studiū libera-  
 litatis extendit. Nam in Samaritica regione op-  
 pidum cauro pulcherrimo per viginti stadi-  
 circundatam, Sebasten appellant, deductis eō  
 sex millibus colonorum, terrāque fecundissi-  
 ma his attributa: ubi templum quoque maximū  
 inter adiectionē circum id aream triū & se-  
 mis stadiorū. Cæsari dedit, eiusdēmque  
 oppidi habitatoribus præcipua legum benefi-  
 cia præsticū. Qd huc alterius terræ adiectione  
 donatus à Cæsare, aliud ei templum circa Ior- <sup>a Fons ser-</sup>  
 danis fontem candido marmore posse, qui lo- <sup>dans.</sup>  
 cus appellatur Panium. Vbi mox quidam  
 vertex in p̄celsū editus, propter subiecti la-  
 teris vallē specū aperit vmbrosū, qua pro-  
 funda altitudinis rupes, ad immeasum liquen-  
 tis guttæ receptaculum concavat, ut stagnan-  
 tis aquæ copia demittitibus aliquid, donec ter-  
 ram inuenias, longitudo nulla sufficiat. Foris  
 autem à speluncæ radicibus oriuntur fontes: &  
 (vt quidam putant) hoc est Iordanis principiū.  
 Sed veri fidem in posterioribus indicabimus.  
 Quin & apud Heridunta. inter castellum  
 Cyprum & priores domos regias, meliores a-  
 lias, & quæ commodiorem vsum præberent  
 aduenientibus fabrietas, compedem amicorum

Anno ~~thūn.~~ nominibus vocitauit. Prorsus non ostendone  
 di 3947. regni locus, quem honore Cæsaris nudum reli-  
 Apie Chri- querit. Postea verò quām fines suos exemplis re-  
 þum nes. pleuit, in prouinciam quoq; honores eius effu-  
 17. dit, & in multis ciuitatibus templū quæ Cæsaria  
 vocantur, constituit. Cum autem inter mari-  
 mas ciuitates vidisset vnam vetustate iam fessā,  
 quæ Stratonis pyrgos vocabatur, & pro loci na-  
 tura munificentia sua capacem, totam eā can-  
 dido sauro reparatam, clarissima regio decora-  
 uit, & in ea maximè innatam sibi animi ma-  
 gnitudinem demonstrauit. Nam inter Dorum &  
 Loppen, quarum media ciuitas sita est, omnia to-  
 ra maritima adeò fuit importuosa, ut omnibus  
 qui ad Egyptum ex Phœnicē nauigarent, in fa-  
 lo fluctuare cogerentur, minas Afici meuen-  
 tes, cuius etiam mediocris aura, tantas vndarum  
 moles ad scopulos erigit, ut non posse ab flu-  
 gitis, per aliquantum spatiū maris ferreas au-  
 geatur Sed <sup>4</sup> Rex liberalitate hic sumptibus de-  
 a Herodes Pirae mato. uicta natura, Pizzo maiorem pōstrum fabrica-  
 tem pōstrum uit, & in eius penetalibus alias nauibus statione  
 fabricas. nes fecit aliissimas. Et quanquam totus ei locus  
 aduersabatur, omnibus ita cum difficultate certa-  
 uit, & firmatas quidem structuræ nequaquam  
 mari codet: pulchritudo vero tanta esset quæ-  
 si nulla residua præpedisset ornatum. Meti-  
 tus enim quantum diximus pōstrui spatiū per  
 viginti vlnas in fundum saxa demisit, quorum  
 plerq; pedum quinquaginta longitudinis, & c.  
 altitudinis nouem, & latitudinis decem, non  
 nulla vero etiam maiora fuerunt. Explero au-  
 tem spatio quod vnda celabat; in ducentos pe-  
 des murum dilatauit. Ex h. quibus centū repel-  
 lendis erant fluctibus ante constructi, vnde et  
 iam procymia discabantur: cæteri autem saxeo-  
 portus quo cingitur tempore subiecti sunt magnis  
 b Dihucta  
 descriptio  
 portu.

terribus lateris postris, quarum maxima atq; pul- An. mundi  
cherima ex nepote Cæsaris Drusum cognomi- 3947.  
nata est. Crebri autem fornices ad deducendas Ante Cibit;  
qua portus haberet: præq; forniciibus, & circum fluv. nes.  
eos crepido saxeæ, & lata, quæ naues egrediætes 17.  
exciperet, deambulatio. Auditus autem septen-  
trionalis erat: ventorem enim pro situ loci pla-  
cidissimus est boreas. Ad ostium verò colossi tres,  
verinq; fulti columnis: quarū à terra quidē in-  
trantibus stāres solida turri sustineret: dextra ve-  
rō duo proceri lapides iuncti, & partis aduersæ  
turris magnitudinē superantes. Domus autem  
portui connexa: oändido ité lapide: partiq; mena-  
sura spatiorū ciuitatis viæ tendentes in portū.  
Contra ostium verò portus, in colle, Cæsaris eti-  
plū magnitudine simus & pulchritudine præcī-  
puum: in eōq; Cæsaris colossus nō minor quā  
Iouis apud Olympiam, cui us ad exemplar factus  
est. Romano autē par, & lunoni, quæ Argis est.

Oppidum <sup>a</sup> sūmū em prouinciaz dedicauit, rebāsq; a Cæsare,  
adue& citiis portum, Cæsari verò conditoris ho- Strigoniū  
norem, unde ciuitati nomē Cæsareæ imposuit. mūrū antea  
Quinetiæ & cætera opera, forū, theatru, amphī- dicta ab He-  
theatru, digna vocabulo collocauit: & quin. rude cōdita.  
quennali certamine instituto, nomē ei Cæsaris Antiq. lib.  
donauit. Primāsq; ipse in cœlestima nonagesima 15.ca.20.11.  
& secunda Olympiade maximis præmia propo. & lib. 17.  
fuit, ut non solū victores, sed & proximi & ter- Sop. 5.

ti) successores eorū regalibus dimicis poteretur.  
Anthedona quoq; renouatam, quam bella sub-  
verterant, <sup>b</sup> Agrippum vocavit: nimiāq; bene- b. Agrippa.  
volensia, nomen amici etiam portas inscripsit,  
qui ipse in templo ædificauit. Sed ne parentes  
suos ita quisquam dilexit.. nā de patris monumē-  
tū opikno regni campo ciuitatē cōdidit, si mī-  
num, arborūmq; distaffū, cāmq; Antipater idem <sup>c</sup> Antipa-  
nacupsum, & Super Hierichonæ castellū nascitū, 17.4.

uia. mundi tatum, & pulchritudine præcipuum, nunc cingū

3947. xit, atq; in honorem matris & Cyprum vocavit.  
Anno Chri- Pratrios b Phasaelo turrim cognomine Phasae-  
stus nasc. llidē Hierosolymis ædificavit, cuius ambitus &  
in magnitudine liberalitas postea declarabitur.

17.

a Cypri.

b Phasaeli  
turris.

c Phasaeli  
ciuitas.

d Herodius.

Aliisque c civitatem in regione quæ à Hiero-  
chunte in boream tenditur, Phasaelū nomina-  
uit. Cognatis autē & amicis atque glorię tradi-  
tis, ne sui quidē fuit immemor, sed castellū cō-  
tra montem Arabici lateris propaginaculo per-  
munitum, de suo nomine d Herodiu vocavit: tu-  
mulumq. in mammę formam manufactum, qui  
stadiorum sexaginta spatio ab Hierosolymis ab-  
erat, similiter nominatum munificentius accu-  
ravit. Etenim rotundis quidē turribus cacumē  
eius amplexus est. In habitum autem cōpleuit cō-  
dibus regiis liberalissimè exornatis: ut nō solā  
interna membrorū facies clarior esset, verū  
etiam foris parietes ac m̄cetiz testaq. largis in-  
fusa diuitiis eluceret. Aquam etiam pluviā in-  
genti sumptu ex lōgo interuerso induxit, perq;  
ducentos gradus marmoris cōdūctissimi fabrica-  
uit ascēsum. Erat enim totus collis manufactus

**E**Herodium & vebementer excelsus. Quin c & aliam circa  
castellū, pro radices eius regam, ac diuersoria, quæ & sarcin-  
terum om̄nas & amicos recipere possent, edificavit: ut pro-  
nissima copia rerum quidē omnium copia ciuitas esse vide-  
ciuitas. eſſe retur castellum: circumscriptione verò, domus  
videtur. regalis. Tatis autem constructis ædificiis animi-  
sui magnitudinem in plurimis etiam externis  
ciuitatibus demonstrauit. Namque apud Tripoli-  
lim & Damascum & Ptolemaidem, publicas bal-  
neas quæ gymanasia dicunt: Bibli autem murum,  
exedras verò & porticus, tortaque & cōpta Be-  
ryti ac Tyri: nec non & apud Sidonem, & Dama-  
scum theatra condidit. Maritimis autem Laodi-  
cenisq; aqueductis apud Ascalona verò Nym-  
phaea

phez siue lacus ornatissimos, & balneas, ite peristylia, tam opere quam magnitudine mirada constituit. Sunt quibus etiam lucos portusque praestitit. Multe ciuitates ab eo tanquam regni sociæ, agris quoq; donatae sunt. Ad exhibitionem verò thermarum aliis redditus annuos ac perpetuos delegauit, quemadmodum Cois, ne quando beneficij gratia deficeret. Ad <sup>a</sup> hæc frumenta cunctis ministrauit egentibus & Rhodiis ad instruendam classem pecunias sèpè multisque in locis prebuit, incensumque Pythium in meliorè formam reparauit sumptibus suis. Quid dicam eius in Lycios aut Samios liberalitatè, pérq; omnem Ioniam, eorum, quæ desiderasset quisq; largitiones? Nonne etiam Athenienses & Lacemonij, & Nicopolitani, & in Mysia Pergamus. Herodis sunt plena donariis? Nonne Antiochësum, Syrię plateam, cum plena coenæ ab omnib; vitaretur, per viginti stadia prolixam, struit polito marmore: declinansque imbutibus, quam longa esset porticibus ornauit? Sed <sup>b</sup> hæc quidē propria quis dixerit illorum, quibus ea detulit, populorū? Quod autem Eliælibus praestitit, nū solum Achaiæ commune, sed etiā totius orbis terræ munus videretur, per quem Olympiaci certaminis gloria diffunditur. Nā eum hoc defice- re sumptuum videret inopia, quādq; solum ex veteri Gracia restabat collabi, non solū agonotheta ipse factus est, eo lustro, quod cum Romæ nauigaret, offendit: sed etiam perpetuos pecuniatum redditus instituit, ut nunquam eius memoria agonothetz munere fungi desineret. Inextricabile opus fuerit, debitoscum siue tributorum remissiones exponere, sicut Phasaelitas & Balaneotas, aliisque circa Ciliciam municipia levauit annuis pensionibus: licet multum eius animi magnitudinem timor frigerit, ne quam

An. mundi  
3954.  
Ante Christum nat.  
10.

<sup>a</sup> Herodis  
beneficentia  
& liberalitas in eum  
Hes.

<sup>b</sup> Herodis  
per variaver-  
sum terrarum  
orbem clare  
scit.

*An. mundi* pateretur inuidiam: velut maius aliquid auctoritate  
3954. paretur, si beneficiis amplioribus afficeret ciuitates, quam qui eas haberent. Quin & corporum  
*Ante Chri.* usus est, quod animo conuenienter, cumque summus  
*fumnat.* venator esset, in hoc tamen ipso, equitandi pertinacia que cuperet assequebatur. Denique; uno die

*a Herodes* quondam quadraginta feras subegit. Est autem  
*venator* aprorum altrix illa regio, sed magis cervis & onagris frequentatur. Bellator autem erat, qui sustineri non posset. Itaque multos etiam in exercitatione terrebat: quibus & torquendo iaculo directissimus, & sagittarum librator videbatur egregius. Prater animi autem corporisq; virtutem,  
*b Herodes* fortuna quoque; secunda usus est. Raro enim contra votum eius, belli cessit euentus. & si quandoque virilium fortuna quo id accidit, non ipsius culpa, sed aut proditione quorundam, aut temeritate militum factum est.

*que secunda*  
*usus est.*

*De disfido Herodii cum filiis Alexander*  
*& Aristobulo.*

### C A P. XVII.

*Antiq. lib.* **A**T verò publicam ei felicitatem mærores 15. cap. 3. 8. liete cœperunt, quam maximè diligebat. Nam 9. & lib. 16. quia Regis meruit potestate, repudiata quam cap. 13. prius acceperat, uxoriq; ex Hierosolymis genua ducentem, quæ Doris vocabantur, Mariam memor sibi coniunxit, Alexandri filiam Aristobuli filij: vnde domus eius in discordiam venit, & antea quidem, maximè verò postquam Roma regres-

*e Herodes*  
*Antipatrum* sus est, nam primū Antipatrum ex Doride filium expellit, eorum causa quos è Mariamne suscepere, lit ciuitate, expulit ciuitate: solis festis diebus eō commenac Hyrcanū di facultate concessa. Deinde autem coniugis auum cōm̄gi interficiit, auum Hyrcanū, ex Parthis ad se reuersum, propter insidiatum suspicionē peremit: quem caputa quidem, occupata Syria, Barzapharnes abdux-

abduxerat: miserati vero gentiles liberauerant, *AN. mundi*  
 qui ultra Euphratem colebant. Et si monitis eo- 4954.  
 rum paruisse, ne ad Herodem transiret, non in *Anno Christi*  
 terisset. Verum mortis eius illecebra fuit neptis *filius nat.*  
 matrimonium. hoc enim fatus multoque am- 10.  
 plius patriam desiderans, venit. Herodem autem  
 cōmouit, non quod regnum afferaret, sed quod  
 ipsi iure deberetur. Quinq;<sup>a</sup> autem filiorū quos a *Herode*  
 ex Mariāme suscepérat, duz fœminæ, ceteri ma- *ex Mariā-*  
 res erant. horūque minimo Romæ in studiis *me liberi*  
 mortuo, duos maiores natu, & propter matri*suscopii*,  
 nobilitatem, & quod iam regnanti sibi fuissent  
 geniti, regi producebat. Sed enim fortior a-  
 mor his Mariamnes suffragabatur: qui in dies  
 singulos proficiens, adeò succendebat Herodē,  
 ut eorum nihil sentiret quæ propter dilectā sibi  
 dolerent. Tantum namque in eum Mariam-  
 nes erat odium, quantū ipse illam amabat. Ha-  
 bens <sup>b</sup>igitur ex rebus quidem ipsis iniunctiarū *b Mariam-*  
 probabiles causas, ex amore vero fiduciam, in *me ex odio*  
 os ei, quæ Hyrcano suo fecisset obiiciebat, *Herodi qua*  
 quæque in fratrem Aristobulum egisset. Nec e- *Hyrcano a-*  
 dim vel huic, quanquā puer erat, parcebat: quē *ne fecerat,*  
 Pontificē in decimo septimo ætatis anno *crea- obiigit.*  
 tum, post honorē statim occidit. Atq; ille qui-  
 dem cum sacra veste anictus ad aram accessis-  
 set festo die, populus omissis illacrymavit: & ta-  
 men noctu missus in Hierichunta, ibi sicut mā-  
 datum fuerat lacu submersus à Gallis interiit.  
 Hac <sup>c</sup> igitur Herodi Mariamne probro dabat, *c Falsa mai-*  
 sorémq; eius & matrē maledictis atrocioribus *trahit Herodē*  
 debonestabat. Sed ille quidem amore mutus e- *ris aduersus*  
 rat. Graui autem indignatione mulieres fœviebāt: *Mariamnē*  
 & quod maximè commoueretur Herodes, insi- *accusatio.*  
 mulabant eam adulterij: præter alia multa, quæ  
 verisimilia fingerentur, hęc accusantes, quod in  
 Ägyptū imaginem suā misisset Antonio: prōq;

**an. mundi** immoderata libidine, absentem se properasset ostendere viro mulierū cupidine insanienti, & **3954.** **Anno Chri.** qui vim posset inferre. Id veluti fulmē aliquod **fum nat.** emissum perturbauit Herodē, maximē quidem amoris causa zelotypia succensum, deinde eiā cogitante Cleopatrę sennitiā, cuius gratia & Ly-  
**10.** fārias Rex & Malichus Arabs erant perempti. Non enim cōiugis amissione, sed morte sua pe-  
a Herodes riculū metiebatur. Itaq. <sup>2</sup> prefecturus Iosepho  
Iosepho ut Salomes sororis suę viro, quem fidū habebat,  
Uxorem m- & pro affinitate benevolum, commendabat v-  
irficiat, xorē: mandato ei clām, vt eam interficeret, si e-  
stam man- tiā se oceidisset Antonius. Verū in Iosephus non  
malignē, sed Regis amore mulieri cupiēs de-  
monstrare, quōd ab ea nec mortuus pateretur  
diuelli. secretū ei sermonem aperit. Et illa re-  
uerso Herode, multāque inter fabulas de affe-  
ctu iurante, quōdque nunquā esset aliterius mu-  
lieris amore captus: valde, inquit, amor erga-  
nos tuus mandatis Iosepho comprobatus est.

**b Horodē** quibus ut me occideret præcepisti. His **b** auditis  
**de Mariam** quæ occulta credebat, amens erat Herodē ilicō  
me ac Iosepho sufficio. nee vaquā Iosephum mandata sua proditurum  
fuisse ratus, nisi eā corrupisset, præ dolore insa-  
niebat. Cūmq. stratis exiliisset, in regia spatia-  
tur: ibique tunc Salome soror eius arrepto tépo-  
re criminandi, suspicione de Iosepho confirma-  
uit. Vnde **c** Herodē immoderata zelotypia fu-

**e Marian-** tens confessim. vtrumq. iussit interfici. Deinde  
**m & Iosephum** He- **c**onitudo sequebatur insaniam: & postquam i-  
rodē interfici. concidit, amor iterū calefiebat. Tan-  
**rro**ta vis autem cupidinis erat, vt demortuam qui-  
dem putaret eam, sed præ ægritudine tanquam  
viuam alloqueretur: donec processu tépotis fu-  
nere cognito, mortoris magnitudine eum, quo  
superstitem dilexerat æquauit affectum. Mate-  
**d** **Iacobus** autem isacundiz succedunt filij, & immac-  
**dia mater- nata filij sue- sedunt.**

statem sceleris reputantes non aliter suspectū <sup>An. mundi</sup>  
 patrem quām si hostis esset, habebant: idq; & <sup>3956.</sup>  
 antea, quām diu Romæ in studiis erant, & mul- <sup>Anno Christi</sup>  
 to magis postquam in Iudeam reuersti sunt. Si <sup>Anno crucis</sup>  
 quidem cum statibus eorum, mentium quoque <sup>8.</sup>  
 corroborabatur affectio. Iam verò maturi coniugio,  
 unus amit̄ suz Salpnes, quæ matrem amborū  
 accusaverat, filiam duxit: alter Archelai Cappa-  
 docum Regis. Vnde accessit etiā libertas odio,  
 & occasionses ex eorum cōfidentia delatoribus  
 collatæ sunt. Itaque apertius quidam cum Rege  
 colloquebantur, quod ei per virumq; filii fructus  
 renear insidię: & alter quidem utrices materni  
 exitij simul cum fratre armaret manus: alter ve-  
 rò, hoc est Archelai gener, socero fatus etiam  
 fugam pararet, ipsum apud Cæsarē accusatum.  
 Herodem. His <sup>2</sup> igitur criminationibus reple-  
 tus Herodes, veluti propugnaculo sibi futurum  
 aduersus filios, adducit Antipatrum ex Doride  
 suscepsum: hisq; illum p̄ponere modis omni-  
 bus cœpit. Qui cum hanc mutationem tolerabi-  
 lem non putarent, ac privata matre editum pro-  
 facienteem viderent, indignationem cohibere  
 pro sua nobilitate non poterant: sed in singulis  
 quibus offendenterunt, iram prodebat. Et illi  
 quidem in dies singulos magisq; negligē-  
 bantur. Antipa: et hanc etiam sui causa fauorā. b. <sup>b. Antipa-</sup>  
 bilis erat nō & patri blanditi callidè nouerat, & <sup>b. ex exclusi-</sup>  
 vias in fratres suos calumnias cōferebat, quę- <sup>b. religio fra-</sup>  
 dam ipse dicitans, amicos verò suos ad alia di- <sup>b. tribus, patris</sup>  
 uulganda submittens, donec omnino spē regni successor de-  
 absidit fratribus suis. In testamento enim ipse declarasse,  
 aperte quoq; iā successor fuerat declaratus. De-  
 ni que tanquam Rex etiam ad Cæsarem missus  
 est, cultuq; regio & ceteris obsequiis pr̄ter dia-  
 dema viebatur. Tempore autem valuit etiam  
 suam manum in cubile Mariamnes inducere :

a Inimicitia  
 Herodis cū  
 liberis ex  
 Mariamne  
 suscepit.  
 Antiq. lib.  
 16. cap. 4.

**An. mundi** duobusque armorum generibus in fratres vſu  
**3956.** blanditiis & calumniis, Regi obrepſit, vt etiam  
**Ante Chri-** de filiorū morte cogitaret. Quapropter <sup>a</sup> Ale-  
**ftum nat.** xandrum quidem secum Romā pater abstractus,  
**8.** veniens sibi dari reuin apud Cæfarem postulab-  
**a Alexan-** uit. Ille autem vix deplotandi copiam nactus, &  
**drum Hero-** licet apud imperitissimum iudicem, tamen He-  
**des apud** rodē & Antipatro prudentiore delicta quidem  
**Cæfarem** patris vere cundē suppressit: in se verò delatu-  
**accusas.** crima fortiter diluit: periculorūmq; socio fra-  
**b Reconci-** tre purgato, mox de Antipatri calliditate, & de  
**liauto inter** suis iniuriis questus est: cum præter inþcentia  
**Herodem &** conscientia eloquentia iuuaretur. erat enim u-  
**filios facta.** ceterimus in dicēdo postremō prolocutus quoddam  
**c Herodem** eos pater libenter occideret, crimē illi obiecīt,  
**lām proferre iniurias non auderet. Cum au-**  
**generū Ar-** tem Ciliciam præternavigans Elæusim delatus  
**chelau be-** esset, suscepit <sup>c</sup> eū benignissime Archelaus; pro  
**nigissimè** salute generi gratiam referens, & redintegratæ  
**fuscipit.** concordia causa latus: quippe nihil moratus a-  
**d Splendida** micis Romæ scripserat, vt in causa dicenda suf-  
**Herodes ad** fragaretur Alexandro: & vsq; ad Zephyriū de-  
**populi era-** duxit talentis triginta donatum. Postea <sup>d</sup> verò  
**tione tribus** quam Hierosolymam peruenit Herodes, popu-  
**filij: regni** lo cōuocato, tribusq; filiis propè astantib. causâ  
**honorem at-** reddit profectionis: multásq; Deo gratias agit.  
**tribuit.** Multas etiā Cæfari, qui domus suæ perturbatio-  
 nes

p̄em sedasset, & quod regno maius esset, cōcor- An. mundi  
3956. Anno  
Chr. natū  
8.  
 diam filiis præstisset, quam ego, inquit, arduus  
 copulabo. Nam ille quidem me regni dominū  
 & successorem iudicem constituit. Ego autē cū  
 mea commoditate illi gratias refero, tr̄sque  
 filios meos Reges designio, hujusque sententia  
 meæ socium primum Deum fieri precor, dēin-  
 de vos. Namque huic ætas, illis nobilitas succe-  
 sionē regni conciliat, & quidem magnitudo e-  
 ius etiam pluribus sufficit. Quos autem Cæsar iū-  
 xit & pater instituit obserua: e: non iniustis eos,  
 neque dispatibus, sed meritis colentes honori-  
 bus. Nec enim tāta quis afficiet eum latitia, cui  
 præter ætatem obsequitur, quantum ei, quem  
 despiciet, doloris infliget. Quos autē singulis cō-  
 iunctos esse oporteat propinquos atque amicos  
 ego distribuā, & concordia sponsores illos con-  
 stituam: pro certo sciens, seditionum, contentio-  
 nāmque causas ex contubernialium nasci mali-  
 tria: hōsque, si boni fuerint, affectiones tueri. Ro-  
 go & autē vt non solum isti, sed etiam primates a Herodes  
 ordinum exercitus mei, in me solo spē habeant filiū non si-  
 in præsentia. Non enim regnum, sed regal hōs ḡnū. Sed re-  
 notem filiis meis trado: & iucunditate quidem ḡni honore  
 quasi rectores potierunt, pondus autem rerum, trādit.  
 tametsi nolim, meū est. Cōsideret autē quisquis  
 vestrūm ætātē meām, vitāque institutū, necnō  
 etiam pietatē. nam neque senex adeo sum, vt  
 de me citō desperetur. neq. voluptatibus assue-  
 tus, quaæ adolescentiū quoque vitam spatio bre-  
 uiorē concludunt. Diuinitatē verò ita colipi-  
 mus, vt in longum nos ætūm progressuros esse  
 credamus, quod signis in contemptum meum  
 filiis meis placere maluerit, etiam pro illis mibi  
 supplicium dabit. Ego enim, non, quod inuidet  
 ex me genitis, honorificè eos haberi veto: sed  
 quia bovi hōc studia adolescentibus ferociæ

# FLAVI JOSEPHI

*Anno mcm.* nutritamenta suggerere. Itaque sic cogitent, qui  
di 3956. ad eos se applicant, bonis quidem apud me p*ri-*  
*An. Chrif.* ratū esse prēmū, seditiosis verò arud ipsos etiā  
*nat. 8.* quib. lenocinabantur, infructuosam fore mali-  
gnitatē. Omnes profecto mecū, hoc est, cūm fi-  
liis meis sentient. Namque ipsis expedit me re-  
goantē, méque his esse concordē. Vos <sup>a</sup> autem,

*a Herodes* ò boni filij, sacrā primum retinentes mente na-  
*ad filios ora* tutam cuius affectiones inter feras bestias salu-  
tis nō defit sunt, deinde Cæsarem qui nos reduxit in gratiā,  
*bij.*

méque tertium, qui ea quā iubere liceat rogē,  
fratres permanete. Iam nunc autē vobis & vesti-  
mota & obsequia dabo regalia: Deū inque oro,  
ut conseruet iudicium meum, si concordes eri-  
tis. Hzc locutus: singulos benignè consalutauit,  
populū inque dimisit: alios cōuenientia di&tis e-  
ius optantes: qui verò mutationis erant cupidi,  
ne audisse quidem se quicquam simulantes. Fra-

*b Herodes* spicantes aliis de alio digressi sunt. Nanq. Ale-  
*oratidne sua* xander & Aristobulus agrē ferebant confirma-  
*fratrum def* tū esse Antipatru meritum, Antipater autē suc-  
*sumptuosa ra* cébat vel secūdoloco fratres haberi. Sed tamē  
*dictione non* ille pro varietate motū, & reticere secreta no-  
*suffulit.* uerat, & quanto sibi essent odio multa fraude  
celabat. His autem pro nobilitate generis in lin-  
gua erat quicquid venisset in mentem. Et multi  
quidem his instigandis operam dabant, plures  
autem amicorum sese explorandi causa insinua-  
bant. Itaque omne quod dictum esset apud Ale-  
xandrū, statim apud Antipatrum erat, & ab An-

*e Antipatri* in Alexan-  
*drum frater* drum frater ad-  
*delectu- inf* lescens Ianoxius habebatur, sed cuncta eius  
*dia.* verba in crimina vertebantur: maximāque mi-  
litis affingebantur, sicuti liberior paulò fui-  
set. Semper <sup>c</sup> autem qui cum irritarent submit-  
tebat

tebat Antipater, ut mendacia sua veras occasio- Ann. mundi  
nes haberent: multique falso vulgatis, vnum 3956. Anno  
quid comprobatum fidem omnibus ficeret. Christ. natu-  
Sed huius quidem amicorum quisque aut na-  
tura taciturnus erat, aut munetibus parabatur,  
ne quid occultum expromeret, nec errasset ali-  
quis si Antipatri vitam maliciæ dixisset arca-  
num. Alexandri vero familiares, aut pecunia  
corruptos, aut impulsos blanditiis, quibus ex-  
pugnauit omnia, fures ac proditores eorum que  
contra se dicerentur sine agerentur, effecerat.

Cum autem cautè vniuersa cōmitteret, astutis a Quodam  
etiam criminacionibus aditus ad Herodem mo- Antipater  
liebatur, fratrisque personam gerens aliis dela- Alexandru  
coribus subornatis vtebatur. Si quid in Alexan. fratre am-  
dum nunciassem fauore simulato, id quod pri. eos corrup-  
to reprehendisset, mox otiosè astruendo Re- rit.

gis iracundiam provocabat: omnia ad insidias  
referebat, & vt necem patris Alexander, optare  
videretur. Nihil enim maiore fidem calumnias  
suggerebat, quam si eum purgaret Antipater.  
His accusus Herodes, quantum in dies singu-  
los de affectu adolescentium detrahebat, tantu  
adiciebat Antipatro. In eadem vero partem  
inclinati sunt etiam qui regno patebant: hi vo-  
lentes alij pro imperio, sicut Ptolemæus amico-  
rum clarissimus, Regisque fratres, ac tota proge-  
nies, omnia namque in Antipatro sita erant: &  
quod Alexandro fuit acerbissimum, cuncta in  
eorum perniciem, matris Antipatri consilio ge-  
rebantur. Nouerca enim sauior erat, multoque  
plus quam priuignos oderat, quos Regina mater  
ediderat. Sed quanquam omnes, vt Antipatro  
magis obsequerentur, spes inducebat: non mi-  
nus tamen precepta Regis quenque ab adoles-  
centibus separabat: qui charissimis edixerat, ne  
quis ad Aristobulum vel eius fratrem accedeq.

# FLAVII JOSEPHI

*An. mundi* 7 et, aut se ad eos appelle et. Non solum autem  
 3956. *Anie regalibus erat formidans, verum etiam externis  
 Christ. natū articis. Nulli enim Regum tantum potestatis*

**8.** Cæsar dederat, ut fugitivos suos quamvis ex ciuitatibus non subiectis ei licet educere. Adolescentes autem delatae in se facinora nesciebant, hisque propterea capiebantur hæc cauius. Nullus enim palam incusabatur à patre: sed affectu refrigerante paularim intelligentes, aduersus dolorē asperius excitabantur. Eodem autem modo etiam Phœtoram patruum, & Salomen amitam, contra illos commouit Antipater, assidue velut cum uxore sermocinando quibus in eos instigaretur. Huius autem inimicitias augebat

*a Glaphyra  
 uxor A'lexā  
 dri suspicio-  
 ne anie con-  
 septam ora-  
 tionē multū  
 auger.*

Alexandri quoque uxor Glaphyra, multa de sua nobilitate cōmemorans, cunctarūmque se que in regno viuerent dominam esse dictitans, paternum enim genus à Temeno, maternum autem à Dario Hystaspis filio ducere: multūmque ignobilitatem despiciens sororis & uxorum Herodis: quartum quæque propter formam, nō propter nobilitatem esset electa. Namque multas ei fuisse diximus uxores: quod liceret iudicis more patrio plures habere, quodque Rex pluribys oblectaretur. Omnibus igitur propter superbiam & contumelias Glaphyræ iniurias erat **b. Aristobulus**. Alexander. Salomen b autem Aristobulus: & si solius eius erat: ipse inimicam sibi reddidit: & ante quidem propter maledicta Glaphyræ scuitem: frequenter enim humiliatem generis obiciebat uxori: quodque ipse priuatam, Reginam vero frater suus duxisset Alexander. Hoc Salomes filia cum fletu matri nunciavit. Addebat autem, quod aliorum quoque fratrum matres idem Alexander & Aristobulus, si regnum obtinuissent, textrices cum ancillis facere mihi tarebant, ipsos quoque vicorum scribas, scilicet

*Ant. li.16.  
 cap.7.*

ifridentes, quod literarum studiis operam darent. His conimota Salome, quod iracundiam 3956. Amicohibere non posset, Herodi cuncta indicauit. *Christum* satis autem idonea videbatur contra generum *natum* 8. dicens. Et præter hæc alia quædam criminatio divulgata est, quæ succendit animum Regis. Audiuit enim Alexandrum & Aristobulum crebrè matrem implorare, casumque eius cum gemitu atque imprecationib. conqueri: ac sepe illa quædam ex Mariamines vestimentis posterioribus diuidente coniugibus, minitari solitos esse, quod citò pro regalibus deliciis nigris vestibus induerentur. His de causis Herodes licet constantē animum adolescentiū formidaret, tamen ne spem correptionis abscinderet, ad se eos vocauit: Romā enim nauigatus erat: & quasi Rex pauca interminatus, pluribus quasi pater monuit: rogauitque ut fratres diligerent, promissa priorum peccatorū venia, si post hæc meliores fierent. Illi b autem criminatio inuidiam deprecando, siq[ue]as eas esse dicebant, purgationisque fuz fidem rebus ipsis posse constare: verùm ipsum quaque debere, omissa facilitate credendi, aditum maledictis obstruere. nūquam enim calumniatores defore, dum cui persuadeatur extabit. Cum his eum maturè placuissent, vt patrem, præsenti metu reiecto, de futuris mœtere cœperunt. Etenim cognouere Salomen sibi esse infensam, & patruum Pheroram: vterque autem s[eu]i & graves erant: sed amplius Pheroras, qui totius quidē regni præter diadema socius esset: proprios autem redditus haberet centum talentorum, totiusque trans Jordaniem terræ fructus ipse caperet, à fratre sibi dono datus. Quinetiam terrarcham eum fieri beneficio Cæsaris idem Herodes impetraverat: regaliique coniugio dignatus erat, sorore uxoris

a Alexāder  
& Aristo-  
bulu[m] crebrè  
matrem im-  
plerant; id  
quod Herodiu[m] animum  
succendis.

b Apud He-  
rodem paré-  
tem duo fra-  
tres sese ex-  
cusant.

An. mundi  
3956. Anno  
Chriss. nat.  
8.

suz nuptum ei collocata. Et post illius mortem desponderat ei filiarum suarum maximam, trecentis talentis in dote in datis. Sed regale matrimonium Pheroras, ancillæ amore captus, refugerat. Quamobrem iratus Herodes, filiam nuptum dedit fratri filio, qui post à Parthis occisus est. Mox autem morbo Pheroræ venia data, indignationem remisit. De hoc autem erat vetus opinio : quod etiam viua Regina Herodem opprimere voluisse veneno. Sed tunc plurimis delatoribus aditus erat, ut quamvis amantissimus fratri esset Herodes, fide tamè eorum quæ audisset adduceretur ad metum. Itaque de multis qui suspecti erant habita quæstione, postremò ad Pheroræ amicos venit, quorum nulla quidem fuit de maleficiis aperta confessio, sed quoddam cum amica subrepta in Parthos cogitasset effugere prodiderunt: huius autem consilij & fugæ conscientium esse Aristobulum Salomes maritum ; cuius Rex eam tradidit, postquam superior adulterij causa peremptus est. sed nec Salome criminacione libera manserat, nam & hanc frater Pheroras accusabat, quoddam cum Sylla procuratore Oboda Regis Arabum de nuptiis constituisse, quæ inimicissimum Herodes habebat. Conuicta autem & in hoc, & in omnibus quæ Pheroras detulerat, indulgentiæ meruit: itaque ipsum etiam

Alexander Rex Pheroram criminibus soluit. Domus vero Herodi pa- tempestas in Alexandrum transit, totaq. capi- tensi Eunuchi eius incubuit. Tres erant eunuchi Regis cha- chobes corru- rissimi; & ex genere famularus neminem id la- pit, & quod regni sui fu- alteri cœnam apponere, tertius autem dormi- strum successor, pradi- tum eum collocabat, & cum ipso cubabat: hos munetibus maximis Alexander cupiditatem suz subiecerat. Itaque postquam Regi hæc sunt indicata, vi tormentorum ceachi, & stuprum statim

statim confessi sunt, & quibus essent ad hoc  
 promissis induci aperuerunt: quomodo eos fe-  
 fellisset Alexander nullam in Herode spem ha-  
 bendam esse, inprobo sene commemorans, &  
 qui capillos inficeret, ut ob hoc etiam eum ita-  
 uenem putarent: verum se coli oportere, qui e-  
 tiam invito eo regni esset futurus successor, ne-  
 que multo post ab inimicis poenas repeteret,  
 fortunatosque amicos suos beatosque faceret,  
 ac praecæteris ipsos. Quin & obsequia poten-  
 tium Alexandro clam patere, militumq; resto-  
 res, itemq; ordinum principes occulte ad eum  
 conuenire dixerunt. Hæc <sup>a</sup> Herodes adeò perti-  
 muit, vt nō auderet statim delata proferre. Sed <sup>b</sup> filium Herodis  
 exploratores die noctuq; submittentes, dicta facta,  
 que singula scrutabatur: & de quib. suspicio es-  
 set, illico trucidabat. Itaq. regnū eius acerbissi-  
 ma iniquitate repletum est. Nam pro suo quis-  
 que odio, vel inimicitiis, calumnias fixeres,  
 multique Regis iracundia cædis cupida contra  
 aduersarios abutebantur, & mendacio quidem  
 confessim fides habebatur: erant autem crimi-  
 nationibus ipsis velociora supplicia. Denique  
 accusabatur qui modò accusauerat, & cum eo  
 qui ante se conuictus esset, duebatur ad pe-  
 nitentiam. De vita namque periculum Regis qua-  
 stiones breuiore compendio terminabat. Ad b 17. cap. 3.  
 hoc autem sauitiaz processerat, vt nec eoū quen-  
 quam humanius aspiceret, qui accusati nō essent, <sup>b</sup> *herodis*  
 verum etiā amicis immittissimū sese præberet.  
 Itaque multis etiā regno interdixit, & in quos  
 potestatem non habebat, in eos dictis asperis  
 fixuebat. Accessit malis Antipater, colle & que  
 propinquorum ceterqa, nullum criminationis  
 genus omisit. Tantus autem ineptia sua Regē cō-  
 mentrisq; delatorū timor inuasit: ut stricto in-  
 flare sibi gladio videtur videre Alexandrum.

**A. mundi.** Deniq; subito & ipsum correptū in vincula  
39. 6. coniecit, & in amicorum eius tormenta perre-  
**Anno Chri-** xit: multi autē tacitē moriebātur, nulla voce su-  
**stum nate.** pra conscientiam prodita, alijs verò quibus mé-  
daciūm impatientia doloris extorsit; de patris

**A. Herodes** eum insidiis cum fratre Aristobulo cogitasse di-  
**Alexandriū** xerunt: tempūsq; obseruare, vt illo dū venare-  
**in vincula** tur occiso; Romam profugerent. His tametsi  
**coniūcis, &** verisimilia non erant, sed necessitate cruciatus  
**in amicoru** ex tempore fingeabantur, libenti tamen animo  
**eius tormenta** Rex credebat, pro cōsolatione accipiens vinci  
**peregit.** filij, ne id fecisse videretur iniuste. Verūm Ale-  
xander quoniam suspicionem patris nullo mo-  
do aboleti posse arbitrabatur, vltro malis assen-  
tiendū putauit: acb digestis aduersus inimicos  
in vinculis quatuor libris, fatetur insidias, earūmq; se plu-  
quatuor li- rimos socios habere perscribit: ante omnes au-  
bros aduer tem Pheroram & Salomen. Hanc enim etiam  
sue inimicos stupro sibi quōdam esse mixtā cū vim noctu  
conscrībit. adhibuisset inuito. Iamque libri in manibus e-  
rant Herodis: multa & grauia de optimatibus

**c. Archelaus** clamantes, cūnīc mature in Iudeam Archelaus

**Rex Cappa-** venit, metuens genero simul ac filiæ, quib. etiā  
decia, in Iu- prouidentissimo cōfilio succurrit, Regisq; mi-  
deā ad A- das arte disloquit. Mox enim cū eo congressus,

**lexandriū** vbinā est, clamat, exiūbilis gener meus aut v-

**generum** bi particidale caput aspiciam, quod meis māni-  
venit. bus ipse lacerabo: addāmque filiam, mēa bonō

**Antiq. lib.** marito nouo? nam etsi consilij particeps nō est,

**16. ca. 8.9.** quia tamen eiusmodi viti coniunx fuit, inqui-

nata est. Miror autem patientiam tuam, cuius

periculū agitur, quod adhuc vixit Alexander:

ego nāmq; ita ex Cappadocia properans venie-

bam, vt qui & illum reperire olim dedisse sup-

plicium, & de filia quæstionem tecum habe-

rem, quām tui tu æque dignitatis cōtemplatio-

ne illi despondēram. At nunc de veroque nobis

consu-

consulendum est: licet nimium pater sis, & ad An. mundi  
3956.  
puniendum insidiatorem filium minus fortis.

Permutemus dexteras, & alterius iracundia Ante Christum  
earum succedamus. Talibus increpans, quamvis ~~factus~~ natus.

pertinacem fallit Herodem. Itaq. <sup>a</sup> ille quos A- 8.

lexander prescripserat libros, legendos ei prae-  
bet, singulisque capitulis insistens, cum eo deli-  
berabat. Vnde occasionem sui consilij nactus

Archelaus, paulatim causam in eos qui scriptis  
continebantur, & in Pheroram contulit. Cum

autem sibi credere Regem videret, considera-  
dum est, inquit, ne forte adolescentulus tot ne-  
quissimum insidiis circumueniatur, non tu ab

adolescentulo. nec enim apparere causam, cur  
in tantum ruerit scelus, qui & nunc regno poti-  
retur, & successionē regni speraret, nisi aliquos

haberet huius persuasionis autores, qui ad de-  
teriorē partem lubricum ætatis impellerent.

Ab eiusmodi namq; hominibus non solū a-  
dolescentulos falli, verum etiam senes, dombosq;  
clarissimas totaq. regna solere subuecti. Cōsen-

tiebat dictis Herodes, irāmq. b paulatim remit- b Herodes  
tebat in in Pheroram excitabatur. Alejandro

nāmq. hic erat librorum quatuor argumentum. fratre ex-  
qui vbi propensiorem esse Regis animam seno citatut.

sit, & in omnibus apud eum amicitiam Arche-  
laī præualete, quam honestè non posset, ex im-  
pudentia salutem quæsivit. reliquoque Alexan-

dro, confudit ad Archelaum. & ille negat se vi-  
dere, quo pacto eximat tot criminibus inuolutū

quibus manifestè conuincetur Regē insidiis  
voluisse decipere, omniumq. malorum præsen-  
tiū adolescenti causa fuisse: nisi malit omisis-

artibus callidis, & negandi pertinacia, de quibus  
insimularetur omnia confiteri, & à fratre, præ-

fertim cui dilectus esset, veniam petere, nāmq.  
ad hoc ei modis omnibus se quoque opem la-

<sup>a</sup> Archelaus  
<sup>b</sup> Herodes  
de libris A-  
lexandri de  
liberare.

An. mundi turum. Paruit <sup>a</sup> Archelao Pheroras, atrāq; veste  
 3956. cum lachrymis vt quam miserabilis appareret,  
 Anie Chri- instructus, ad pedes Herodis accessit. veniāmq;  
 Etum nat. meruit postulans. & se quidem sceleratum esse  
 8. fatehatur, nanq; omnia quæ sibi obiiceretur fe-  
 cisse, horum autem causam esse diminutionem  
 a Pheroras mentis atq; insaniam, ex mulieris amore con-  
 etra veste ceptam: Itaque postquam stetit Pheroras sui-  
 instrūctum met ipse accusator ac testis, tunc cū <sup>b</sup> iā Archelaus  
 cum lacry- excusando, Herodis iracundiam mitiga-  
 mī ad pe- bat, propriis vsus exemplis: etenim se quoq; à  
 des Herodis fratre multo grauiora perpessum, naturale ius  
 accedit, ac dicebat anteposuisse vindictæ. Quippe in re-  
 veniam pe- gnis, velut in magnis corporibus, semper aliquā  
 nit. partem pondere ipso tuniescere: quam residi-  
 b Pheroras, quidem non oportere, leniter verò curari. Mul-  
 mediante ta in hunc modum locutus Archelaus Herodē  
 Archelao quidem Pherorę placidum reddidit. ipse autem  
 Herodis ira- Alexandro tamdiu manebat iratus, filiām-  
 cundia miti que ab eo distraetam secum abducturum se  
 gas. aiebat, donec Herodē comptulit vtrō pro ado-  
 lessentulo deprecari, vt iterum ei filiā despō-  
 deret. Satis autē granatim Archelaus, cui vellet  
 eam præter Alexandrū collocari permisit: ma-  
 ximi enim pendere, quo iura inter se affinitatis  
 inuiolata permaneant. Rege autem sibi filium  
 ab eo donatum affirmante, nisi matrimonium  
 diremiserit. quod & liberos iam haberent, v-  
 xor quoque ab adolescentे diligenteretur: quæ si  
 remaneret, peccatorum foret obliuio: si verò  
 discederet, causa de omnib. desperandi: mollio-  
 e Archelau rem nanque fieri audaciā, si domesticis affe-  
 Herodem ut & ionibus distrahabatur: vix tandem cessit, vnaq;  
 trō pro Ale- & ipse rediit cum adolescentе in gratiā, & pa-  
 xandro de- trem eius reduxit. Procul & dubio tamen eum  
 pretari cō. Roman mitti debere ait, cum Cæsare collocu-  
 pellit. cursum de omniib. enim sese literas ad eū fecis-  
 se. Vag

se. Vaſtum igitur Archelai consiliū, quo gener <sup>An. mundo</sup>  
 rum periculo liberavit, petaſtum erat, & redin- 3956. Anno  
 integrata concordia in epulis & humanitate con- Christ. nat.  
 uitus familiariter versabantur. Abeuntem a 8.  
 autem numeribus talentorum septuaginta, fo- a Archelai  
 lio quoque aureo g̃emmis ornato & eunuchis, & cognatis  
 & concubina donat Herodes, quz Pannychis <sup>preciosiss.</sup>  
 vocabatur: itēmque amicorum eius quenque <sup>m̃is munera</sup>  
 pro merito. quin & cognati Regis omnes, iussu <sup>bis</sup> donas  
 eius Archelao dona splendidissima dederunt: Herodes.  
 cūmque tam ipse quam optimates Antiochiam Ant.li.16.  
 usque prosecuti sunt. Non multo post quidā in Cap.ii.  
 Iudam venit, Archelai consiliis multo poten-  
 tior: qui non solum reconciliationē gratiæ Ale-  
 xandro quāsi fecit irritam: verū etiā causa b Enyelae  
 fuit, ut periret. Laco b erat genere, nomine Eu- Lacon Albu-  
 rycles, ad regni desideriū amore pecuniaz cor- mandrus a  
 ruptus. Nam enim luxum eius regia tolerare nō pud parens  
 poterat. Is amplissimis donis Herodi oblatis, ve- elām acce-  
 lut eorum quz aucuparetur illecebra, cum sta- sat, autōq.  
 tis multiplicata receperisset, immaculatā libera- neus ipfus  
 litatem nihil esse ducebat, nisi Regum sanguine existit  
 comparasset. Itaque Regem adulazione falsis  
 que de ipso laudibus, & sermonis calliditate  
 circuuerat: maturēque perspecto eius ingenio,  
 dictis simul & factis quz illi placeret. inter pri-  
 mos eius amicos habetut. Nam & Rex & omnes  
 eius comites libenter ciuem Spartę partiz cau-  
 sa, præcipuo dignum honore ducebant. Ille au-  
 tem postquam fragilitatem domus animaduer-  
 tit, fratrūmque inimicitias, & quemadmodum c Enyelae  
 patet in singulos esset animatus, Antipatri qui- ambitus ſe-  
 dem hospitio præuentus erat. Simulata e ven- mulata fat-  
 ro amicitia fallebat Alexandrū, olim se & Ax- lie Alcibiades  
 chelai socium esse mentitus, quo etiamcitus drum, om̃is  
 quasi probatus abrepit. Moxque ab eo fratri que fit pro  
 quoque Aristobulo commendatus est. Perconta- dicitur

An. mundi tis autem personis omnibus, aliam alio modo  
 3956. Anre subibat: ac primum fit Antipatri mercenarius,  
*Christ. nati.* & Alexandri proditor: illum exprobrando ca-  
 8. stigans, quod quum fratrum sit maximus, spei  
 suæ negligat insidiatores: Alexandrum vero,  
 quod Regina creatus, & regis vir coniugis, fi-  
 lium priuatum mulieris pateretur regno succe-  
 dere, præsentim quum haberet magnam occasio-  
 nem Archelaum: quæ quidem adolescenti bo-  
 na fide suadere videbatur, quod amicitiam si-  
 mulasset Archelai. Vnde nec Alexander quic-  
 quam metuens, & de Antipatro quæ se moue-  
 rent apud eum quærebatur: & quod nihil mi-  
 rum faceret Herodes, si cum matrem illorum  
 interemerit, ipsis quoque regnū eius auserret,  
 quorum causa Eutycles & miserari eos & con-  
 dolere simulans, etiam Aristobulum ad ea di-  
 cenda pellexit: atque ita querelis in patrem va-  
 troque deuincto, referens ad Antipatrum secre-  
 ta discedit: afficto quoque insidiarum medocio,

a Eutycles  
 necis Ale-  
 xandri &  
 Aristobuli  
 redempta o-  
 pera, accusa-  
 torum parti-  
 bus fungi-  
 tur.

b Eutycles  
 Alexandru-  
 spud Hero-  
 dem, faiso  
 accusas, &  
 in pericula  
 praesidias,

strictis gladiis in eum irrue. Ob hæc autem  
 multa pecunia donatus ab Antipatro, laudator  
 eius erat apud patrem: & <sup>a</sup> extremū necis Ale-  
 xandri & Aristobuli redempta opera, ipse accu-  
 satoris partibus fungitur. Cūmque b adisset He-  
 rodem, vitam ei se rependere pro beneficiis sia-  
 bi delatis, & lucem referre dixit pro hospitio:  
 olim Alexandrum exacuisse in eum gladium, &  
 confirmasse dexteram: verum sceleri tanto fu-  
 se impedimento, quod societatem facinoris af-  
 simulasset. Alexandrum enim dicere, non bene  
 secum Herodem actum putare, quod regnum  
 obtinuisse alienum, & post matri eorum ne-  
 tem principatum eius difacetasset, nisi etiam de  
 generem cooptaret hæredem, autūmq. ipsorum  
 regnum Antipatro spatio traderes. Proinde se-

met Hyrcani manus & Mariamnes vnum ire.  
**An. mundi  
3996. Ante  
Christ. natu-  
rum 8.**  
 Nec euim decere successionem regni ab huius-  
 modi patre sine cæde suscipere: multis autem re-  
 bus ad hoc excitari quotidiane, quia nihil sibi o-  
 mnia loqui sine calunnia licet. Nam si de  
 nobilitate aliorum fiat mentio, sine ratione se  
 contumelias affici, patre dicente, solus genera-  
 sus Alexander, & qui pater sit pro ignobilitate  
 dedecori. In venationibus quoque offendere, si  
 taceat: si vero laudet, cauillatorem appellari. &  
 prorsus immitem sibi parrem inueniri, solique  
 Antipatro indulgentem: ob quæ vel emori non  
 recusare, nisi ex voto insidiaz successisset: sin eū  
 occidisset: primum salutis occasionem fore Ar-  
 sholaum sacerum suum, ad quem facile posset  
 effugere, deinde Cæsarem, qui nunc vsq. ignorat  
 mores Herodis. nec enim sic ei aditeturum  
 ut antea, patris presentiam formidando, nec de  
 suis tantum criminibus locuturum, sed primum  
 totius gentis ærumnas, & quod ad necem vsque  
 tributis opprimet vulgatum. deinde in qui-  
 bus deliciis, quibuscq. actib. partæ sanguine pe-  
 cuniaz consumptæ sint, & qui vel quales ex illis  
 fuerint locupletati, quæ causa ciuitatis afflictæ,  
 ibi autem lamentaturum & avi & matris necē,  
 remanaque sceleræ Regis reteaturum: quibus co-  
 gnitis nemo se audicauerit patricidam. His Eu-  
 cycles in Alexandrum falso delatis, Antipatri  
 laudes prosequebatur, illum solum qui patrem  
 diligeret esse confirmans, qui que adhuc insidias  
 retardasset. Rex autem nondum præteritæ suspi-  
 cionis dolore compresso, intolerabilis iracun-  
 dia feritate perturbatur. Iterumque a hoc te-  
 pus nactus Antipater, alios accusatores fr.  
 Subornauit, qui eos dicerent cum lucundo &  
 Tyranno clam colloqui solitos esse, equitum  
 Regis olim principibus, tunc vero propter qua-

a. *Alia fat-  
sa accusatio  
Alexandri  
& fratris,  
ad indigna-  
tionem He-  
rode in causa  
monet,*

*An. mundi  
3956. Anno  
Christi. natu  
8.* dam offensiones ordinibus motis. Hac denique indignatione succensus, confessim eos Herodes tormentis subdidit, illi autem nihil eorum se quæ criminis darentur, scire, confessi sunt. Sed oblata est quædam velut ad præfectum castelli Alexandrij ab Alexandro scripta epistola, deprecante ut cum Aristobulo fratre se in castellum reciperet, si patrem interfecissent: tamque armis quam aliis subsidiis eos uti permitteret.

**a Diophan.** Hanc Alexander Diophanti commentum est. Regis No se dicebat, qui Regis erat notarius, homo audaciarium Ale- cissimus & cuiuslibet manus literas imitari per sandri no- callidus. Itaq. multisq; falso cōscriptis, ob hos mine falsas postremo occisus est. Toto autem castelli præfē literas con- cito, nec eius indicio quicquam Herodes eorū quæ delata erant verū esse cognouit. Sed quāuis nullum documentum validum profertetur,

filios tamen affuerari præcepit. Euryclēm ve- rō domus suę pestem, ac totius sceleris fabrica- torem, bene de se meritū datorēmq; salutis ap- pellans, talentis quinquaginta donauit. Ille au- tē prius quā certa fama nunciaret, ad Archelāū properat: ausūsq; diceret, quod Herodē reconciliasset Alexādro, ab illo quoque pecunias capiebat. Deinde in Achaiam transgressus, ad similia fa- cinora malè quæsitis abusus est. Postremò apud Cæsarem accusatus, quod dissensionibus reple- uisset Archaiam, & ciuitates spoliaret, in exiliū mittitur atq; hoc eum modo poenæ Alexandri

**b Contra Euseb.** & Aristobuli persecutæ sunt. Hoc b loco dignum est Cōū Euratum huic Spartiatæ cōferre. Namque hic cum amicissimus esset Alexandro, eo-dēmq; tempore quo Eurycles ibidem erat adue- nisset, percōntati Regi super his quæ ille insimu- laret, iuratus nihil se ab adolescentibus audisse affirmauit. Nec tamen id quicquā miseris pro- fuit apud Herodem, solis maledictis aures para- tissimas

rissim as aperientem: cùmq. gratosissimum sibi  
iudicātem, qui secum eadē crederet, iisdēmq.  
moueretur. Incitabat & præterea Salome crude-  
litatem eius in filios. Nam ad hanc Aristobulus,  
quod periculis inuolueret, quam& socrum habe-  
bat & amitam, monitum miserat, ut saluti suæ Ant. lib. 16  
consuleret: quasi Rex eam decreuisset occide- cap. 12.  
re, iterum intulatam, quorum antea fuerat ac a Herodes à  
susata: quod Sylla Arabi nubere cupiens, quē Salome mo-  
sciret eius inimicum, occulte illi secreta Regis <sup>rum virumq.</sup>  
nunciaret. Et hoc fuit extreum quo tanquam filium vincere  
tempestate oppressi adolescentes, non secus ac & separa-  
turbinē pessundati sunt: Salome enim protinus ras afferua-  
contendit ad Regē, ei q. monita Aristobuli pro <sup>ri</sup> precipi-  
dit: atque ille vterius durare non passus, virun-  
que silium vinxit, & separatos asseruari præce-  
pit. Deinde Volumnium militię magistrum, &  
ex amicis Olympum descripta ferentes iudicia.  
proficiendi iussit ad Cæsarem: qui postquā Romā  
navi delati, Regis literas reddiderunt, vche-  
mēter quidem Cæsar ob adolescentes indoluit, ve-  
rū potestatem in filios à patre auferendam non  
duxit. Deniq. rescribit ei, vt ipse sui dominus es-  
set arbitrij: melius tamē facturū dicens, si in cō-  
muni confessu propinquorum suorum prouin-  
cij. rectorum de insidiis quereret: cōsq. si de-  
lato criminis reperiret astrictos, occideret, si ve-  
rē fugam tantum esse meditatos, medioctri sup-  
plicio contentus esset. Paret scriptis Herodes:  
cūmq. b Berytū, quo Cæsar iussicerat, peruenisset,  
cogit iudicium. Præcederūt autem rectores qui-  
bus à Cæsare scriptum fuerat, Saturninus & Pe-  
danius legati, & cū bis Volumnius procurator,  
itēmq. propinquū Regis & amici, neenon & Sa-  
lome & Pheroras, & post hos optimates Syriæ.  
præter Achelaum Regē: namq. hunc Herodes,  
quod Alexandri sacer esset, suspectum habebat.

An. mundi  
3916. Anno  
Christum  
natum 8.

Ant. lib.  
16. cap. 13.  
b Herodes  
contra Alex-  
andrum &  
Aristobulū  
iudicū co-  
git.

*An. mundi* Sed & filios quidem satis prouido consilio in iuris  
3956. *Anie* dicum non produxit: sciebat enim quod si tan-  
*Christ. nat.* tum visi fuissent, omni modo ad misericordiam

8. cunctos impellerent: si vero etiam dicendi co-  
*a Herodes* piam nauci essent, facilimè Alexander obiecta  
*in iudicio fi-* dilueret. Igitur illi quidè custodiebantur in Pla-  
*diles accusat.* tane, vico Sidoniorum. Exorsus autem Rex, ve-  
luti cum presentibus ageret, commouebatur, &  
insidias quidem timide obiciebat: nam proba-  
tionibus deficiebat, maledicta vero & probra &  
iniurias, & peccata plurima in se admissa profe-  
quebatur: eaque morte grauiora esse confessoribus  
demonstraba. Postremò cum nemo contradic-  
ret, semet ipsum argui miserabiliter questus, a-  
cerbamque victoriam vincere, singulos & sen-  
tentiam proferre roget in filios, & primus Satyr-  
inus condemnandos esse adolescentulos, sed

*b Sententia* non morte pronunciauit. nec enim fas esse cum  
*in filios He-* tres ipse astantes habeat filios morte alienis de-  
cernere. Idem etiam duobus legatis visum est,  
ebsq. nonnulli alij secuti sunt. Tristem vero sen-  
tentiam primus Volumnius dixit: cunctaque post  
cum Herodis simulatione, vel odio; neque indignatione quisquam necandos esse adolescentes  
iudicauit. Tum autem vniuersa Iudea & Sy-  
ria suspensa quidem operiebatur huius tragedia finem: sed nemo existimabat Herodis cru-  
delitatem ad paracidium usque processuram.  
Ille tamē filios Tyrum traxit, atque inde nauis Ce-  
faream deuectos, quo mortis genere perimeret

*c Tiro verus* cogitabat. Interea & vetus quidā Regis miles, Ti-  
*Regis miles,* ro nomine, qui & filium habebat Alexandrum  
*Herodis fa-* affuetum atque amicum, & ipse diligebat adoles-  
*nitiam ex- certulos: prae nimia indignatione mentis postre-  
cessus.* mo circumiens clamitabat conculcatam esse ju-  
sticiā, veritatem petuisse, naturā esse confusam,  
vitamque dominum iniquitatis esse plenam, &  
omnia

omnia quæ dolos contemptori vitæ dicassent. An. mundi  
 Deinde ipsum etiam Regem ausus adire : mihi 3961.  
 vero, inquit, omnium videris esse intelicissi- Anno Gabri.  
 mus, qui contra charissimos nequissimis credas. Numen  
 Siquidē Pheroras & Salome fidem apud te ad- 3.  
 uersus filios tuos habent, quos sc̄pe ipse mortis  
 supplicio dignos esse iudicasti: neque aduertis  
 hoc eos agere, ut iustis successoribus destitutus,  
 cum solo remaneas Antipatro, capi facile Re-  
 gem optantes. Veruntamen cogita, ne ille quo-  
 que milib⁹ odiosus sit, propter eisdem om-  
 nium fratum. Nullus enim est, qui non ado-  
 lessentium misereatur, principum autem pluri-  
 mi etiam palam grauiter ferunt. Hac dicens, si. Antiq. lib.  
 mul eos quibus res indigna videretur nomina- 16. cap. 13.  
 bat. Rex autem statim illos & ipsum cum filio a Tironem  
 comprehendendi iubet. Ibique tam alius quidam cum filio His  
 Regius tonsor, nomine Tryphon, nescio⁹ qua rudes com-  
 exagitatus insanias, se metipsum indicans proli- probandi in-  
 lit: ac mihi quoq; Tiro, inquit, iste persuasit, vt ber.  
 occasione condendi nouacula te occiderem: b Alia fal-  
 magnaque inde Alexandrum daturum muheta s̄ in Tironem  
 pollicebatur. His auditis, Herodes & Tironem & Alexan-  
 eiūsque filium, & tonsorem subdidit questioni. drum accu-  
 Cāmque illi pernegarent, tonsor autem am. satio.  
 plius nihil diceret, Tironem vehementius tot. c Herodes.  
 queri iussit: tūmque filius eius, patris miseratio- Alexander  
 ne commotus cuncta se Regi, si eum sibi con. & Arista-  
 donasset, indicaturum promisit. Eoque relaxa- bulum filio  
 to, ipsius occidendi patrē suum habuisse volun. prefecari, &  
 tam dixit, impulsum ab Alejandro. Hoc autē cū Alexan-  
 quibusdā siq; um ab adolescente videbatur, quo dro materno  
 tormentis etiperet patrem, nonnulli verum es. suo sepelien-  
 se affirmabant. Herodes tamen & militū prin- dos iubet.  
 cipibus & Tirone pro concione accusatis in  
 eos armavit populum, ut ibidem cum tonsore  
 ligorum & lapidum & cibis interirent. Filios

*ad. mundi vèrò in Sebasten missos, quæ non longo à Cœ-  
sare inter nullo distaret, præfocari iubet; et quæ  
Anno Cœsi re maturè perfecta, in castellum Alexandrium  
sum nat. mortuos asportari, cum Alexandre materno-  
uo sepeliendos. Hic finis Aristobulo & Ale-  
xandro vita fuit.*

*De confirmando Antipati contra patrem.*

C A P. XVIII.

*Antiq. lib. 7. cap. 21.* **A**ntipatrum vèrò, cùm iam sine coneruer-  
sa successionem regni spetaret, intolerabili-  
le gentis excepit odium, cùndis scientibus il-  
lum omnes fratribus suis conservuisse calunias:  
nihiloque minus timor eum non mediocris so-  
licitabat, crescente sobole peremprorum. Erant  
enim Alexander ex Glaphyra filij duo, Tigranes  
& Alexander: itēmq; Aristobulo ex Berenice  
Salomes filia, Herodes & Agrippa & Aristobu-  
lus, filiaeque Herodias & Mariamme. Sed Gla-  
phyram quidem Herodes eum dote sua in Cap-  
padociam dimisit, postquam Alexandrum inter-  
fecit; Berenicem autem Aristobuli coniugem,  
auunculo Antiparti nuptum dedidit ut enim Sa-  
lomen, quam infensam habebat, sibi reconcilie-  
**a**ntipatrum, liaret Antipater, istas nuptias excogitauit. Idē-  
prenam & vèrò etiam Pierotani munieribus aliisq; obse-  
densi homi, quiis, atque amicos præterea Cœsaris amiebas,  
num fauore magnas Romam mittendo pecunias. Saturninū  
sibi concilia, enim cum aliis omnibus apud Syriam donis ex-  
pleuerat. Hoc autem magis iniuisus erat cunctis,  
quo plura donabat, velut opes tantas non mu-  
nificentia largiretur, sed metu consumeret. Ita-  
que eueniebat, vt nec accipientium benevol-  
entia quicquam proficeret: quibusque nihil  
dedisset, acerbiores inimicos haberet. In distri-  
butionibus autem munierum quotidie largior

erat, cum præter spem videret orbos pueros ab <sup>Anno mūs.</sup>  
Herode curati: quantiūmq; <sup>a</sup> illum perempto- <sup>di 3961.</sup>  
sum cædis posiceret, prolis eorum miseratione <sup>Anis Cri-</sup>  
significari. Cenyoçatis enim propius, atque <sup>rum nat.</sup>

amicis suis, & pupillis affantibus cum lacrymis  
opplesset oculos, dixit: Horū quidem mihi pa-  
tres fortuna quædam tristis eripuit, ipsius autem  
orbitatis misericordia cum natura commendat,  
Experiar itaque, ut eti pater, infortunatissimus  
fui, auus tamē sim prouidētior, & à quibus post  
me regantur, amicissimos mihi relinquam. De-  
spodero, <sup>b</sup> igitur filiam tuam Pherora, maximo  
filiorum Alexandri, ut ei curator sis necessarius;  
tuo verò Antipater filio Aristobuli filiam: eris  
eāim hoc modo pater orbaræ. Sororem vero  
eius meus Herodes accipiet, ex pontifice suo  
materno progastrus. Et de his quidem hoc sit  
iudicium meum, neq; id quisquam dirimat, qui  
me amabis. Precor autem, etiam Deum bono  
regni mei, meorūque nepotum copulare nu-  
gias, atque hos pueros placidioribus, quam pa-  
tres corē oculis aspicere. Postquā hæc locutus  
est, fleuit, & pueroru dexteras iunxit, benignis-  
siméque consolatris singulis dimise conciliū.  
Statim dirigit Antipater, quantèq; dolore af-  
fectus esset, neminem laruit popillorum, nān-  
que hororem apud patrem quoque sibi deto-  
gatum existinabat: iterūque de rebus cunctis  
periculosa fore, si Alexandri filiis præter Arche-  
lam etiam Pheroram terrascham adiutorem  
habere licuisset. Ad hæc reputabat odium suū  
& orbitatis miserationem, qua tota gens fieri  
& ebatur, quanto viuentium puerorum studio,  
& quanta memoria mortuorum ipsius scelere  
renegaverit ludigi. Itaque omnimodo dirime-  
se sponsalia statuit, & callidè quidem patri sur-  
cepere dimisit, fragienti acrisque vigilanti ad

<sup>3.</sup>  
a Quantum  
Herodē per-  
emprorū filio-  
rum cædu pa-  
nieres, pro-  
li oscurus  
miseratione  
ostendebat.  
<sup>b</sup> Herodes  
neptiles de-  
fenderet.

# PLAVIT Iosephus

**An. mundi** suspicādūm. pālām vērō eūm supplex adire au-  
sus est, corāmque dēpostere, ne se honore pri-  
**Ante Chri-** baret, quo dignum esse iudicasset, nudāmque  
**stus nāt.** Regis nōmen habere vellet, regni autem sub-  
stantiam penes alios esse. Nec enim posse re-  
rum obtinere dominatum, si pr̄ter avum Ara-  
chelaum, etiam Pheroras Alexandri filio socet  
effet adiunctus. Instantissimē vērō precabatur  
quia numerosa esset Regia progenies, nuptias  
permutari. Nouem nāmque Regi vxores erant,

**Herodius** sed <sup>a</sup> harum septē vnde filios suscepērat, ipsum  
**ly ex sepe** Antipatru ex Doride, Herodem autem ex Ma-  
**vxoribus** riāmme pontificis filia: itēmq; Antipam & Ar-  
**suscepti.** chelaum ex Malthace Samaritide, filiāmq;. O-  
lympiadē, quam frater eius Iosephus hābuea-  
rat, ex Hietosolymitide vērō Cleopatra Her-  
odem & Philippum, necnon ex Pallade Phasae-  
lam. Habebat autem filias quoque alias. Roxa-  
nen & Salomē, vnam ex Phædra, & alteram ex  
Elpide: duāsque vxores sine filiis, consobrinā  
& fratris filiam: & pr̄ter has Alexandri & Ari-  
stobuli sorores duas ex Mariamme. Cūm igitur  
tanta prolis copia superesset, aliter nuptias iun-  
gi postulabat Antipater. Rex autem perspecto  
eius animo, quid de pupillis cogitaret, vehe-  
menter iratus est: quippe filiorum quos inter-  
fecerat casum reputans verebatur ne etiam hi  
quandoque criminacionē Antipatri pr̄mium  
fierent. Sed tunc quidem sāuoribus dictis eum  
protelat. Postea <sup>b</sup> vērō blanditiis eius addu-  
ctus, sponsalia reformauit: ac primum ipsi Anti-  
pattro Aristobuli filiam collocat, filium vērō e-  
ius iungit filiæ Pheroræ. Hinc licebat aduertere,  
quantum Antipatti valuerit adulatio, quād  
idem in simili causa impettare Salomonē po-  
tuit, hanc enim quamvis soror esset, atque hoc  
sepe int̄cedente Iulia vxore Casatris postulaſ-  
set,

fet, Arabi Sylla<sup>o</sup> nubere non passus est: sed ini- An. mundi  
3961.  
 micissimam sibi fore iuravit, nisi ab hoc studio  
 destitisset posteaque iavitam Alex<sup>z</sup> cuidam ex Ante Chri-  
sticis suis in matrimonium dedit, eiisque si-  
stum nat.  
 Barum vnam Alexandri filio, alteram Antipatri 3.  
 auunculo tradidit. Natarum autem Mariamme: Antiq. lib.  
17. cap. 3.  
 vna sororis filium habebat Antipatrum, altera  
 fratri Phasaelum. Sic<sup>a</sup> interrupta pupillorum  
 spe Antipater, & pro sua commoditate affinita-  
 tibus iunctis, expectatione certa nitebarur: ad-  
 iectaque malignitati fiducia, nequaquam erat  
 tolerabilis: nam quia singulorum odium vitare  
 non poterat, securitatem sibi ex tetrore quare-  
 bat: cum præterea Pheroras ei veluti iam con-  
 firmato Regi obsecundaret. Quin<sup>b</sup> & mulie- b Mulierum  
rum confusa in aula conflictio, nouas turbas in aula con-  
excitabat. Etenim Pheror<sup>z</sup> vxor cum matre ac f<sup>z</sup>ilio,  
 sorore sua, necnon & Matre Antipatri, multa  
 in Regia insolenter agebat, ausa etiam duas Rei-  
 gis filias contumeliosè tractare: cui rei maximè  
 ab Antipatro erat obiecta. Itaque cum illi ip-  
 sis essent, alias quidem mōrigeras habebant:  
 sole verò Salome aduersabatur eorum concor-  
 dia: quodque non bono Regis coirent, apud  
 ipsum insimulabat. Cognita verò eius delatio-  
 ne mulieres, quodque Herodes agrè tulisset a-  
 perto quidem conuentu & familiaritate absti-  
 nuerunt, contrà verò & discordare inter se Re-  
 ge audiente simulabant: cum his adeò collu-  
 deret Antipater, ut palam Pheroram minimè  
 dubitaret offendere: occultos autem cœtus &  
 nocturnas commissiones agebant: earumq;  
 confessionem fecit obseruatio firmorem: cum  
 horum nihil ignoraret Salome, sed Herodi cun-  
 cta aunciaret. Ille autem ardens iracundia, ma-  
 ximeque aduersus Pheror<sup>z</sup> coniugem, quod Antiq. lib.  
17. cap. 4.  
 eas præter ceteras accusaret Salome, aduocato

# FLAVI Iosephi

An. mundi cognatorum amicorumque concilio , & alia  
3961. multa mulieri & filiarum contumelias criminis

Anne Christi dedit: quodque Phariseis mercedem contra se  
stum nat. præbuisset , fratreque sibi hostem reddidisset

3. expugnatum venenis. Postremò conuersus ad  
Pheroram , utrum , ait , se fratrem an uxorem  
vellet optare ? Cumque ille se citius vita dixisset  
quam coniuge caritatum , incertus quid a-

a Herodes geret , ad Antipatrum sermonem contulit : ac e-  
Antipatrum , ne cum Pherora , vel eius coniuge , aut quis-  
ne sum phe-  
tura , vel e-  
ius coniuge  
unquam cel-  
loqueretur ,  
edicit.

re cum Pherora , vel eius coniuge , aut quis-  
alio , qui ad eam pertineret , unquam colloque-  
retur edixit . Verum ille palam preceptra custo-  
diens , in occulto cum his pernoctabat , me-  
tuensque obseruationem Salomes , per amicos  
in Italia degentes , ut Romani proficeretur ,  
effecit perlatis literis , vbi Antipatrum aliquan-  
to post tempore ad Cæsarem mitti oportere  
perscriberent . Igitur Herodes nihil moratus ,  
eum misit : cunctis quæ usui forent , magnaque  
pecunia liberaliter instructum , testamentum in-  
que una ei portandum dedit , in quo Rex ipse  
Antipater inscriptus erat , & Antipatri successor  
Herodes , ex Mariamme pontificis filia procrea-  
tus . Quin & Sylla Arabs itidem Romanus , ne-  
glecto Cæsaris precepto , nauigavit : de his cum  
Antipatro certaturus , de quibus cum Nicolaus  
causam ante dixerat . Non tunc autem cum A-  
reta Rege suo certamen habebat , cuius & alios  
amicos interficerat & Soemum in Petra oppi-  
do potentissimum , redemptoque Fabato procu-  
ratore Cæsaris fauore rechanus etiam in He-

b Fabatu Procurator Casarū a-  
pud Herodē scorum  
Syllai pug-  
dior. ratus . Sed maiore pecunia data Herodes Fa-  
batum à Sylla alienauit , ac per eum quæ Cæ-  
sari iusserrat exigebat . Ille autem cum nihil de-  
sisset , accusabat apud Cæsarem Fabatum , di-  
spensatorem esse dicens non quæ ipsi , sed quæ  
Herodi expedirent . Quibus b ecommodum ad ita-  
cundiam

conditam Gabatus, adhuc autem apud Herodem  
in honore maximo habebatur, secretorum Syl-  
laci proditor factus est: regique indicauit, quod  
Syllacus Corinthum eius satellitum pecunia cor-  
rupisset, cùmque affermari oporteret. Neq. Rex  
id facere dubitauit: quoniam Corinthus iste,  
licet in aula Regis esset educatus, ex Arabia ta-  
men fuerat oriundus. Igitur mox non illum so-  
lum corripi, sed etiam duos alios Arabas iussit  
apud eum repertos, unum Syllaci amicum, alte-  
rum Phylaschum. Qui subditi questioni, magna  
pecunia Corintho, ut Herodem occideret, per-  
suasissimè confessi sunt: atque etiam à Saturnino  
Syriac rector interrogati, Romanum transmissi  
sunt.

*De veneno Herodi parvo, & quomodo  
compersum sit.*

C A P. XIX.

**A**T<sup>3</sup> Herodes Pheroras vehementius immisit. <sup>a</sup> Herodes  
nebat: ut repudiaret uxorem: neque quo-<sup>b</sup> Pheroras  
modo mulierem plecteret indueniebat, cù mulierem uxore  
tas in eam odij causas haberet, donec ipsum e-<sup>c</sup> ageret.  
tiam fratrem cum ea supra modum indignatus  
eiecit. Pheroras autem aequo animo accepta ini-  
uria, in terrarchiā suam recessit, iuratus unum  
sibi exiliū finem fore mortem Herodis, neque  
ad eum reuersurum esse dum vixerit. Denique  
nec agrotum quamvis sepe accitus fratrem insi-  
uisere voluit, cum quibusdam mandatis eū qua-  
si moriturus vellet instruere. Sed ille quidem  
præter spem conualuit. Postquam autem Phe-  
roras in morbum incidit, tum Herodis patetia moritur, &  
demonstrata est. Nam & venit ad eum, & huma-  
nissime curatum voluit: sed morbum superare nō posse  
nō quoniam illata hæc enim paucis dies mortuus, non  
vix illi

**An. mundi** Quem licet usque ad ultimum vitæ diem dile-  
 3961. xiflet Herodes, tamen quod illum quoque ve-  
**Aucto Chr.** neno peremisset fama vulgatum est. Veram e-  
**sum nas.** ius corpore in Hierosolymam deportato, luctu  
 maximu cuncte genti denunciauit, clarissimâ-  
 que funus sepultura dignatus est. Unus quidem  
 interfector Alexandri & Aristobuli, hunc ex-  
 tum vitæ sortitus est. Traxit autem in Antipa-  
 trum autorem poena sceleris, ex interitu Phere-

**Antiq. lib.** re nacha principium. Quidam enim ex eius li-  
 17. cap. 5. bertis, cum Regem tristes adiissent, fratrem i-  
 pius Pheroram veneno interceptum esse dice-  
 bant, nam quendam ei cibum obculisse coniu-  
 geni suam, non eo quo solebat modo condi-  
 tum: eoque sumpto illum morbo protinus effe-  
 correptum. Venisse autem ante biduum, matre  
 ac sororis eius accitu quandam **Veneficā** inu-  
**in Arabia.** lierculam ex Arabia, ut venenum Pheroræ cō-  
 ficeret amatoriū: & pro amatorio dedisse mor-  
 tiferum Syllæi consilio: námque illi notam fu-  
 se. Perculsus igitur plurimis suspicionibus Re-  
 gæ ancillas & nonnullas libertinas quæstioni sub-  
 iecit. Ibique tum exclamat aliqua doloris im-  
 patiens: Deus corli terræque rector, in matrem  
 Antipatri, quæ horum nobis malorum causa  
 est, vindicet. Hoc Rex initium naestus, perseque-  
 batur vterius indaginem veritatis. Mulier **ve-**

**Confeccio** muliercula-  
 rò matris Antipatri familiaritatem cum Phe-  
 rum in sor- rotæ eiisque mulieribus, & occultos eoru con-  
 struxa. uentus aperuit: quodque Pheroras & Antipa-  
 ser redeentes à Rege, tota cum illis nocte porta-  
 re soliti essent, seruis omnibus exclusis & ancil-  
 lis. Una quidem libertinarum hac indicauit.  
 Cùm autem ancillæ separatis singulis torque-  
 restur, patuit omnium dicta cōgruere, qua de cau-  
 sa Romam quidem Antipater ex cōposito, Phe-  
 ras vero trans flumen socijate caruissen-

Nam sèpè illos in sermone dixisse, quodd post Ann. mundi  
Alexandrum & Aristobulum ad ipsos eorumq; 396.  
coniuges transitus esset Herodes. Nec alicui Ante Chris-  
posse pareceret, qui Mariamq; eiusq; filiis mini-  
mè pepereisset: ideq; melius esse, ab hac belua  
quam longissima fugere. Sèpè autem dixisse ma-  
tri Antipatru conquerentem, quodd cum ipse iā  
canus esset, pater in dies singulos iuuenesceret,  
séque fortasse prius quam regnare incipiat mo-  
riturum: aut si vñquam deceperit, (quādo autē  
istud futurum?) voluptatem sibi successionis or-  
minōd fore brevissimā. Pullulare præterea hy-  
dro capita, hoc est Alexadri & Aristobuli filios:  
sibi autem filiorum quoq; spem ademptam es-  
se patris iniuria: qui non eorum quenquam posse  
mortem suam regni successorem, sed Mariam-  
mes filiū scripsisset hæredem. Qua quidem in  
re prorsus eum senectute delitare, si testamēto  
suo standum arbitraretur, se namq; ut ex eius  
progenie nemo superesset curaturum. Quin etiā  
eum omnes patres, quibus inqisi vñquam filij  
fuerunt, odio vineat: plus tamen eum etiam fra-  
tres odisse. Deniq; nuper sibi, ne cum Pherora  
 colloqueretur, centum talenta donasse: atque  
eām Pheroras diceret, quid enim per nos lade-  
batur respondisse Antipatru, utinam cunctis  
ablatis nudos se dummodo viuos relinqueret.  
Veram hoc nequaquam fieri posse, ut tam pesti-  
feram bestiam quisquam effugiat, sub qua nec ar-  
matis esse palam luceret. Denique nunc occulte,  
inquit, cōuenimus: sicbit autem aperte, si viro-  
rum spiritu manusq; habeamus. Hæc in tormentis  
ancillæ prodiderunt, & quod Pheroras cum  
illis Petram fugere cogitasset. Ut omnibus autē  
dictis Herodes crederet, centum talentis esse  
erunt est. De his enim soli Antipatru dixerat,  
igitur e parte alios in Doctis Antipatru manent. Pollio.

a Dorido  
Alexandri  
marrem em-  
ni ornatu  
foliatu  
Herodes est  
pollio

**A. mudi furor eius erumpit: eāmque omni ornato, quem  
3961. illi donauerat, spoliata m., multis comparato ta-  
Ant Chri lenti, expellit. Deinde ira deposita, Pheroræ  
flumina. mulieres à tormentis recreabat. Timore autem**

**3.** pauidus erat, & ad omnes suspiciones excitaba-  
tur: multosque innocentes, metu ne quē vocen-  
tium prætermitteret, in tormenta ducebat. Hinc  
ad Samaritam se cōuertit Antipatrus, qui pro-  
curator erat Antipatri, & ex illius tormentis cō-  
perit, necandi sui causa ex Egypto Antipatrum  
venenum malum petiisse, per quendam Anti-  
phili amicū: idque ab eo Antipatri auunculū  
accepisse Theudionē, ac Pheroræ tradidisse: cul  
mandasset Antipater, vt Herodem occideret, dū  
ipse Romæ adesset, ac suspicione caret: Phe-  
roræ verò venenum vxori suę dedisse seruandū.  
Itaque hanc euocatam, statim Rex quod acce-  
perat afferre iubet. Illa verò quasi allatura e-  
gressa, de tecto se præcipitē dedit, vt eo modo  
probationes & Regis tormenta præueniret. Sed  
Dei p̄uvidētia, sicut apparet, quæ ab Antipatro  
poenas repeteret, non in caput, sed in diuersam:  
delata partem, periculum mortis evasit. Porta-  
tāq. ad Regem, vbi resipiscere potuit (nā casus  
eā perturbauerat) quamobrem se præcipitasset.  
interrogata, adiurante Rege, quod vera dicenti  
remitteret omne supplicium: sin falsa promere  
malnisset, corpus eius tormentis absumeret, ne-  
que sepulturæ quicquam relinqueret: paulisper  
tacuit. deinde: quid, inquit, secreta custodio,  
quū Pheroras obierit, Antipatro qui nos omnes  
**a Pherrora** perdidit servitū? Audi Rex, & tecū Deus mi-  
cōmūnū quid hi testis veritatis, qui falli non potest. Cū aphe-  
sum veneno toræ morituro lachrymans assiderem, tuac ille  
fis actum, in me ad se vocauit: En multum, inquit, coniunx  
genū fai- de fratrib erga me animo sum deceptus. Nā qui  
sor. sic me diligeret, iurūsum habui, & decare cogi-  
tavi:

tuus: qui tanto nunc mei, quamuis ne dum mor.  
 Ann. mundi  
 tui, dolore confunditur. Sed ego quidem impie- 3961.  
 tatis precium fero: tu verò quod in eum seruas, ante Christum  
 scelatum nobis ab Antipatrico venenum, huc af- sum nos.  
 fet properè, méque vidente consume, ne ad in-  
 feros quoq; ultricem huius sceleris conscientiā  
 deferam. Ita ut iussit attuli: & magnam quidem  
 veneni partem sub obtutibus eius in ignem ef-  
 fudi: modicum verò mihi propter dubios casus,  
 & quæ meruerem, reseruavi. His dictis, illa qui-  
 dem omnino paululum quiddam veneni habé-  
 tem pyxidem profert: Rex verò in matrem fra-  
 trémque Antiphili contulit quæstionem: Verùm  
 hi quoque Antiphilum ex Egypto attulisse py-  
 xidem farebantur, illumque venēnum à fratre  
 apud Alexandriam exercente medicinā acce-  
 pisse dicebant. Totum autem regnum circum-  
 eantes Alexandri & Aristobuli manus, ipsi erat  
 incertarum rerum exploratores atque indice,  
 & à suspicionibus remotissimos ad probationes  
 trahebant. Denique etiam Pontificis filiam  
 Mariammen, consciaciam esse maleficiorum pa-  
 tuvit. Hoc enim tortis eius fratribus demon-  
 stratum est. Rex autem matris audaciam filii a Divina  
 quoque poena coercuit. Nam quem illa pepere- ultro nullū  
 rat Herodem, patti successorem scriptum ex factū impu-  
 testamento deleuit. niquum relin-  
 quat.

*De Antipatri in Herodem malignū studijs  
 apprehensis & ultris.*

C A P. X X.

Post haec etiam Bathyllas, nouissima cōfilio-  
 rum Antipatri fides documentis accessit.  
 Namq; is erat quidem libertus eius: aliud autē  
 venenam fecit, hoc est, aspidum virus, aduca-

# FLAVI JOSEPHI

An. mundi rat, aliorūmq; serpentū succos: ut si prius fuisset  
3961. inualidum, hoc se Pheroras cum sua coniuge in

Anno Chri- Regem armaret. Idem verò præter suscep̄tā cō-  
sum nat. tra salutem patris audaciam, velut operam sub-  
cisiuam, habebat epistolas aduersum fratres cō-

3.

a Antipatis  
in Archelaus &  
Philippum  
fratres insi-  
da.

positas ab Antipatro. Erant<sup>2</sup> autem Romæ in  
studiis Archelaus & Philippus, iā adolescentia,  
magniq; animi Regini filij, quos Antipater ve-  
lut imminētes spei suæ remouere festinās, quas-  
dam in eos literas ipse fixit, amicorū nomine  
Romæ degentium. Non nullis autem corruptis  
scribere persuasit, quod multis patrem maledi-  
cis carperet. ac de Alexandri & Aristobuli ne-  
ce manifestè quererentur, séq; accitos esse gra-  
uitat ferrent: iam enim pater eos redire præce-  
perat, idq; maximè sollicitabat Antipatru. Quim  
etiam prius quām proficisceretur, in Iudæa cō-  
stitutus Antipater, eiusdem modi cōtra eos Ro-  
mæ literas mercabatur: patremq; adeundo vitā-  
dæ suspicionis causa, fratres purgare simulabat:  
quædam falso scripta, quædā verò adolescentię  
peccata esse cōmemorans. Quo b quidem tem-  
pore scriptoribus epistolarum, quas in fratribus  
perniciem simulabat, plurimis pecunis datis,  
sumptuum confundere tentabat indicia, vestem  
preciosam variāque stragula, poculāque argen-  
tea necnon & aurea comparando, aliāq; pluri-  
ma instrumenta, ut preciorū magnitudine mer-  
cedes falsariis erogatas celaret. Deniq; duceata  
talenta retulit expensa, & eorū maxima fuit oc-  
casio causa Syllai. Vniuersis autem malis tun-  
minoribus maiore contextis, cum omnia qui-  
dem tormenta de patricidio, epistolæ verò de  
literatis fratricidiis conclamarent, nemo tamen  
ex Iudæa venientium, quo loco fortunæ domus  
essent ei nunciavit, quamuis inter scelus proba-  
tū: ipius reditū septem mēsū inservallis, fixis-

b Antipater  
scriptoribus  
apostolarum,  
quas infra-  
rum perni-  
ciē simulauit,  
ingenium pe-  
cunis sum-  
mis erogas.

scen-

Sent. Ita etat inuisus omnibus. Fortasse autem c- An. mundi  
3961.  
 etiam quibus indicandi voluntas fuit per inter-  
 seditorū fratum manes obmutescabant. Deniq; Anse Chri-  
Roma literas misit continuò se venturum esse. Ruth nro.  
3.  
 quodq; honorificè dimissus esset à Cæsare nun-  
 cians. Rex autē insidiorē manibus tenere de-  
 siderans: timēnsq; ne si quid præscisset, fortè ca-  
 ueret, ipse quoq; literis benevolentiam simulās  
 & alia familiarissimè scripsit, & vt reuersionem Antiq. lib.  
18. cap. 8.  
 suam <sup>a</sup> maturaret orauit. Nam si properasset, a Antipater  
ut reuersionem suā ma-  
tutaret, scri-  
bit Herodes.  
 matris suaz quoq; offensionem posset compone-  
 re, quam expulsam esse non ignorauit Antipa-  
 ter. Primā <sup>b</sup> quidem iam de morte Pheroræ su-  
 sceperat epistolā apud Tarentum, eumq; vehe-  
 menter luxerat: id autē nōnullis de patruo lau-  
 dabile videbaturi sed quantum intelligi datū, c Antipater  
Therora  
mortem ve-  
hementer  
inget.  
 causa doloris erat, quod insidia pro voto noh  
 cesserunt: neque tam Pherotā flebat, quam in-  
 leficiorum ministrum. Præterea metus cum qui-  
 dam ob ea quæ conficerat occupabat, ne quan-  
 do fortè deprehenderetur venenum. Tunc au-  
 tem in Cilicia patris epistola sibi reddita, quam  
 supra memorauit, statim quidem festinabat: sed  
 postquam in Celenderin delatus est, subit eum  
 quendam materni casus cogitatio, anima iam  
 per semetipsam diuinante. Et amicorum qui-  
 dem prudenter ei suadebant, ne prius patre  
 conueniret, quam pro certo cognosceret, quib.  
 ex causis matrem suā repudiasset: nāmq; time-  
 re. ne fortè criminibus marris adderetur. Mi-  
 nus autem prudentes, & visendæ patriæ cupidi  
 magis, quam quid Antipatro esset utile conside-  
 rantes, vt properaret monebant, ne ex ipsa mo-  
 ta & patri causam praux suspicionis, & occasio-  
 nem præberet calumniantibus. Nunc enim si  
 quid motum est, in absentem esse factum: nea-  
 tam præsente illo quenquam id ausurū fuisse

An. mundi Absurdum autem videri, propter suspicções  
 certas certis bonis carere, neq; maturè se pati  
 3961. reddere, ab eóque regnum accipere, quod solo  
 Aucte Chr̄m ſtum r̄as. ipſo ipſe niteretur. Paruit his Antipater, impel-  
 3. lente fortuna, transmissusq; in Sebaſtū Cæſarez  
 portum defertur. Occurrit autem illi præter o-  
 pinionem maxima ſolitudo cum omnes cum  
 a Antipater deuitarent, nullusq; auderet accedere. Nam  
 Cæſarea am eti semper aquæ iniuiſus erat, odio tamen ux  
 rubrum inimici proderetur tunc data libertas eſt. Multos autem  
 auertebat ex Rege formido, quoniam cunctas  
 iam ciuitates de Antipatro fama repleuerat, for-  
 lusq; de ſe quid ageretur. Antipater ignorabat.  
 Nec enim vel clarius eo quisquā deductus eſt,  
 cum Romam nauigaret, vel ignobilius inde ſu-  
 ſceptus eſt. Enim uero clades ille domesticas in-  
 telligens, caſſilitate celabat, metusq; penè mor-  
 tuus, vultu confidentiā firaulabat. Et neq; fugaz  
 ſpes villa erat, neq; circumstantib. malis emerge-  
 ze poterat: certumque nihil ei de domo ne ibi  
 quidem nunciabat, id enim Regis intermina-  
 tio prohibuerat. Vnde interdū etiā ſpes eū per-  
 tentabat bilior, aut nihil eſſe deprehendit,  
 aut, si quid eſſet, hoc ſeſe impudencia ſua dilu-  
 turum ac dolis, que ſola instrumenta ſalutis ha-  
 beret. Itaq; his armatus, ſine amicis in Regiam  
 venit, qui à prima ianua cum iniuria ſunt repul-  
 fi. Rorē autē Varus Syriæ rector intus aderat. in  
 b Quomodo gressus b deinde ad patiē, confirmatusq. audacia  
 Antipater velut eius ſalutandi cauſa, propius accedebat: cū  
 Roma domi ille obiecta manu & capite declinato, exclamat:  
 veniſſim ab Et hoc patricidæ eſt, ut me amplexari velis, qui  
 Herode fue. tot maleſiciis inuolutus ſis. Dispereas, impiū ca-  
 ſis accepimus. put: neq; me attingas prius quam criminibus te  
 exuas. Dabo enim tibi iudicium & iudicē, qui op-  
 portunè præſtò eſt. Varum. Abi, & quemadmo-  
 dū te purges in diem craſtinaum meditare: natus  
 & tempeſt

& tempus indulgeo calliditatibus tuis. Ad hæc An. mundi  
3961.  
 meru obsequuens factus Antipater, quia respondere  
 nihil potuit, resuersus est. Cum autem ad eum ve- ante C. br.  
f. mun nos.  
 nissent mater & vxor, cunctas ei probationes ex f. mun nos.  
 posuerant. Tumque recepta mente, quo pacto fe- 3.  
 se defenderet cogitabat. Postero autem die Rex —  
 exhibito propinquorum atque amicorum cōcilium,  
 Antipati quoque amicos vocat. Ipse <sup>a</sup> autem cum a *Judicium*  
 Varo residens, cunctos indices iussit adduci, in contra cipiat rem  
 quibus erant etiam servi matris Antipatri qui cipiat rem  
 dam pridem comprehensi, qui ab ea literas ad eum, profides  
 deportaverunt huiuscmodi. Quoniaque illa omni- Karo...  
 nia patri tuo cognita sunt, caue ne ad eum ver-  
 bias, nisi aliquod auxilium a Cæsare impetrave-  
 xis. Ieaque his una cum aliis introductis, ingreditur  
 Antipater. Cumque pronus ante pedes patris ceci-  
 disset: oto, inquit, pater nequid de me præiudi-  
 ces, sed integras auxes satisfactioni meæ præ-  
 bebas. Demostabo enim me innoxium, si tu ve-  
 lis. Ille autem magna voce imperato ei silentio,  
 ad Varum locutus est. Quod <sup>b</sup> & tu Vare, & qui-  
 quis iustus iudex, Antipatrum morte dignum iudica-  
 geris, certè scio. Vereor autem ne mea quoque li- b Herodius  
iudicio con-  
tra Antipa-  
trum accusa-  
tio.  
 bi sit iniuria fortuna omniaque calamitate dignissimae  
 deputata, qui tales filios generarim. Atqui hoc tibi  
 magis miserandas videri debeo, quod erga etiam  
 celestos indulgentissimus pater fui. Nam illis c Beneficii:  
prioribus adhuc adolescentis regnum detuleram  
et quoque Romæ educatos amicos Cæsaris feceram:  
sed quos alii insidendo Regibus amulandos.  
que constitui, mea salutis hostes inueni, quo-  
que tam interius Antipatru magis profuit. Iti  
 enim quoddiu iuuenis & successor meus futurus es-  
 set, maximè securitas que rebatur atvero hic be-  
 lira, patiētia mea supra quam satis erat expletus, in  
 me saceritatē suā profundit: eiisque diu viuere sū vi-  
 cu, meāq; senectutē graniter tulit, Rēxque fieri

an. mandi nonnisi patricidio passus est. quæ quidem pre-  
 3961. fectò noui qua ratione cogitauit: quòd eum ex  
 Ante Chri. agro abiectu reduxerim, & exclusis quos mihi  
 sum nar. Regina pepererat filius, regni mei vicarium de-  
 clarauerim. Evidē tibi Vare cōfiteor meā mē-  
 tis errorē. Ego illos contra me filios irritauit, qui  
 a Herodes Antipatri gratia spes eorum iustas abrupi. Quid  
 sum meritus? cui viuus etiam potestatem meam  
 præ reliquo penè concessi: apertè autem tegni successione  
 filij amauit testamento reliqui, & preter destinatos ei sepa-  
 plurimè quād ratim quinquaginta reditus talentorum, sum  
 eni cum bene ptum passim mea pecunia subministraui: ac nu-  
 ficia contu- per Romā quoq; nauigatuero dedi trecēta tal-  
 lia.

ta, quēmq; solum ex omni familia mea, tanquam  
 patris seruatorem, Cesarī cōmendauit. Aut quid  
 illi tantum sceleris quantum Antipater admiso-  
 runt? quòdve de his habui indicium, quale de-  
 monstrauit huius insidias? etiam approbo, quia  
 Iesus est aliquid patricida, tūc sūmque verita-  
 tem dolis sperat obtegere: tibi Vare cauendū  
 nati ego istam beluam noui, & quām sit verisimili-  
 aria dicturus, iam nunc prospicio, stetisque  
 simulatos. Hic est qui me quondam monebat,  
 ut viuum Alexandrum cauerem, neque meum  
 corpus omnibus crederem: hic est qui usque ad  
 cubile meum solebat ingredi & circumspicere,  
 ne quis mihi fortè parasset insidias: hic somnus  
 mei custos erat, & securitatis dator, qui consol-  
 laretur luctum peremptorum, & viuentium fra-  
 terum benevolentia diiudicaret: hic propugna-  
 tor & satelles meus. Quum eius calliditas  
 in mentem venit, & quemadmodum singula si-  
 mulasset, vix me credo viuere, tamq; graue in-  
 fidiatorem quo pacto effugerim miror. Vecun-  
 tamen quia fortuna quædam excitat contra me  
 domum meam, mihiq; amicissimi semper in-  
 fensā

fens sunt, ego quidem factorum iniqitatem sfe-  
 bo, & meā ipse solitudinem gemam. Nemo  
 autem qui meū sanguinem sūticerit elabetur,  
 etiam si per omnes filios indicia ventura sīot.  
**Hac** dicens, ipse quidē interrupto sermone ta-  
 euit, dolore confusus. Nicolaum autem vnum  
 ex amicis probationes iussit exponere. Inter  
 h̄c autem Antipater sublatu capite, cūm pro-  
 stratus ante patris pedes maneret, exclamat. Tu a **Responso**  
 pater meas partes defendisti. Nam quomodo & excusa-  
 ego patricida, quem tu semper seruatorē te ha- **An** Antipo-  
 bā sic cōmemorasi. Aut si ficta, vt dicas, simula- **pā.**  
 tāque mea pietas fuit, cur in aliis tam callidus,  
 ip hoc adeo demens fui, vt non intelligerem.  
 quod si homines lateret tanti sceleris cogitatio-  
 ne, cōleitem latere iudicem omnino non posset,  
 qui vbiique prāstō esset, & cuncta conspiceret?  
**An** fratum exitus ignorabā, quos ob id Deus  
 vltus est, quia tibi malē cogitauerant? Quid autē  
 fuit cur me tua salus offenderet. Spes regni? sed  
 regnabā. Odij suspicio? ed diligebar. An ex te  
 metus aliquis? Quin tui seruans, aliis timendus  
 eram. Portassis egētas causa fuit? Multo minus.  
 Quis enim magis expensarum habuit potesta-  
 tem? Si autem omnium hominum perditissi-  
 mus essem, immanisque bestiz animū ger-  
 rem, certè mansueti patris beneficiis vinceret  
 quem, sicut tu dixisti, reduxeris, & torque filius an-  
 teposueris, viuisque Regem declaraueris, alio-  
 rumque bonorum magnitudine reddideris in-  
 uidendum, & me miserum, acerbissimumque pe-  
 regrinationem meam, quam longum liuori té-  
 pus magnūmque insidiabitibus spatiū grēbui.  
 Sed tamen tibi pater tuisque rebus abieram, ne  
 Syllabus tuā cōtemneret senectatē. Roma **b** mi-  
 hi testis est pietatis, & princeps orbis terrar̄ **Ca-** **Antipa-**  
 sar, qui me patris amatoeū sap̄ vocitabat. **A.** **Respo-**  
 nō. **Antipa-**  
 3961. Anno  
 Christi natū.  
 3.  
**b** **Antipa-**  
 ser Romane  
 & Cesare  
 pietatis te-  
 posuerat.  
**A.** **Respo-**

# FLAVII JOSEPHI

cipe pater has eius literas. haec fuitis in me crimi-  
An. mundi nationibus veriores: his me defendo: haec affe-  
3961. Ante & tu erga te mei argumēta certissima: recordare  
Chrīst. natū quām inuitus hinc nauigauerim, latentes in re-  
ll. gno contra me inimicitias non ignorans. Tu pa-  
ter imprudens me perdidisti, tu compulisti ut  
darem accusandi tempus inuidiæ. Verū ad in-  
dicia veniam. Ecce adsum, terra marique nihil  
usquā patricida perpessus. Sed nondum me hoc  
argumento diligas. nam & apud Deum, & apud  
te pater, condemnatum me esse scio. Condem-  
natus autem deprecor, ne aliorum tormentis fi-  
dem habeas, in me deferatur ignis, per viscera  
mea pergant instrumenta pœnarum. ne parcas  
stelesto corpori. Nam si patricida sum, tormen-  
torum expers mori nō debeo. Talia cum lacry-  
mis ac eiulatu vociferans, & omnes alios, & Va-  
rū ad misericordiam prouocauit: solum autē  
Herodem, quo minus fieret, iracundia contine-

a Nicolau bat, documentis veris intentum. Ibi <sup>a</sup> autem Ni-  
iussu Regis colaus, iussu Regis, multa de Antipatri callidita-  
contra An- te prefatus, & misericordiæ spem abstulit, & a-  
tipatrum a- trocissimam accusationem instituit, cuncta qui-  
accusatio- dem regni maleficia illi ascribas: maximè ve-  
nō instituit. rō fratum interīsum, quos ipsius calumniis in-  
terfectos esse demonstrans, etiam superstiribus  
eum insidiari quasi successionis captatoribus af-  
firmabat. Nam qui patri venenum parasset, mul-  
to minus à fratribus abstinueret. Cum autem ad  
veneni probationem venisset, per ordinem pro-  
ferebat indicia, etiam de Pherora crimen exag-  
gerans, veluti illum quoque Antipater fratici-  
dam fecisset, corruptisque Regis amicissimis:  
**b** Pherora scelere omnem domum replevisset. Atque <sup>b</sup> ita  
Nicolau. multis aliis dictis & probatis perorauit. Varus  
autem cum respondere iussisset Antipatrum, de  
ille nihil amplius eloquens, quām Deus testis  
est in-

est innocentia meæ, si ensque taceret, venenū *An. mundi*  
 perit, idque a cupiam damnatorum capit is ex 3961. Ante  
 custodiis bibendum dedit: eoque statim mor- *Christ. natus*  
*tuo, quodam in secreto cum Herode sermoci-*  
*natus, gesta in consilio Cæsari scripsit: posteró-*  
*que die inde discessit. Nihilque minus Rex* *a Venenum*  
*Antipatro vinculis tradito, clavis suæ nuncios* *in quodam*  
*ad Cæsarem misit. Post hæc Salomen appetisse* *capitu dam-*  
*infidiis arguebatur Antipater. Quidam enim è* *naro proba-*  
*seruis Antiphili Roma venerat, epistolas ferens* *tus.*  
*cuiusdam Acmen nomine, ancilla Iuliz: quibus*  
*ad Regem scriptis, indicauerat Salomes epistola*  
*inter literas Iuliz reperta, clam ei beneullen-*  
*tiz causa mississe: Ipsi autem Salomes episto-*  
*lis & maledicta in Regem acerbissima, & b ac b *Alia ad-**  
*cusatio maxima continebantur. Sed hæc ab Anti-*  
*patro erant fæz: ssque Acmen pecunia corrup-*  
*ptam, ad Herodem eas mittere persuaserat. Epi-*  
*stola enim eiusdem mulierculæ ad ipsum scri-*  
*pta id prodidit, cuius verba hæc sunt. Sicut vo-*  
*luisti patri tuo scripti, & alias epistolas misi,*  
*certo sciens, Regem sorori suæ minimè posse*  
*parcere, si eas recitauerit. Bene autem facies si*  
*consumptis omnibus pollicitationum tuarum*  
*memor fuerit. Hac epistola & quæ in Salomen*  
*sunt composita deprehensis, Regem subiit cogi-*  
*tatio, ne forte etiam Alexander falsis epistolis*  
*fusset oppressus: quodque penè sororè propter*  
*Antipatrum occidisset anxius erat. Itaque & non c *Herodes**  
*est ultra cunctatus, quod minus ab eo sumeret o- *de Antipa-**  
*mnum causa supplicium: sed ne propositis sa- *tro suppli-**  
*cis faceret, graui morbo impeditus est. De Acme sium sume-*  
*tamen ancilla, & in Salomen fictione conflata, re coguar,*  
*dedit literas ad Cæsare, ac propterea testamen- *proprietad.**  
*to, mutato, exemit nomē Antipatti, Regemque nomen ipsius*  
*scripsit Antipam, præceritis Archelao & Phi- *in restam-**  
*ippō natu maioribas. nam & hos Antipater se deler.*

*An. mundi insimulauerat. Cæsari autem post alia pecunias.*  
*3563. Ante tria munera mille talenta, & vxori eius ac filiis,*  
*mar. Chriſt. itēmque amicis & libertis, prop̄e quinquaginta.*  
*ta: cæterisque omnibus agrorum & pecuniarum*  
*non parum distribuit, ac sotorem Salomonem lucu-*  
*le utissimis donis honorauit. In testamento qui-*  
*dem ista correxit.*

*De aquila aurea, morisque Amipatri & Herodii*

## C A P. XXI.

*Ant. li. 17. cap. 8.* **M**Orbus autem ingrauit sc̄ebat, quōd eum se-  
 nectus pariter ac m̄oror v̄rgetet, & annos  
 iam septuaginta natus esset, & filiorum cladibus  
 animū adeo habebat afflictum, & nec bona va-  
 letudine quicquam iucunditatis admitteret. A-  
 ctiorem autē faciebat ægritudinem, quōd An-  
 tipater viueret. Hunc enim non obiter & aliud  
 agens, sed cum ipse cōualuisset, cogitabat occi-  
 dere. Ad has ei calamitates accidit etiam popu-  
 li quidam tumultus. Erant in ciuitate sophisti  
 duo, qui summè scire leges patrias videbantur,  
 & propterea per omnem gentem maxima glo-  
 ria prædicabantur: Iudas filius Sepphorai, & al-  
 ter Margali Matthias. Hos a non pauci adoles-  
 centium sectabantur, cum leges exponerent, &  
 in dies singulos puberum exercitum congre-  
 gabantur. Qui cum Regem audissent m̄orore ac  
 morbo tabescere, apud notos loquebantur op-  
 portunum iam tempus esse, vt Deus vindicaretur,  
 fabricataque aduersus leges patrias opera  
 destruerentur. Si quidem in templo nefas sit,  
 imagines, aut vultus, aut cuiuslibet animalis co-  
 gnomine simulacrum haberi. Hoc propterea  
 dicebatur, quod supra maximam portam tem-  
 pli Rex aquilam collocauerat anteā. Eām-  
 que tunc mouebant sophisti, vt tollerent: pul-  
 chrum esse dicentes, etiam si quod inde peri-  
 culum.

*a Indas &  
 Matthias  
 populum ve-  
 aquilam au-  
 team colle-  
 pens, horian  
 sur.*

Galam immineret, pro legibus patriis mori  
 non recusare: sic enim decedentibus, & ani-  
 mam immortalem & bonarum rerum sensum  
 perseuerare perpetuo: minus autem fortis &  
 sapientia suz nescios amare animam imperi-  
 tia: magisque morbo cupere, quam vir ute  
 defungi. Dum hæc illi dissererent, rumor  
 subito peruagatur, Regem ferè iam mori, unde  
 etiam confidentes adolescentes coronam ador-  
 ti sunt: ipsoque meridie, quum plurima multi-  
 tudo versaretur in templo, crassis demissi funi-  
 bus, aquilam ex techo auream securibus absce-  
 debant. Qua te statim Regis duci nunciata,  
 non parua ille manu comitatus ad templum cu-  
 currit: & propè ad quadraginta iuuenes com-  
 prehensos Regi exhibuit. Qui <sup>a</sup> primùm inter-  
 rogati, an aquilam ipsi auream concidere ausi  
 essent, fecisse confessi sunt: deinde quo iuben-  
 te, lege patria, responderunt. Cum veò, quid c. seiderat, ab  
 xultarent tantum, quibus mors imminet. ab Herode de-  
 his quereretur: quia post mortem bonis plurimis  
 frui sperarent, asseruerunt. His itaque Rex com-  
 motus magnitudine iracundia morbi superat,  
 atque in concionem procedit. Deinde multum  
 in eos quasi sacrilegos inuectus, & quod occa-  
 fione legis patriæ quædā maiora tētassent, velut  
 impios supplicio dignos esse iudicauit. Populus  
 autem metuens ne per multos quæstio iret, pre-  
 cabatur, ut primum facinoris suorum, deinde  
 in eo reprehensis pœnæ subditis, ceteris indi-  
 gnationem remitteret. Tandem <sup>b</sup> igitur exo-  
 ratus, & ipsos Rex qui funibus demissi erant cū <sup>c</sup> Herodes  
 sophistis viuos intendi: & reliquos qui una cō-  
 prehensi sunt obruncandos carniicibus tra-  
 didit. Hinc totum eius corpus morbo occupa-  
 tum variis doloribus differebatur. nā febris qui-  
 dem nos mediocre erat, prurigo autem into-  
 cap. 20.

*An. mundi* ferabilis habebat omnem corporis superficiem.  
3963. *A*ffiduis autem vexabatur coli tormentis, pe-  
*Christo nro* désque tanquam ex intercutis vitio tumuerant.

*2.* Quin & inflatio ventriculi, putredóque virilis  
membrī vermiculos generans, ac præterea cre-  
ber anhelitus, & irrupta eum suspiria membro-  
rumque omnium contractio fatigabat: ut, qui  
hæc ad diuinitatem referrent, vitionem eam  
esse dicerent sophistarum. Ille autem, quamuis  
cum tot morborum cruciatibus luctaretur, vita  
tamen cupidus erat, & remediis excogitatis fa-

*a Herodes* luctem sperabat. Denique a Iordanem transgres-  
meribus obi- flus, apud Calliroen aquis calidis vtebatur, quæ  
sumus, aqua in lacum feracē bituminis, qui Asphaltites vo-  
calidū vis catur, effuentes pro dulcedine potui sunt. Ibi  
autem corpus eius, quod medicis oleo calidiori  
foueri placuerat, in solium plenum demersum  
ita dissolutum est, ut etiam lumina quasi mor-  
tuus resoluta torqueret. deinde perturbatis quæ  
eum curabant, ad clamorem quidem illorum  
respicere visus est. desperata vero salute, militi-  
bus quinquagenas drachmas, multamque pecu-

*b Atra bili* niam rectoribus atque amicis diuidi iussit. Cū *b*  
*Herodi mor* autem rediens ad Hierichunta venisset, atra iā  
tē minauerit. bili correptus, & penè ipsi morti minabatur: fa-

*c Herodes* dūmque nefarium excogitauit. Collectos enim  
*Roma lite- tiosque* cuiusque vici ex omni Iudea nobiles, in locum  
iā, quibus cui normen est Hippodromus, concludi præce-

*Acmen iuff* pit. Deinde Salome sorore & Alexa marito eius  
*Cesara in-* ad se vocatis: scio, inquit, mortem meam festis  
teremptare, gaudiis celebraturos esse Iudeos. Verum per a-

*¶ Antipa* lios lugeri potero, & præclarissimos honores se-  
trum moris pulturæ assequi, si quæ præcipio feceritis. Hos  
damnumque virgōs qui habētur in custodia, cùm animam ef-  
feso signifi- fluero, statim militibus circundatos occidite:  
salut, acci- vt etiam inuita omnis mihi Iudea, omnisq. do-  
git. mune illacrymet, & e simul his mandatis, legato-

sum quos Romanam miserat epistola sunt alla-  
 te, quibus Acmen ancillā Iuliz iussu Cesaris in  
 tempestatem, & Antipatrum morte damnatū es-  
 se indicabatur. Quin & si pater eum in exilium  
 dare mallet, id quoque permisisse Cesarem, scri-  
 ptum erat. Herodes autem paululum hoc nun-  
 cio recreatus, dolorib[us]que rursus vixtus (nā i-  
 nedia tuāisque pariter violentia distēdebatur)  
 satum præuenire conatus est: sumptōque malo,  
 etiam cultellum poposcit: sectum enim come-  
 dere cōsueverat. Deinde a circumspecto ne quis  
 arbiter impediret, tanquam se percussurus dex-  
 teram sustulit. Cūm verò Achiabus consobri-  
 aus eius accurrisset, manūmque continuisset,  
 vulnus maximus in regia statim, quasi Rex  
 mortans esset, excitatus est. Eoque properè au-  
 dito, Antipater fiduciā recepit, læuisque iā cu-  
 stodes promissa etiā pecunia, rogabat, vt se sol-  
 uerent atq[ue] dimitterent, quod eorum princeps  
 non solum ne fieret obstitit, sed etiam Regi ve-  
 lociter nunciauit. Ille autem fortius exclamans,  
 quām vires ægrotantis valebant, continuò satel-  
 leibus missis b occidit Antipatru[m]: mortuūmque  
 sepeliri præcepit in Hyrcanio. Deinde rursum  
 corrigit testamentum, & successorem quidem  
 Archelaum natu maximum Antipatru[m] fratrem  
 scripsit, tetrarcham verò Antipam. Post interi-  
 tum autē filij quinque diebus exactis moritur:  
 annos quidem triginta quatuor, ex quo interfec-  
 tit Antigonum, regno potitus: triginta verò &  
 septem, postquam Rex a Romanis declaratus  
 est. Et in alijs quidem omnibus, secunda fortu-  
 na usus est, si quis alius, Regnum enim quod pri-  
 uatus sibi quæserat, tanto conseruatum tem-  
 pore, filiis suis reliquit. In rebus autem domesti-  
 cis infelicissimus fuit. Salome autem, antequām  
 sciret mortem Regis exercitus, cum marito

An. mundi  
 3963.  
 A Christo  
 natu 1.  
 a Herodes  
 doloribus vñ  
 & m. fibi ipsi  
 violētus ma-  
 nu inferre  
 cogitat.  
 Ant. lib. 17.  
 cap. 16.

b Mors Ant-  
 ipatru[m].

**An.** mundi progressa, vincitos absoluimus, quos occidi manda-  
uerat: ipsum dicens mutasse consilium: & va-  
**3963.** nni quenque iussisse dominum dimitti. Atque ita  
**Anec Chri-** post horum abicium militibus indicatur. **Quibus**  
**stum nac.** in concionem cum alia turba in amphitheatre-  
trum apud Hierichonta collectis, Ptolemaeus

**Antiq. lib.** annuli Regis custos, quo signare solitus erat, &  
**27. cap. 12.** fortunatum illum coepit dicere, & multitudine  
**a Militibus** consolari. Relictamq; ab eo militibus epistolam  
**de multitu-** recitauit, in qua multum rogabat, ut beneuolo  
**dui Regis** animo successorem suum fouerent. Deinde  
**mors regis-** post epistolam testamentum legebat, in quo  
**existit.** Philippum quidem heredem Trachonis: pro-  
ximamque regionum: tetrarcham vero, sicut

**b. Archelaus** supradiximus, Antipam: Regem autem At-  
**post patris** chelaum scripserat, eidemq; annulum ad Cze-  
**obitum Rex** sarem ferre mandauerat, assignatamque regni  
**declaratur.** administrati noticiam. Omnium namque dispo-  
sitionum suarum dominum & confirmatorem  
Cesarem esse voluit, ceteravero seruari iuxta  
superius testamentum. Quo perfecto cofestim  
clamor secutus est omnium Archelao gratula-  
tum: militesq; per cuncos & populus adeentes,  
suamq; promittebant, Deique benevolentiam  
precabantur. Hinc ad sepeliendum Regem operam

**c. Qua me:** contulerunt. Nihil autem munificentia præter-  
nificantia misit Archelaus, sed omnem ornatum extulit re-  
**vedes sepul-** gium in funerali pompa ducendum. Lectus quippe  
rotus erat genimis autemq; distinctus, thorax au-  
tem purpura variatus, corpusque super eum ve-  
latum itidem purpura. Capiti autem diadema p-  
rat impositum, corona vero desuper aurea, sce-  
ptrumque in dextera, & circa lectum filij cum  
propinquis, præterea satellites agmenq; Thra-  
cium, Germanique & Galli, velut ad bellum in-  
struti omnes antecedebat. Cetera vero milita-  
rum manus armata, ducisque suos ordinamque  
principes

principes sequebantur decenter. Quingenti au-  
tem servi ac liberi odores ferebant: corpus au-  
tem per ducenta stadia portatum est in castel-  
lum Herodion: ibique secundum ipsius Regis  
mandata sepultum est. Et Herodis quidem Re-  
gis hic finis fuit.

## S V M M A C A P I T V M L I B R I I L

## D E B E L L O I V D A I C O .

- I. De furore Herodis, & ultione diuersa aquila aurea.
- II. De pugna & strage Hierosolymis inter Iu-  
daeos & Sabtinianos.
- III. De Vari gestis circa Iudeos crucifixos.
- IV. De eternitate Iudeorum infinita.
- V. De subdictione Iudeorum a' seque Alexandre, eoque de-  
probenso.
- VI. De Archelaus exitio.
- VII. De Simone Galilaeo, & tribus scellit apud  
Iudeos.
- VIII. De Pilati regimine.
- IX. De superbia Caui, & Petronio Praefido.
- X. De imperio Claudij & regno Agrippae  
morte.
- XI. De varijs tumultibus in Iudea & Samaria.
- XII. De tumultibus in Iudea sub Felice.
- XIII. De Praesidib[us] Iudea Albino & Floro.
- XIV. De Floro saeviente in Iudea Casarienses &  
Hierosolymitanos.
- XV. De alia oppressione Hierosolymorum dole  
Flori.
- XVI. De Policiano tribuno, & oratione Agrippa  
ad Iudeos, ad obediendum Romanis impo-  
sanctis.
- XVII. De supra rebellione Iudearum contra Romanos;

PLATVPI IOSEPHI

- XVIII. De cede Anania Pontifice, Manacheni, & milicium Romanorum.
- XIX. De Iudaorum maxima fratre Casare & in omni Syria.
- XX. De Iudaorum alia gravi cedo.
- XXI. Iudei Alexandria occisi.
- XXII. Declade Iudaorum, auere Cestio.
- XXIII. Depugna Cestij contra Hierosolymam.
- XXIV. De obsidione Hierosolyma à Cestio, & fratre.
- XXV. De Damascenorum saecula in Iudeis, de quo Iosephi studijs in Galilaea.
- XXVI. De Iosephi periculis & onusione, & Ioannis Giscalei malitia.
- XXVII. Tiberias à Iosepho recuperatur & Sopporis.
bant. Salome enim moriebat Iuliaz Augusti coniugi toparchiam quam rexerat, & Iathniam, & in Phasaelite palmetta testamento reliquit. Declarato autem ad Tibetium Iuliaz filium Romano imperio post mortem seilicet Augusti, qui praesul rebus annis s. p. em & quinquaginta, trienisibus sex diebas duobus, manetes in tetrarchia suis Herodes ac Philippus hic quidem auxta fontes ipsos e quibus Iordanis flumen exaritur, in Paneade condidit civitatem, quam Cæsaream vocauit: aliamque in inferiore Gaulanide, quam Iuliadem nominauit. Herodes vero in Galilæa Tibertiadet, in Perza autem cognominem Iuliaz. Missus autem à Tibetio in Iudeam Pilatus, cum curandam accepisset regionem, nocte intepesta operata in Hierosolymam introiit imagines Cæsarii, quæ res post eriduum ingentem inter Iudeos fuscitavit tumultum nam qui aderant stupore permoti sunt, quædam profanatas leges suas viderent. Nullum canim fas esse dicunt collocari in urbe simulacrum. Ad querelam autem eorum qui in civitate erant, subito etiam ex agris multitudo construxit. Eentes autem illicet Cæsaream ad Pittatum intentissime deprecabantur, ut ab Hierosolymis auferrentur imagines, & eis iura patria seruerentur. Pilatus autem supplicantibus absente circa dominum eius proni cotiterunt, & immobiles quinque diebus continuis poteribusque mansere. Post autem Pilatus tribunal ascendens studio magno cœuocat multitudine Iudeorum, quasi qui eis veller dñe responsum vocem subiit milites accepto signo (sic enim iam fuerat preparatum) armati circumsteterunt Iudeos: circundataque triplici acie, Iudei quidem stuporis etant pleni, videntes insperatae rerum faciem. Tunc Pilatus deuincians exsiderans

a Pilato im-  
dati patres  
iporum le-  
ges miseri-  
concedere  
volunt.

turum se omnes, nisi imagines Cæsaris suscipi-  
 perent, annuit militibus ut educerent gladios. An. mundi  
3998. A.  
Christi nasci-  
36.  
 Iudæi autem quasi vpo consilio omnes subi-  
 corrueunt, & ceruices nudatas excipiendis i-  
 stibus patarunt, vociferantes vniuersos se in-  
 terfici magis velle quam legem profanati. Tunc <sup>a</sup> Pilatus  
<sup>a</sup> Pilatus circa religionem studium populi de-  
 miratus, confessim de Hierosolymis statuas <sup>circa reli-</sup>  
 iussit auferti. Deinde vero conturbationem <sup>deum populi</sup>  
 alteram commouebat. Est apud eos sacerdotem <sup>de Hierosol.</sup>  
 thesaurus, quem Corban dicunt, hunc ad indu-  
 ctionem aquarum iussit expendere: erat autem <sup>lymna sta-</sup>  
 inducenda aqua ab itadiis trecentis ob hoc ita-  
 que vulgi oriebantur querelæ: ita ut etiam Pi-  
 lati qui Hierosolymam venerat, cum clamore <sup>b</sup> Pilatus  
 circundarent tribunal. Ille <sup>b</sup> autem presiderat <sup>Iudeos se-</sup>  
 cumultum eorum, siquidem populo permisit <sup>dissimiles cō-</sup>  
 ornatos milites, qui tunc essent priuatorum <sup>pescer, rō/q.</sup>  
 vestibus induti, præcepitque ut gladiis quidem fustibus fe-  
 non vterentur, fustibus autem acclamantes fe-  
 rirent. Sicque compositis rebus, dat ex tribuna-  
 li signū, confessimque cædebantur Iudæi, quo-  
 cum multi quidem plagi, multi vero se iniui-  
 cem conculcantes, in fuga misera constitio-  
 perierunt. Tunc ad calamitatem imperfecto-  
 rum stupens multitudo conicuit, atque <sup>c</sup> ob e Agrippa  
 hoc accusator Herodis tetrarchæ Agrippa, qui Aristobulus  
 fuit filius Aristobuli, quem pater Herodes in filium Tiberij  
 terfecit, ad Tiberium venit. Illo autem non <sup>rāto edit,</sup>  
 suscipiente accusationem, residens Roma & <sup>as in Caes</sup>  
 reliquorum quidem potentium noticias am-  
 biebat, maximis autem colebat officiis Germani-  
 ci filium Caium, cum adhuc esset priuatus. <sup>Caligula as-</sup>  
 mittit se  
 Et quodam die inter copiosum epulatum ap-  
 paratum, quibus cum demerebatur, ad vici-  
 sum extensis manibus, aperte Deum capi-  
 precari, celestiter illum mortuo Tiberio domi-

An. mundi num cunctorum videre. Hoc cum quidam ē fa-  
 4002. A millibus eius Tiberio hunc iassent, statim cō-  
 Christo nato cludi iussit Agrippam, qui sub grandi ætu-  
 40. mma, usque ad mortem Tiberij, in carcere per  
 a Tiberius menses 22. mens 6. ac regnum sex tenebatur. Sed defuncto eo, post  
 tres dies re-  
 gnat.  
 b Agrippa Aristobuli filio C. Ce-  
 sar terrar-  
 ebians tra-  
 dit, Regem-  
 que appel-  
 lat.  
 Ant. lib. 18.  
 cap. 15.  
 c Herodes  
 peregrinan-  
 se secum u-  
 nore deco-  
 dis.  
 Ant. lib.  
 18, cap. 15.  
 d Caïus Ce-  
 sar Deniu-  
 se putat &  
 vocari ex-  
 die.

C. Caesar absoluuit Agrippam vinculis, & tetrarchiam Philippi (iam enim is decesserat) ei tradidit, Regemque appellauit. Cum venisset autem in regnum Agrippa, Herodis tetrarcha cupidores per inuidiam suscitauit. Irritabat autem eum maximè in spem regni Herodias uxor, exprobrans ei soeordiani, & dicens, quia per id quod noluerat ad Cæsarem navigare, carceret potestate maiore: nam cum Agrippam ex priuato Regem fecisset, quomodo dubitaret illum ex tetrarcha eodem honore donare? His adductus Herodes, venit ad Caïum & quo ob auariciam vehementer increpatus, ad Hispaniam fugit: secutus eum quippe fuerat accusator Agrippa, cui etiam tetrarchia illius C. Caesar adiecit. Atque ita Herodes quidem in Hispania: peregrinante secum etiam uxore, degessit.

### Desuperbia Cæs. & Potentiæ Profida.

C. A. P. I. M.

Caius & verò Cæsar in tantâ contumeliosa  
 abusus est fortuna, ut etiam & Deum se pri-  
 taret, & vellit vocari. Patriam quoque suâ male-  
 torum nobilium eadem truncavit. Extendit au-  
 tem impietatem suam etiam in Iudeam: Pe-  
 troniū denique cum exercitu Hierosolymam  
 assedit, præcipiens ut in templo statuas eius loca-  
 set: quas nisi suscepserent Iudai, contradicentes  
 quidem et his intercessores, reliqua vero multi-  
 tudines

tudinem captiuerat. Permovebat autem hoc pro- *An. mundi*  
 fecto Deum. Et Petronius quidem cum tribus 400z. *A.*  
 legionibus, multisq[ue] e Syria auxiliaribus pro- *Christo nato*  
 perabat in Iudeam ex Antiochia. Iudeor[um] ve- *40.*  
 ro quidam non credebat fame bellū nuncian-  
 ti. qui vero credebant, nihil de resistendo po-  
 terat comminisci. Celeriter autem in omnes a Iudaorum  
 peruidit metus, nam iam Ptolemaidem perue- *ob exercitū*  
 netat exercitus. Est b[ea]tum h[oc] ciuitas Galilaeæ Petronij me-  
 ditore in magno campo sita: circundatur autem *in*  
 montibus ab orientali plaga per sexaginta sta- *b Ptolemai-*  
 dia disparatis, sed ad Galilæam pertinentibus: *dù deseri-*  
 à meridiana autem Carmelo, qui abest stadiis *piso.*  
 centum viginti à septentrionali quoque monte  
 qui est affissimus, quem vocant encolæ Scalam  
 Tyriorum: & hic autem distat stadiis centum.  
 Ab ea autem urbe distans duobus stadiis præter-  
 habetur flumius, quem vocant Beleū, exiguis  
 prorsus: cui propè est sepulchrum Memnonis,  
 habens iuxta se centum ferè cubitorum spatiū.,  
 sed admiratione dignissimum. Est enim spe. c *Arena vi-*  
*cie vallis rotunda: vitream emittens arenam: terra proprie-*  
*quæcum exhauset multæ naues, paciter ac- *Megippus**

*cedentes, liceus idem rufus impletur. Venti si- *sepulchrum,**

*quidem quasi dedita opere conuehunt illuc de-*  
*circumstantibus supercillis arenam istam, uti-*  
*que commutent: locus autem metalli, statim in*  
*vitrum quod suscepere mutat. Mirabilius quo-*  
*que mihi illud videtur, quod iam conuersæ a-*  
*renæ in vitrum, quæcumque pars super margines*  
*loci ipsius fuerit iacta, in vulgarem arenam de-*  
*nuò conuentus. Ig[ne]r loci quidem illius natu-*  
*ra talis est. Iudei autem e[st] mulieribus & filiis*  
*collecti in tamponem quo est sita Ptolemai-*  
*Petronio supplicabant, principio ob partas le-*  
*ges, deinceps vero etiam pro suo statu. Ille au-*  
*tem ob maliciadinem preconitum de precium*

An. mundi inflexus, exercitum quidem & statuas in Prope  
 maide reliquit: procedens autem in Galileam,  
 4002. & conuocans in Tiberiadem tam populum Iu-  
 daeorum quam omnes eorum nobiles, & a via  
 A Christo marco 40. Romani exercitus,cepit expondere, & minas Ca-  
 e Petronius faris: his addens, quod & contumeliosa esset  
 Iudeis exor supplicatio Iudeorum: eum omnes siquidem  
 cum Roma- gentes quae parerent imperio Romano, in suis  
 mi vici, Ca tribibus inter reliquias Deos, imagines quoque  
 farisque mi- Cæsaris locauissent, soli Iudei istud abnuerent,  
 tui superius. hoc siquidem quasi ab imperio deficere esset,  
 etiam cum iniuria præsidentis. Ullis verò contra  
 hæc legem moresque patres allegantibus: &  
 quia ne Dei quidem simulacrum: ne dum homi-  
 nis, nec solùm in templo, sed neque in profundo  
 aliquo totius regionis loco fas tibi offerre locate:  
 tripiens dictum Petronius, respondit: Sed &  
 mihi mei domini lex seruanda est. Si eam quip-  
 pe transgrediar, vobisque parcam, iustè animad-  
 uisionem subibo. Impugnabit sane vos: non  
 Petronius, sed ille à quo sum missus. nā & ipse  
 & quæ ac vos cogor implere, quæ iussa sunt. Ad  
 b Iudeorū hæc tota multitudo unanimiter succlapanuit,  
 constatia. ante legis temerationem omnem se libenter  
 subire perniciem. Serato autem eorum clamore,  
 Petronius ait: Pugnare ergo aduersus Cæs-  
 rem estis parati? Responderunt Iudei, pro Cæ-  
 sare quidem & populo Romano se per dies  
 singulos offerre sacrificia: si autem in templo i-  
 magines æstimet collocandas, debere euam to-  
 tam Iudeorum gentem prius immolare: præ-  
 bere se quippe iugulos cum mulieribus & par-  
 culis ei qui interficere voluisse. Ad hæc admo-  
 ratio Petronium auferat: quæ peruersi, incuen-  
 tem, & insuperabilem religiosam vicorum, &  
 tanquam vulgas ad mortem, confrater para-  
 tem. Et tunc quidem infelix omnibus recesser-  
 erat.

tant. Postridie, autem ac deinceps summates <sup>Ad. mundi</sup>  
 eorum priuatim viritumq; compellans, populum <sup>4008.</sup>  
 quoque publicè alloquens, nunc quasi consu- <sup>Anno Chrys.</sup>  
 lens admonebat, interdum etiam minabatur, stum nec,  
 extollens & virtutem Romanam & indignatio-  
 nem Cæsaris: inter hæc etiam suam necessita-  
 tens, cui essent exequenda præcepta. Sed illis  
 ad nulla horum experimenta cedentibus, cum  
 sideret etiam somnaceni regionis intercipi (ip-  
 sum quidem anni tempus erat, & quinquaginta  
 penè continuis diebus multitudo in urbe otio-  
 sa mordabatur) ad ultimum cōvocatis omnibus,  
 ait. Sibimet posiculosa rem se velle aggredi.  
 Aut enim, inquit, Deo cooperante placabo Cæ-  
 sarem, ac vobiscum salvabor libenter: aut illa  
 in ukionem irritato, pro tanta malitudine im-  
 pondam animam meam. Atque & ira dimissa b Petronius  
 turbis, multa pro eo vota facientibus, Antio. ad Cæsarem  
 chiam ab Ptolemaido revocauit exercitum: at. murin. ac  
 que illinc confestim misit ad Cæsarem, refe. Iudaens  
 sens, & quo apparatu in Iudæam irruisset, & suppluatio-  
 quid tota gens supplicasse: quibus si abueno-  
 res signifi-  
 dem posaret, nosse cum viis. etiam propinçia est.  
 esse perdendam. Seruare siquidem ipsos leges  
 patriam, & omnis præcepis vehementer obli-  
 scere. His epistolis respondit Caius iugnodice,  
 commissarius Petronio morrem, quoniam iussio-  
 num suarum segoris executor fuisset. Sed scri-  
 ptorum talium vectores per usus continuos mé-  
 ses contigit aduersa tempestate retineri: alii ar-  
 tent exitium C. Cæsaris nunciantur, prosperè  
 maniguerunt: denique & ante septem & viginti c Petronius  
 dies epistolas Petronius accepit, quem Cæsaris epistola si-  
 indicantes, quæm illi permenicas, qui comari-  
 mentia scripta possebant.

46.

a Petronius  
 Iudas Mo-  
 rum capel-  
 lat, aqua  
 missas.

An. mundi  
4005. A.  
Christo na-  
m. 41.

FLAVIUS JOSEPHUS  
De imperio Claudi & regno Agrippa  
ad mortis.

C A P. X.

Antiq. lib. 19:cap.3. **C**lio <sup>a</sup> per dolum intertempo, qui regnare-  
rat annis tribus, mensibus sex, raptur in  
a Caius <sup>an.</sup> regnum ab eo exercitu, qui Romae erat Clau-  
dius. Senatus autem, referentibus consulibus  
tribus, Sentio Saturnino & Pomponio Secundo, than-  
mensibus sex dat tribus cohortibus urbanis ut essent praesidio  
regni. cinctari, & ipse frequens in Capitolium con-  
Antiq. lib. uenit: & propter immanitatem Caij, bellum <sup>b</sup>  
29.cap.4. agi cum Claudio decernebat, volens imperium  
ad optimates reducere: ut sicut olim, ad regen-  
b Agrippa dum dignissimi eligerentur. Accidit <sup>b</sup> interim  
ab Senatu ut Agrippa adueniret: quem cum & senatus  
Romano & in concilium & in castra Cladius euocasset, ne  
Claudius non scilicet eo strenuo adiutore viceretur in qui-  
quam arbi- bus res posceret: videns Agrippa Claudium  
<sup>c</sup> eligitur, iam esse opibus Cesarem, ad eum perrexit:  
quem ille illico legatum ad senatum misit, in-  
dicantem suum propositum: quoniam prius  
quidem invictus ab exercitu rapta, sit, & iniquum  
esse, si militum erga se studia tam religiosa de-  
serteret, itid tutam ab iter suam non esse fortu-  
nam iam entra ad inuidiam satis fore, quod in  
regnus vocatus sit, deinde administrare para-  
rum esse rem publicam non ut aliquis tyrannus,  
sed ut princeps benignus: sufficere sibi quippe  
honorem nominis. De singulis autem negotiis  
communem omnium stare sententiam. nam ev-  
si non natura esset modestus, locuples tamen  
modestandis potestatis exemplum Caij morte  
esse proposicium. Quia cum detulisset Agrippa,  
respondit <sup>c</sup> senatus, quasi qui militi suo benific-  
que consiliis fideret, nolle se subire volunta-  
tiam seruitucom. Sed accepto patrum responso,  
Clau-

Claudius tunc misit Agrippam, ducentiam  
eis, se non posse adduci, ut eos proderet, quo-  
rum consensu in imperium esset accitus. Inui-  
tum autem se initurum esse pugnam aduersus  
eos, cum quibus configere minime vellet: pro-  
inde eligendum esse locum extra ciuitatem in  
quo confligerent, neque enim fas esse, propter  
illorum peruvicaciam, pattiam ciuili cede fœ-  
dari. Et Agrippa quidem ista senatui nuncia-  
uit. Inter haec unus ex illis militibus, qui cum  
patribus erant, educens gladium: Commilito-  
nes, inquit, quibus perturbati causis, patricidia  
perpetrare cupimus, & concurrete aduersus  
propinquos nostros Claudiū secutos? ma-  
xime cum habeamus imperatore quem in nul-  
la re culpare possimus, & ad quem cum iustis  
magis allegationibus quam cum armis egredi  
debeatnus. Haec dicens, per mediā egressus est  
curiam, omnibus se militibus cōsecutus. Hoc ex-  
empli optimates deserti, in magno mœnu esse  
esperunt ac deinceps videntes ubi aduersatio-  
nem tuam non esse, secuti milites, ad <sup>a</sup> Claudiū  
transierunt. Occurrebat autē eis pro muris stri-  
atis gladiis hi qui fortunaz Regis ambitiosus a-  
dulabantur: & pep̄t accidit ut progressi quisq;  
intercederentur, ante scilicet quam militum im-  
perū Cæsar agnosceret: nisi accurrens Agrippa  
imminenter ei facinoris periculum nunciasset:  
dicens, quod nisi coercuisset exercitum, iam in  
sanguinem ciuium furentem, confessum amis-  
furus esset omnes per quos cōspicuum esset im-  
perium, fierēq; solitudinis imperator. Hac au-  
diens Claudius, continuo militum imperū. Sus-  
cepit <sup>b</sup> autem in castris aduenientem senatū,  
& indulgenti honore complexus, egressus cum  
patribus confessum obtulit Deo hostias, ut mœ-  
st pro imperio supplicari. Agrippa c̄quod p̄ce-

<sup>a</sup> Senatū  
cum exercitu  
in castra  
<sup>b</sup> ad Claudiū  
proficisci-  
tur.

<sup>b</sup> Claudiū  
Senatū sus-  
cepit & hoc  
noverat.

<sup>c</sup> Agrippa  
regnum:

**PLAVIT TOSSEPHI**  
**Jesu. manu: tunc dñat regno paterno vnuerso , adiiciens  
4008. Ihesus ei etiam illā quā Augustus Herodi donauerat,  
**Christo nato** Trachonitidem scilicet & Auranitidem: præter  
46. huc autē aliud quoque regnum, quod Lysanīæ  
vocabatur. Et populo quidem donationem hāc  
per edictum indicauit. Patribus autē præcepit,  
ut iacisam æreis tabulis in Capitolio collocaret.  
Donat autem etiam fratrem eius Herodem, qui  
gener eiusdem erat, Berenicæ iunctus Reginæ  
Chalcidis. Opinione autē celerius Agrippæ da-  
ti regni census maximus affuebat: qua sanè pe-  
cunia non ille in rebus exiguis abutebatur, sed  
talem murum Hierosolymis circundare coepit,  
qualis si potuisset absolui, irritam prorsus obsi-  
dionem Romanis oppugnaniibus effecisset. Sed**

**Ant. II. 19.** \* antequā impleret opus, decessit in Cæsarea.  
**cap. 5.** Regnauit autem antis tribus. Ante quoque cum  
a Agrippa tetrarchiam regeret, aliis tribus annis tenuerat  
sū regnasse potestatem. Reliquit filias tres ē Cypride natas,  
annis tribus Berenice, Mariammē atque Uruſſam, filium  
in Cæsarea autem ex eadem ipsa coniuge, nomine Agrip-  
pedocedis. pampi, qui cum admodū parvulus esset, Claudius

**Ant. li. 19.** regnum in prouinciam rededit, in cuius prœcū-  
**Cap. 7. 8.** rationem missus est Cestius Festus: post hūc abu-  
b. Alxandri tem Tiberius Alexander: qui nihil de consuetu-  
dine patet immutantes gentem in pace tenue-  
bili genere- bunt. Post hæc vero & Herodes, qui regnabat in  
Iudea. Chaleide decessit, relinquens ex fratribus quidem  
filia Berenice filios duos, Berenicianum & Hyr-  
canum: ex priore autem Mariamme Aristobu-  
lum. Alius quoque eius frater Aristobulus mor-  
tuus fuerat primatus, relicta filia Iotapa. Hi qui-  
dem erant (sicut diximus) liberi Aristobuli qui  
fuerat Herodis filius. Alexander bautem & Ari-  
stobulus nati fuerant Herodi ē Mariamme, quibus  
ipse patens occidit. Alexander autem posteri in  
tempore Anacharsis regnaverunt.

## C A P . X I .

400. 4  
49-

**P**ost obitum autem Herodis, qui regnavit in Chalcide, Claudio Agrippā filiū Agrippae in patru. sui regno constituit. Alterius autem prouidebat suscepit curā post Alexandrum Cumanus, sub quo oīri cōperuse sumuleus, & de uno Iudaeo calamitas cōprehendit. Conuenisse quippe multitudo ad diem festum arymonam in Hierosolymam, stante cohorte Romana super porticos templi (armati quippe milites semper custodiebant festos dies, ne quid conseriētes populi nouare auderet) tuus <sup>2</sup> ē milia Tropo milibus reductis cōspicuerat vestimentis inclinatis post <sup>4</sup> se ad superiora sua ecceps ad faciem Iudeorum, & ad eis dicens hunc habuum vocem emissas signum faciebam. Ob quod factum tota multitudo festis conquerit ut circumstarent Cumani, ad supplicium militem depositores. Ex his autem incōfusa iuuenez, & quæcumque apri ad seditiones impuleradas, in rizam grauissimam profiliabant; conseriēto quippe fasa rapientes, percutiebant milites. Tūc <sup>5</sup> uenit Cumani; nec tunc <sup>6</sup> Cumani in eum vulgi imperius fieret, plures euocauit ad imperium unitarios: qui pum essent portibus innatis, ingredi uolentes, tua grauia incidit Iudeis, statimq. in fugā versari, reliquo templo refugere cōperunt. Tanta autem per egressus de cōstiparię obitūs fata est, ut cōculcatione multua super decem milia <sup>7</sup> Superdos, hec in unum consumpta sint. Bacta est suadens, <sup>8</sup> milia, ueris genti Iudeis festuositas, & planitas per <sup>9</sup> hec gentes. Inde belligulas personabat. Successit autē huic cōculatio- calamitati latrocinarium tumultus. Intra Be- <sup>10</sup> nō nūc  
throna quippe, per viam publicam, Stephanus confundens quidam sexus Cesarii suppellectilis quibzara- tenebat, quæ ab intrusibz uel monibz dieper-.

est. Cum autem ad inquisitionem mittent eos  
 a. mundi qui in proximis vicis essent, vincitos ad se ad-  
 404. duci iussit, obiciens quod latrones illos non  
 natio Christo comprehendissent: qua occasione quidam mi-  
 litant in vicino quodam libros faciat legi offenditos  
 a Miles sa- discedit atque combussit. Iudei autem quasi ro-  
 era legi li- tanz religionem inflammatam viderent, vnde que  
 bros discin- confluxerunt: & velut macchinam aliquo ita  
 dit atque vi superstitionis attracti, omnes ad unam con-  
 comburit.

b Milites  
 fibes con-  
 butentes  
 Cumanus  
 ad supplicium  
 adiudicatos  
 e Galilaeam  
 in Samaria  
 interficiuntur.

Deo legique eius intulisset, non retrahqueret im-  
 putatum. Ad hunc illes videbat enim multitudi-  
 nem nequam quieturam, nisi aliqua esset sa-  
 tisfactione sedata ad iudicium militum per me-  
 dium populus ad supplicium iussit adduci: sie-  
 que Iudei placatis armis recesserunt. Dentro au-  
 tentia Galilaeorum de Samaritanorum conflictus  
 exortus. In vicino enim quem Germai vocant,  
 qui est in magno Samaritarum campo sicut, quidam  
 Galileus de numero Iudeorum ad festilitatem  
 ascendens interficitur. Ad quod factum multi  
 ex Galilea regione concurrent, ut eum Samari-  
 tanis configerent. Horum autem nobiliores  
 conuenientur ad Cumanium, rogantes ut ante-  
 quam gratia calamitas occiretur transiret in Ga-  
 lileam: & in eos qui autores essent homicidiis  
 viaticis cum Cumanius verò illis negotiis quæ ha-  
 bebat intransibas postponens illorum pétitiones,

405. sine effectu precearios remisit. Nunciato igitur  
 auctoritate homicidio Milesos suos, omnis multitudo  
 daorsum pressa commota est: & relieta diei solennitate, in Sa-  
 mariam vulgo imperium fecit, sine ullo duces  
 gressu tyrannus: de osculum principum suorum retinenti ae-  
 quiescentes. Latrocinijs autem eorum & tumultus,  
 quod Dinazi filius Eleazar, & Alexander, prin-  
 cipes erant & quod illa Antiochiae regiosis con-  
 termini-

terminos irrueantes, promiscuam edidere cuncte, & à nullius statis exitio temperantes, viros 8- 4014.<sup>1</sup> At tiam inflamauerunt. Cumanus autem hac au-<sup>multo</sup> Christie  
 diens, adduxit secum vnam equitum aliam, quae  
 vocatur Sebastenorum, ut auxilio his qui vasta-  
 bantur esset: sicque eorum multos qui Eleaza-  
 rum erant sequi comprehendit. plures quoque  
 interfecit. Ad reliquas autem multitudinem,  
 qui in vastanos Samaritanorum fines irruerant,  
 principes genii de Hierosolymis occurrerunt:  
 opertique ciliciis, & aspersis cinere capitibus  
 preceabantur, ut ab incepto desinerent: nec pro-  
 priet exeroendā in Samaritas ultionem, ad Hiero-  
 solymaz perniciem Romanos commouerent:  
 miserarentur autem patriz suis, atque templi,  
 fliguntque & coniugum propriarum, neque  
 omnia pariter in discrimen adducerent, neque  
 obvinias Galilæi vindictam, cuncta disperde-  
 rent. His aequiescentes Iudei, à negotio recep-  
 sérant Malum. Autem per idem tempus in Iasco-<sup>alii Ierodi-</sup>  
 cinia conspirabant: sicut ferè solet insolentia ~~via~~ <sup>temporibus</sup>  
 crescere, rēbus quietis: per quæ in omni regione ratio  
 agebantur capi, & audacissimus quisque reli-  
 quis vim affrebat. Tunc b Samariatum prima. b Quadratu-  
 tes ad Numidium Quadratum, qui Syriam pro-<sup>tra</sup> Syria  
 evanescat, Tyrum, vequerunt, & vindicari de his qui procuraver-  
 reges omnia eorum depredati fuerant postulat. Samaria-  
 Peñitē autem, fuerant etiam Iudeorū nobiles: nos & Is-  
 & Iosephus filius Agrippa princeps Sacerdotum, quos audi-  
 objecimus dicitur p legabat, initium quidem tu-  
 multus Samarietas fuisse, qui primi homicidium  
 perpetrassent, causam tamen calamitatis non po-  
 stea secundum probuisse. Cumanum, qui iper  
 principia autrēs cedidit, noluisse vlcisci. Tunc  
 Quadratus utraqque patrē, interim distulit, di-  
 cens scđum ad ipsas regiones venisse, diligen-  
 ter suorum iugulari: deinceps vero propterea

**493.** **Christiano** **43** **Quadra-** **duo inter Ju-** **does & Sa-** **nnonulos alios Iudeos nobiles ad Ca-** **marians** **fere senien-** **larem Cæsaream, eos omnes quos Cumani-** **viros ceperat, in crucis sustulit. Inde sciam hy-** **dæ venisset, denuo audivit Samaritanorum que-** **relas, & securis Iudeorum decem & octo viros,** **quos cognovit pugnæ fuisse particeps, securis** **percessit. Duos autem principes sacerdotum, Io-** **natham & Ananiam, eisisque filium Ananum, &** **nonnullos alios Iudeos nobiles ad Ca-** **marians misit: similiter autem & Samaritatum nobilis-** **simos quosque. Precepit etiam Cumano, & Ce-** **leri tribuno, Rotam nauigare, reddi ut os Clau-** **dio rationem pro his quæ in regione gesserant.**

**b Claudij**  
**contra Cu-**  
**marianum, Ce-**  
**larem & Sa-**  
**marianos**  
**quodam**  
**sententia.**

tem azymorum celebrante finē vīla contur-  
batione, Antiochiam rediit. Romæ autem Ca-  
sauditis allegationibus Cumani & Samarita-  
norum sacerdos autem etiam Agrippa, Iudeorū  
catism magna contētione defendens, siqui-  
dem & Cumianis multi potentiam aderant, pro-  
nuncians aduersus Samaritas, tres eorum nobi-  
lissimos iussit interficere: Cumianam autem in ex-  
illium deportari. Celerem autem tribunam via-  
em Hierosolymam missum, Iudeis ad suppli-  
cium tradidit, ut per urbem traxerit capite ple-  
nitetrur. Post hanc Belicem Pahantis statuta  
misit ad Iudeos, qui & eotius proximam curia  
Samaria & Galilæa curaret. Agrippam vero de-  
Chalcide in regnum Iudeas translatum, erades ei  
illam quoque prouinciam, quæ Petrus fuisset.  
Erat autem ista Trachonitis & Batanea & Gau-  
lanitis. Addidit autem regnum etiam Lysane,  
& tetrarchiam quam Varus rexerat. Ipse autem  
per annos tredecim, menses octo, dictariginta  
administrato imperio, deceperit, successore re-  
gni Netonem retinquentem, quem suadelis Agrip-  
paz regis suæ in impetu dooptulerat. Et quin-  
dam

**c Claudiu-**  
**moritur, ei-**  
**que Nero**  
**succedit.**

deus cum legitimū haberet filium Britanicum <sup>Anno muni-</sup>  
 ex Messalina natum, priore scilicet coniuge, & <sup>4018.</sup>  
 Octauiam filiam, quam ipse priuigno colloca- <sup>A Christo</sup>  
 rat Neroni. Suscepserat autem ex Agrippina An- <sup>majo 56.</sup>  
 toniam. Et <sup>2</sup> Nero quidem, quemadmodum per <sup>a Nero fra-</sup>  
 magnitudinem felicitatis & opum, abusus sit  
 fortuna: & qualiter fratrem suum, atq; vxorem,  
 matremque interfecit, post quos in omnes  
 proximos immanitatem suam conuertit, atque  
 ut ad ultimum per amentiam ad histrionum o-  
 pera scenā inque peruerterit, quoniam scio esse  
 narratione molestum, silentio præterire melius  
 puto.

### De multib[us] in Iudea sub Felice.

#### C A P. X I I.

Conuertar autem ad narrāda quæ ab eo ad- Antiq. lib.  
 Quersus Iudeos gesta sunt. Minorē igitur Ar- 10. cap. II.  
 meniam regnandam Aristobulo dedit, Herodis  
 filio. Regno autem Agrippæ quatuor urbes ad-  
 didit cum agris ad singulas pertinetibus: in Pe- b Eleazarū  
 ria scilicet Regione, Abilam & Iuliadē, in Ga- latronū prim  
 illa autem Tarichæam & Tiberiadem. Reli- cipit Felix,  
 qua autem Iudeæ Felici procuranda dedit. Hic aliōsque cō-  
 b principem latronum Eleazarū, qui per vigin- eo multis  
 ti annos regionem fuerat deprædatus, aliōsque capit, vin-  
 cum eo multos cepit, vincitosque Romam mi- dōsque Re-  
 fit: aliorūque quos in cruce sustulit, latro- mā mittit.  
 num vel in communione sceleris deprehensō- c. Aliud ge-  
 tum popularium, fuit penè innumerabilis mul- num latroct-  
 titudo. Sic & autem regione purgata, aliud genus natiūm, die  
 latrocinantium in Hierosolymis oriebatur. Hi claro & in  
 autem sicarij vocabantur, die claro & in media media ciui-  
 citate passim quosque interficienes. Potissi- rate quo/q.  
 mum verò diebus solennitate festiuis immisce- interficien-  
 baantur vulgo, sicas sub ueste gestantes. His int- ses.

**Av. mundi** micos interficiebant: ac deinceps collapsis ho-  
**4018.** minibus, illi inter reliquos de scelere quere-  
**A Christo** bantur: qua fraude extra suspicionem manen-  
**nato 56.** bant, diuque latuerunt. Primus igitur ab eis  
**a Ionathas** Ionathas pontifex interficitur. Post hunc autem  
**Pontifex an** quotidie plurimi cædebantur, atque ipsis cala-  
**alys mulru** mitatibus molestior timor ciuitate premebat.  
**missarum.** Sicut enim in medio bello per singula momen-  
ta omnes mortem oppetiebantur. Circumspi-  
ciebant autem eminus quosque appropinquan-  
tes: & neque amicis suis fidere poterant, dum ta-  
men in mediis suspicionibus atque custodiis  
nihilominus interficerentur. Tanta erat latro-

**Antiq. lib.** cinantium temeritas, & ars quedam latendi. Ad  
**20.csp. 12.** hæc autem alia etiam malorum collectio facta  
est, cæde quidem abstinentium, sed consiliis ma-  
gis impiorum, quæ pars non minus quam sica-  
riorum felicitatem viris statimque corrupit.  
Seductores namque homines & circumuento-  
res, sub specie religionis nouis rebus studentes,  
vulgas insanire fecerunt. nam in solitudines e-  
grediebantur, promittentes Deum signa eis o-  
stensurum libertatis. Contra quos Felix (vide-  
bantur quippe semina defectionis esse) mittens

**but Egyptius** equites atque pedites armatos, magnam multi-  
**pseudopre-** tudinem interfecit. Maiore autem plaga iudeos  
**phera 30. fer-** afflixit Egyptius quidam Pseudopropheta. Ad-  
**me multa** ueniens quippe in provinciam, Magus cum es-  
**trinatum** set, Propheta opinionem sibi arrogans, triginta  
**congregat.** fermè milia hominum congregauit, quos va-  
na seductione deceperat. Et circumducens eos

de solitudine in montem qui vocatur Oliuarum, inde ad Hierosolymam nitebatur ascendere:  
**e Felix de** depulsoque Romanorum praesidio, in popula-  
**Egyptio** tes execere dominationem. Vt ebatur autem  
**victoria.** stipatoribus, qui ad id facinus conuenerant. Prauidit sanctius impetum Felix, & occur-

tens cum ipsis Romanis armatis, quos etiam Iudeorum reliqua multitudo iuuabat, init con- 4030. *Ann. Iudaei*  
 flictum. Et Aegyptius quidem cum paucis fugit. *natio Christi*  
 Plurimi autem qui cum ipso fuerant comprehen- 58.  
 si atque vinculis traditi sunt. Reliqua vero  
 multitudo in regiones proprias dispersa est.  
 Compressis vero his etiam, sicut ferè in agro  
 corpore, rursus pars altera tumescet. Magis  
 enim quidam & Iuxtones collecti, multis affli- *a Lætones;*  
*& Iionem* inducebant: & quasi ad libertatem vo- *& Magi*  
 cabant, mortem apertissimam comminantes his *malis affli-*  
*qui Romanorum principatu* obedire voluis- *ctionem in-*  
 sent: ut vel reluctantibus auctoriter eos, qui spō- *dicunt.*  
 taneam ferrent seruitutem. Dispersi ergo per  
 totam regionem diripiebant quorūque po-  
 tentium domos, eosque insuper trucidabant:  
 inflammabant etiam vicos, ita ut desperatione  
 eorum tota Iudea protinus impleretur. Et hoc *Antiq. lib.*  
 quidem bellum indies ingrauescebat. Alter *b. 10. cap. 13.*  
 autem tumultus ortus est circa Cæsaream inter *b. Pugna in-*  
 Iudeos scilicet qui ibi permixti habitabant, & *ter Iudeos*  
 Syrios, seditione commota. Hi c' siquidem *& Syros cir-*  
 postulabant, ut eorum fieret ciuitas, Iudeum e- *ca Cæsareā.*  
 mis fuisse conditorem dicentes: erat autem Rex *c. Seditiones*  
 Herodes. Aemuli vero conditorem quidem co- *& Grades in-*  
 firebant Iudeum ipsam vero ciuitatem fuisse *ter Iudeos,*  
 gentilium vindicabant. Neque enim illic sta-  
 tuas & fana potuisse constitui, si ad Iudeos eam  
 conditos pertinere voluisset. Ob has ergo can-  
 das inter se populus utique iurgabat. Procedebat  
 autem usque ad arma contentio: & quoti-  
 die ad configendum audaces quique partis al-  
 teruti & prosliebant. Neque enim Iudeorum  
 seniores cohibere tumultus gentis suz potes-  
 tant: & Graecis turpissimum videbarur, Iudeis  
 inferiores videri. Prestabant autem hi quidem  
 dunitis & corporum viribus. Graeci vero auxi-

# FLAVII JOSEPHI

**An. mundi** lio militum: magna siquidem pars Romanæ manus, de Syria illè fuerat congregata: & quasi cognati, ad auxiliandum parati erant Syris. Praefecti autem militum curabant comprimere tumultum: & pugnaces quosque comprehensos, taureis vlciscebantur ac vinculis. Nec tamen supplicia comprehensorum, impedimentum aut timorem reliquis inferebant: imò magis hoc ipso in seditionis irritabunt augmētum. Tunc demum Felix minaci edicto præcepit cōtumaces quosque vrbe discedere: non parentium autem immisis militibus interfecit non paucos, quorum etiam bona direpta sunt. Manente autem seditione, nobiles utriusque partis electos, legatos misit ad Neronem de iure disceptaturos. Successit autem ei Festus, & hōs qui maximè infestabant prouinciam sollicitē persecutūs, latronum plurimos comprehendit atque interfecit.

## De Praesidib⁹ Indœ Albino & Flore.

Antiq. lib.  
30. cap. 15.

### C A P. XII.

a **Albinus** Verum successor huius Albinus non eodē modo negotiis præfuit, neque enim fuit a-  
fes omni ma- liqua malignitatis species: quā ille præterierit.  
lignitatis Denique non solum causis ciuib⁹ furabatur  
specie con- & diripiebat bona singulorum, neq; solum tri-  
spurcatus. butorum additamentis in commune gentēm  
b **Albinus** grauabat: sed etiā quos ob latrocinia decurio-  
sedieb⁹, ut nes ciuitatum comprehendenterū, vel qui à priori  
ex tumultū ribus iudicibus in custodiis erant relict⁹, acce-  
muentibus pta à cognatis eorū pecunia, liberauit: & is so-  
no indigna- lum qui non dedisset, in carceribus quasi no-  
rem, largi- centissimus remanebat. Per idēm tempus eo-  
zione redi- rum quoque qui res nouare cupiebant, in Hie-  
tumne. zosolymis crescit audacia. Ex b quibus sanè qđi  
erant

erant opulentii Albinum largitione redimebatur, *An. mundi*  
vt eis tumultum mouentibus non indignare- *4018.*  
tur: pars autem popularis quæ non satis gande- *A Christo*  
bat quiete, Albini participib. iungebatur. *Nato 66.*  
quisque ergo improborū cohorte proptia cir-  
cundatus, ipse quidem inter cæteros quasi prin-  
ceps latronum & tyrannus eminebat: stipatori-  
bus verò suis ad direptionem mediocrium a-  
butebatur. Ita fiebat, vt hi quidem quorum va-  
stabantur domus, racerent: illi autem qui extra  
incommodeum stetissent, metu ne similia pate-  
rentur, etiam officiis ambirent eos, quos consta-  
bat dignos esse suppliciis. In commune autem  
omnium fuit intercepta fiducia, & erat tunc  
multiplex dominatio, & semina captiuitatis fu- *Antiq. lib.*  
turæ jam ab illo tempore spargebantur. Cum 20. cap. 16.  
sanè eiusmodi morum fuisset Albinus, tamen <sup>a</sup> a *Albino*  
succedens ei Gessius Florus, optimum eum per sucedis  
comparationem sui fecit videri. Ille siquidem *Gessius Fle-*  
*plura occulte & cum fraude nocuerat: Gessius raw, qui len-*  
*verò iniuriantes suas in uniuersam gentem, tam ḡe petor est*  
*palam quasi gloriaretur exercuit: ac velut non *Albina*,*  
ad regendam prouinciam, sed ad damnatorum  
poenas carnifex missus, neque rapinatum ullum  
modum, neque afflictionum prætermisit. In  
miseris autem crudelissimus erat, in turpibus  
verò impudentissimus. Neque enim quis illo  
amplius offendit fallacia veritatem, neque cō-  
mentus est callidores nocendi vias. *Huic b si* <sup>b</sup> *Avaritia*  
quidem viritim illatis dispendiis lucra quære- *Flori urbes*  
te exiguum visum est: sed totas simul *despolias* <sup>c</sup>  
bat urbes, &c labes populis inferebat, tantum  
non voce per totam regionem edicens, libe-  
rum esse omnibus latticinari, dum ipse præda-  
rum acciperet portionem. Denique ob illius a-  
varitiam contigit totam penè deseriri regionem,  
ita vt plurimi sedes patrias relinquentes, ad ex-

*An. mundi* ternas prouincias commigrarent. Donec autem  
 4028. *A* in Syria Cestius Gallus prouinciam regebat,  
*Christo nato* neque ausus quispiam Iudæorum est aduersus  
 66. *Florum* ad eum mittere legatos. Cùm verò in-

stante azymorum solennitate ipse Hierosolymam venisset, occurrentis multitudo, quæ facilè  
 tricies centenorum millium fuit, precabatur, ut  
 gentis suæ calamitatibus subueniret, & pestem  
 illam prouinciæ Florum ut eiiceret clamitabat.  
 Qui tamen cum sub populi ore esset, & Gallo  
 assisteret, non solum nihil mouebatur, sed vo-  
 ces illas etiam deridebat. Cestius <sup>a</sup> tamen com-  
 Gallus im- pescens impetum populi, & edicens quod dein  
 potum popu- ceps placatiorem eis Florum redderet, regres-  
 li compescit sus est Antiochiam. Deduxit autem eum usque  
 & għoðpla ad Cæsaream Florus, illudens mendaciis, & lu-  
 catoreis eis dæorum genti bellum sedulò comminiscens,  
 Florum red quos scilicet solo iniquitates suos occultari  
 duros, edicis. posse credebat. Pace si quidē permanente, habi-  
 turum se apud Cæsarem accusatores Iudeos: ve-  
 rum si defectionē negotiatus fuisset, maiore v-  
 tiq; malo abducendam à se esse inuidiam pec-  
 catorum minorum. Igitur ut gens ab Romano  
 abrumperetur imperio, sedulò indies augebat  
 calamitates. Per idem tempus apud Neronem  
 Cæsarienses gentiles victores extitere, decre-  
 tūmq; istud contestantes literas attulerunt: pér-  
 b Exordium que b hoc bello Iudaico dabatur exordiū, duo-  
 olli Iudeis decimo scilicet anno regni Neronis, septimode-  
 duodecimo cimo autem regni Agrippæ, mense Maio.

*regni Nero-  
 wi annos.*

*De Floro sauvienti in Iudeos Cæsarienses &  
 Hierosolymitanos.*

### C A P . X I I I I .

*Antiq. lib.  
 20. cap. 15.*

*A* D magnitudinem autem excitatorū de eo  
 maiorum, nequaquam idoneas causas ha-  
 buisse

bonis deprehenditur. In <sup>a</sup> Cæsarea quidem habitanteres Iudei, habebant synagogam prope locum, cuius erat dominus gentilis quidam Cæsariensis. & frequenter quidem egerant, ut ad edrum ius illa possessio iungeretur, multis partibus maius precium quam res meruerat offerentes. dominus autem loci preces eorum despixisse non contentus, ad maiorem dolorem edificauit in loco tabernas, ita ut angustum eis transitum & prouersus coactum relinqueret. Primum igitur ferventiores aliqui iuuenum profilientes, edificationem verabant. Cum vero Florus hos a prohibendo cohiberet, non habentes Iudeorum nobiles quid agerent, inter quos etiam erat Ioannes publicanus, inflectunt Florum oblatione octo talentorum, ut edificationem vetaret. Ille <sup>b</sup> autem ob capiendum tancū modo, promittens se cuncta facturum, accepta Fleri, qui pecunia statim de Cæsarea egressus est, venitq; Iudei fidē in Sebasten, seditioni tribuens facultatem, qua si qui pugnæ spatiū Iudeorum summatis vēserunt. didisset. Sequenti autem die Iudeorum sabato, cum plebs ad synagogam coisset, seditionis quidam Cæsariensis vas Samiū ante ingressum eorum ponens, alites immolabat. Hoc factum Iudeos incoercibiliter accedit, & legem suā quippe contumeliam pertulisse, & locum ipsum dicebant fuisse pollutum. pars autem Iudeorū quæ erat constantior atque moderatior, denuō apud iudices esse conquerendum rehatur. Seditionis autem & iuuentute turgentis Iudei, effun- debantur in rixam. Stabant <sup>c</sup> autem ad confli- c Cæsarien- gendū parati etiam Cæsariensium tumultuosiores. Ex composito quippe missus fuerat, qui pro synagogaz foribus immolaret; scq; cōtinua est pugna cōmissa. Interueniens autē secundus, qui ad prohibendū erat reliquis, præfectus equitum,

*An. mundi vas illud quidem quod positum fuerat iussit au-  
ferri, & tumultum sedare pergebat. Cùm vero  
4030. superatus esset præ Cæsariensium violentia, lu-  
*A Christo* naro 68. dæi statim libros legis tapingentes secesserunt in  
Natbata: regio quædam eorum hoc nomine ap-  
pellatur, dirempta à Cæsarea stadiis sexaginta.  
Primates autem eorum duodecim, cum Ioanne  
in Sebaisten ad Florum venerūt, de his quæ ac-  
cederant conquerentes, & vt auxilio esset roga-  
bant, quamvis reverenter, tamen eum & de o-*

*a Florus In* eto talentis admonentes. Ille<sup>a</sup> vero illico con-  
*deorum Pri* prehensos eos vinciri iussit, arguens cur leges  
*mates 12. cū* de Cæsarea auferre ausi fuissent. ob hoc igitur  
*Ioanne in* apud Hierosolymitas grauissima indignatio na-  
*Sebaste com* scebatur: verum tamen adhuc iram suam frena-  
*prehensos* bant. Florus b vero, quasi ad hoc operam suam  
*Vinciri in-* locasset, vt bellum inflammatum, misit ad sacrum  
*ben.* thesaurum, vt inde decem & septem talenta au-  
*b Alias fax* ferrentur, quasi eam pecuniam impensis Cæsa-  
*bells à Floro* ris flagitatet. Tunc vero statim inuasit populu-  
*excogitata.* multa confusio: concurrentes ad templum, ma-  
ximi vocibus nomen Cæsaris appellabant, vt à  
tyrannide Flori liberarentur orantes. Quidam,  
autem seditionorum in florum maledicta iaoie-  
bant ultima: & canistra circumferentes stipem  
eius nomine postulabant, quasi inops & miser-  
rimus talibus indigeret auxiliis. His autem o-  
mnib. nihil est à cupiditate deteritus, sed mul-  
tò imagis ad deprædandum irritatus est. Deni-  
que cum deberet Cæsaream veniens igne bellū  
illic nascentis extinguiere, causasque tumultuū  
submouere, pro quo etiam mercedem accepe-  
rat pactus: tamen cum exercitu equitum atque  
peditum Hierosolymam contendit, vt Roma-  
nis armis ad quod volebat veteretur, ac timore  
& minis yrben circundaret. Tunc populus le-  
nire eius impetum vocas, obuiam militibus

processit,

processus sum solitis utique fauoribus, & Florū <sup>An. mundi</sup>  
honocare officiis paratus. Ille <sup>a</sup> verò promittēs <sup>4030.</sup>  
cum equitibus quinquaginta centurionem, no- <sup>A Christo</sup>  
mine Capitouem, discedere eos iussit: Nére eū, <sup>nato 68.</sup>  
in qua tam grauia maledicta iecissent, falso  
dequò honore deluderent. Opo tere quippe  
eos, si viri sunt fortes, animique constantis, etiā  
in præsentem effundere contumelias: nec solū  
in verbis, sed etiam in armis amore in libertatis  
ostendere. His dictis exterrita multitudo, simul  
etiam in armis amorem libertatis ostendere.

His dictis exterrita multitudo, simul etiam mi-  
litibus qui cum Capitone venerant, in medium  
vulgaris ieruensibus, diffugerunt, ante quam Flo-  
rū salutarent, aut militibus officia cōsueta red-  
derent. Discedentes igitur in domos, cum metu  
atq; humilitate p̄fugilem duxere noctē. Flo-

rū <sup>b</sup> autem tunc quidem degit in regia, postri- <sup>b</sup> Flora in  
die autem aduersum eos extructo tribunali <sup>tribunali</sup>  
sublimius resedit: conuenientēsq; Sacerdotum <sup>residet &</sup>  
principes, & ciuitatis vniuersa nobilitas, astite- <sup>Indā, ve</sup>  
runt tribunali. His præcepit Florus, vt omnes <sup>omnes qui</sup>  
qui maledicta in eum succlamassent, protinus <sup>maledicta</sup>  
decenterent: edicens in ipsos esse, nisi reos produ- <sup>in eum sub-</sup>  
xerint, vindicandum. Ad hæc respondent Iudei, <sup>clamasse,</sup>  
populum <sup>c</sup> quidem pacifica quæque sentire, il- <sup>protinus de-</sup>  
lis verò qui errauissent in verbis, veniam confe- <sup>derent, pra-</sup>  
rendam postulabant. In tanta siquidem multi- <sup>cipit.</sup>

tudine, nihil esse mirandum, offendit aliquos te- <sup>c</sup> Encusatō  
metarios, & per ztatem insipientes: esse autem <sup>Iudaorum,</sup>  
impossibile eorum qui deliquerint, discriminē  
agitari, cum & singulos nimirum poeniteat, &  
præ timore ad negandum sint parati. debere ta-  
men illum si consuleret gentis quieti, & vellet  
Rom. imperio seruare urbē, magis propter mul-  
tos innoxios dare venia etiā paucis delinquēti-  
bus, quam propter paucos improbos perturbare.

**Jan. mundi** multitudinem tantam bonorum. Ad hæc vero  
**4030.** ille magna indignatione inflamatus militibus  
**¶ Cristo** exclamauit, ut forum rerum venalium, quod e-  
**maro 68.** rat in superiori parte ciuitatis diciperet, ac pas-  
**a Cades per** sim obuios trucidarent. Illi e verò ad lucri sui  
**Flori mil-** cupidinem addita autoritate rectoris, non solù  
**des perpe-** illum diripuerunt locum in quem fuerant im-  
**trato.** missi, sed in vniuersas infilientes domos, inter-  
fiebant habitatores. Fuga autem erat per an-  
giporta omnia, & eædes eorum qui comprehendé-  
debantur: direptionis quoque nulla species pte-  
teribatur. Multos autem etiam nobilium com-  
prehendentes adduxerunt ad Florum, quos ille  
verberibus laniatos in crucem sustulit. Deniqs

**b Flori mi-** b omnis numerus illo interfectorum die cum  
**ties sexcen-** patruulis & milieribus (neq; enim vel lactanti-  
**tos & origin** bus pepercerant) fuit sexcenti & triginta. Gra-  
**te Iudaos** uiorem autem calamitatem videri no-  
**vna die in-** uitas Romanæ calamitatis: quod enim nemo  
**cessum.** vnquam prius, tunc Florus ausus est, ut viros sci-  
licet equestris ordinis pro tribunali flagellis ce-  
deret, ac patibulis affigeret: quorum eis origo  
Iudea, tamen Romana dignitas.

De alia oppressione Hierosolymorum  
dolo Flori.

C A P. X V.

**e Berenice**  
**Agrippa**  
**germana**  
**militi ad**  
**Florum, ac**  
**ut à cade**  
**definaret,**  
**procurar.**

**P**er idem tempus Rex quidem Agrippa Ale-  
xandriam erat profectus ut Alexandrum,  
qui Ægyptum procurabat missus à Nerone, iure  
hospitis conueniret. Germanam autem suam  
Berenicen, Hierosolymis inuentam, & iniqui-  
tatem militum videntem, gravis ob hoc angot-  
iuaserat. & frequenter quidem præfectos e-  
quitum suorum, custodesque corporis mittens

ad Florum precabatur, ut à cæde desineret. Ille Ann. mundi  
4030. A Christo  
naro 63.  
 verò neque in multitudinem interfectorum,  
 neque in nobilitatem precatticis, sed tantum in  
 lucra sua, quæ de rapinis congregarentur, aspi-  
 ciens, contempsit annuere: impetus <sup>a</sup> autē mi-  
 litum etiam aduersum Reginam efferratus est. a Milium  
in Berenice  
furor.  
 Noa solum quippe sub oculis eius obuios quo-  
 que multabant atque trucidabant, sed etiam i.  
 psam, nisi confugisset in aulam, intretfecissent.  
 Ibi autem peruigilem noctem cum intenta cu-  
 stodia egit, verens utique irruptionem militū.  
 Venerat autem Hierosolymam, ut vota Deo  
 solueret. His enim qui morbo vel aliis necessi-  
 tatis implicantur, inos est orare per triginta  
 dies, antequā immolent hostias: abstinere quo-  
 que vino, & capillos radere. Quem motem Be-  
 renice Regina illis exercens diebus, nudipes e-  
 tiam ante tribunal stetit, deprecans Florum: &  
 præter quod nihil honoris habitum est, etiam  
 de vita sua pericitata est. Hæc autē facta sunt  
 sextodecimo die Mensis Maij. Postridie autem  
 conueniens multitudo in forum, quod erat in  
 superiori parte ciuitatis, magnis clamoribus de-  
 his qui interfecti fuerant querebantur: potissi-  
 mū bautē inuidiosæ in Florū voces erant: quod b Florus mul-  
 veriti primates quique & Pontifices, disruptis cito ablo-  
 vestibus, & viritim singulos comprehendentes, quispr.  
 postulabant, ut ab his verbis, quorū causa taata  
 mala petiuerant, desisterent, neq; in maiorem  
 indignationem Florum mouerent. Sicque seda-  
 ta est multitudo, tā reuerentia precantiū, quām  
 spe, quod nequaquam Florus ultra in eos fæui-  
 ret. Ille c autem videns multitudinis tumultum  
 suisse compressum, angebatur: & denuò eā in-  
 flammatre cupiens, Pontifices cū nobilibus ad-  
 vocauit. Itaque unum ait argumentū fore, quod  
 nihil ulterius de nouādis rebus cogitaret, si po-

c Florus  
multitudi-  
nis tumultu  
compressum,  
denuò refrac-  
tus.

An. mundi pulus obuiam procederet militibus de Cæsarea  
 venientibus: veniebat autem duæ cohortes. Qui  
 4030. cùm conuocasset populum ad occurrentum,  
 A Christo mandat centurionibus, ut nullam salutationem  
 mense 68. redderent obuiantibus Iudeis. Ad ⁊ quod si  
 a Floris de- offensi petulanter quipiam essent locuti sta-  
 lu & insi- ttim in eos veterentur armis. Pontifices ergo  
 dia. collecta multitudine in templo, precabantur ut  
 occurserent Romanis, & ante graue incom-  
 modum cohortes solenniter salutarent. His  
 hortationibus seditionis quique abnuebant, &  
 ob interfectorum dolorem reliqua multitudine  
 iungebatur audacibus. Tunc b verò omnes Sa-  
 cerdotes omnesq; Levitæ sacra vasa proferen-  
 tes ornatumq; templi, citharistæ etiam & can-  
 tores cum Musicis organis procidebant ante  
 multitudinem, & obnoxissimè precabantur, ut  
 illum templi honorem custoditum esse vellent,  
 neque ad direptionem vasorum sacrorum Ro-  
 manos contumeliis incitarent. Erat autem vi-  
 dere ipsos Sacerdotum principes sparsis cinere-  
 capitibus, & pectora disruptis vestibus nuda  
 monstrantes, nominatim singulos quosque no-  
 bilium compellare ac denuò in commune mul-  
 titudinem precari, ne ob modicum peccatum  
 patriam suam proderent his, qui direptioni e-  
 ius inhiciarent. Quam enim utilitatem vel mili-  
 tibus esse de Iudeorū salutatione tribuerat,  
 vel illis qui acciderat correctionem, si in præ-  
 senti procedere cessarent? At contrà, si officio-  
 se fusciperent solenniter venientes, auferri glo-  
 ro occasionem pugnæ: ipsos verò saluare patriæ  
 suam, & prouidere ne quid vltra quam pertu-  
 lerant, experirentur. His addunt, quod paucis  
 seditionis si tanta multitudine iungatur, hoc ma-  
 gis ad pacificum consilium suū deberent auto-  
 ritatem transferre. Tali hortatu multitudinem  
 inde;

infestantes, etiam ipsos seditionis autores quos-  
dam quidem minis, quosdam autem sui reue- An. mundi  
4030.  
tentia mitigauerunt: ac deinceps praecedentes A Christo  
68.  
cum quiete omni populo sequente, militibus nato  
obuiam prodierunt. Namque <sup>a</sup> dominus factos a Flori pro-  
salutauerunt: illis autem nihil respondentibus, positum &  
seditionis Iudeorum aduersum Florum, cuius consilium ei-  
hic fierent consiliis, suclamauerunt, cōfestim- xium desla-  
que <sup>b</sup> milites cōprehendentes eos, cedentē fu- ras.  
stibus adorti sunt: atque in fugam versos perse- b Cades Iu-  
quentes equites proculabant. Corruerant, autē daorūm.  
multi quidem cum à Romanis cedentur, plu-  
res autem cum se mutuè propellerent. In ipsis  
autem portis grauis facta est compressio, & uno  
quoque alterum pruenire cupiente tardior fu-  
ga cunctis fiebat. Collabentum verò durus erat  
interitus. Suffocatu enim atque conculeatu mi-  
seri disperibant, & neque ad sepulturam quis-  
quam proximis suis cognoscendus remanebat.  
Irreabant autem etiam pariter milites immoder-  
atè, eos quos cōprehendissent cedentes: & per  
ingressum qui Bezetha vocatur detrudebāt mul-  
titudinem, transire cupientes ut Antoniam &  
templum obtinerent. Quos etiam Florus con-  
secutus, eduxit de regia eos qui secum erant, &  
in arcem transire nitebatur. Frustratus tamen  
est eius impetus. Conuersus quippe aduersum  
eos populus repugnauit, & per testa euadentes  
obruebant saxis Romanos. Qui cum supernè ve-  
nientibus sagittis vincerentur, nec possent de- c Seditiosi,  
fendere multitudinem quæ per angustos arcta- verentes,  
batur ingressus, ad reliquum se exercitum qui ne superue-  
erat in regia receperunt. Seditiosi autē verētes, niens Florus  
ne superueniens denuò Florus templū occuparet, spolia ipso-  
per Antoniam ex templo ascendentēs, porticus rum aufer-  
à templo ad Antoniā continentēs intercederūt, res, templū  
quatenus auariciā florū desperatione cōpescere occupans.

*An mundi rent. Nam cum diuinis inhiberet thesauris, pro-*  
**4030.** *que his in Antoniam transgredi niteretur, ubi*  
*A Christo intercessas porticus vidit, ab impetu conquiruit,*  
*nato 68. & conuocans sacerdotum principes atq; curia,*  
*se quidem ait urbe digredi, praesidium tamem*  
*apud eos relinquere quamcum ipsi voluissent. Ad*  
**a Florm In-** *hac illis respondentibus, nihil nouandum fo-*  
*daos in sem-* *re, si unam tantum relinquenter apud eos cohori-*  
*ple obfissos tem, dum tamen non illam quae cum ciuibus*  
*insuperabi paulo ante cōfixerat: ob ea siquidem quae per-*  
*les videns,* *tulere populum illis militibus infensum esse:*  
*ab impetu cohorte sicut precabantur mutata, cum reliqua*  
*conquiescerit, manu Cæsaream regressus est.*  
*as relictæ a-*  
*puta eos co-*  
*horie, Cæsa-*  
*ream regre-*  
*ditur.*

*De Politiano tribuno, & oratione Agrippæ*  
*ad Iudeos, ad obediendum Romane*  
*hucq; venit.*

C A P. X V I.

**A** Iud autem denuò pugnæ consilium com-  
 miniscens, retulit ad Cestium, & Iudeos  
 defectionis etiminator est, impudenti menda-  
 cie illos perpetrasse dicens, quacunq; eos per-  
 tulisse constabat. Nec sanè principes Hierosolymorum quae gesta fuerant, tacuerunt: sed & i-  
 psi & Bernice ad Cestium de his quae Florus  
 iniquè in urbe egerat retulerunt. Ille b autem  
 suspectis literis pattis utriusque quid facto o-  
 pus esset cum principibus deliberabat. Et qui-  
 busdam quidem videbatur, cum exortita in Ia-  
 dzam Cestium ire debere, & aut vindicare de-  
 fectionem, si fuisset admissa, aut magis fidos red-  
 dere Iudeos eorumque accolias. Ipsi tamen ma-  
 gis placuit aliquem de suis præire, qui & nego-  
 cia & consilia Iudeorum posset ei fideliter nū-  
 ciare. mittit e go tribunum Politianum, qui ab  
 Alexandria reverenti Agrippæ circa Iamniam  
 occurrens, & à quo fuisset missus & ob qua-

**b** Cestius  
**Gallus Syria**  
**Præses, quid**  
**facto opus**  
**offeret cum**  
**I principibus**  
**deliberat.**  
**c** Politianus  
**Hierosolymam**  
**mittitur, &**  
**Agrippa se-**  
**currens.**

causa

causas indicat. Quo loci Iudeorum etiam Pontifices, & reliqui nobiles, corumque curia adesse curauerant, ut circa Regem scilicet officia A Christo nouarent. Postea verò quām illum congrua humanitate coluerunt, conquesti sunt quām potuerunt flebilius de calamitatibus propriis, & inhumanitatem Flori explicauerunt. Quām licet argueret Agrippa, vafre tamen infectionem suam in Iudeos transtulit, quorum maximè miserabatur, volens scilicet frenare eorum motus: ut per hoc ipsum quod viderentur nihil perfessi iniuriz, ab ultionis desinerent appetitu. Ad hæc ergo quicunque egregij erant, & propter sua prædia desiderabant quietem, intelligebant Regis redargutionem esse plenam benignitatis. Populus autem Hierosolymorum sexaginta studiis obuiam progressus, officiosè Agrippā de Hierosolyma & Politianum suscepit. Lamentabantur tamen imperfectos coniuges mulieres: quarum plango-pa & Polibis reliquus quoque populus ad lamenta cōtra obuiū versus precabatur Agrippam ut genti consule- procediret. Succlamabant etiam Politiano, ut ingredetur urbem, viderētque quæ essent à Floro gesta: & ita ostendebant forum desertum domosque vastatas. deinceps vero per Agrippam suasere Politiano, ut is cum uno tantum famulo ad Siloam usque totam circuaret ciuitatem: quatenus ipsis cognosceret oculis, Iudeos omnibus quidem aliis patere Romanis, soli autem b Politione Floro aduersari propter magnitudinem in eos in templum factæ crudelitatis. Ille igitur cum circuisset urbem, & mansuetudinis populi sufficiens docu-tudinem ad mentum teneret, ascendit b in templum, quo conservatio ciuitati multitudinem conuocauit: & eum plurimis nō paci hortaverbis fidem eorum circa Romanos collaudata, & ad se, multa etiam ad conservationē pacis horta-Castum res- adorauit Deum eiusq; sancta: in eo tamē cōgradit.

**An. mundi.** sistens loco, in quo licebat per religionem: si ergo  
**4030.** regressus ad Cestium est, vulgus autem Iudeorum,  
**¶ Christo** ad Regem Pontificesq; conuersus petebat,  
**nato 68.** ut legati aduersum Florum ad Neronem mitte-  
**a Iudai ab** rentur, neque de tanta cæde tacentes suspicio-  
**Rege ut le-** nem suæ defensionis præberet: visum iti quippe  
**gatis aduer-** eos Principes capiendorum armorū fuisse, nisi  
**sum Florum** præuenientes ostendissent illū esse qui dedisset  
**ad Neronē** exordium. constabat autem, multitudinem non  
**merceremur,** esse quieturam, si legatione aliquis impeditisset.  
**peccare.** Ad hęc Agrippa, ordinari quidē legatos, qui Flo-  
rum accusarent, inuidiosum putabat: despicere  
autem Iudeos in bella commotos neque sibi  
expedire cernebat. aduocata igitur concione in  
xystum, & in suggesto constituens germanā suā  
Berenicen, in Asiam nonorum domo (ea siquidē  
xysto imminebat contra superiorē partem  
vrbis: nam xysto templum etat ponte coniunctum) huiusmodi orationem habuit. Si b. quidē  
b. Agrippa viderem vos omnes ad pugnandum cum Romanis  
ad Iudeos esse incitatos, neque populi priorem sin-  
eratissimāmque partem pacem velle setuare, ne-  
que processiōm ad vos, neque consulere cōfisi-  
sus essem: superuacua quippe de utilibus oratio  
est, quando omnium auditorum consipiat ad  
deteriora consensus. Quoniā verò aliquos qui-  
dem ætas malorum belli nescios facit, quos dā  
verò inconsiderata spes libertatis: nō nullos ve-  
rò avaritia succendit, & in refusione rerum ca-  
piendum de inferioribus lucrum: quemadmo-  
dum ipsi ab hoc errore corriganter, & non per  
paucorum improba consilia etiam boni disper-  
reant, existimauit oportere, ut omnibus vobis  
in unum coactis ea exponerem, quæ arbitror  
expedire. Obstrepat autem nemo, si non ea  
audierit quæ ipsius fert libido. His siquidem  
qui sunt ad defectionē irreuocabiliter incitati,  
licebit

b. Agrippa  
ad Iudeos  
eratis.

c. Agrippa  
multitudinē  
docilem &  
arctaem  
reddere co-  
natur.

Illebit etiam post meos monitus manere in *An. mundi*  
 pristina voluntate. mea autem etiam ad illos 4030. A  
 qui audire cupiunt intercipietur oratio, nisi *Christonato*  
 ab omnibus vobis silentium praebatur. Noui 68.  
 quidem quod multi & iniurias procurantur  
 prouincias, & praeconia libertatis quasi tragicè  
 prosequantur. Ego autem priusquam discussam  
 qui sis, & contra quos bellum suscipere tente-  
 tis, primum separabo causas, quas connexas  
 putatis. Si enim violatores vestros cupitis vi-  
 cisci, cur libertatem magna laude attollitis? Si  
 vero illud ipsum seruire intolerabile ducitis,  
 superflua est aduersum rectores querela, illis si  
 quidem vel moderatissimè agentibus, nihilomi-  
 nus turpe erit seruire. Considerate autem singul-  
 latim, & videte quam exigua sit materia bel-  
 lorum. Et primum quidem ipsa rectorum consi-  
 deranda sunt crimina. Colere & siquidem offi- a *Potestatē*  
 cijs, non exasperare oportet iurgiis potestatē. *colere offi-*  
 Cūm vero modicorum peccatorū exprobratio- cijs, nec invi-  
 nes maximas facitis, aduersum vos profecto eos *gīn exasper-*  
 quibus infertis, contumelias irritatis. *Kelinquē-* *rare decet.*  
 tes quippe & quod anteā clanculo & cum qua-  
 dam verecundia nocebant, palam vos confide-  
 terque populantur, nihil autem ita plagas coe-  
 cet ut patientia, & violatorum quies violentib.  
 iniicit pudorem. Facit autem eos, qui à Roma b. *Agrippa*  
 nis in prouincias mittuntur, esse grauiter mole. *Romanos*  
 stes, non tamen etiam Romani omnes violent & *Cesarem*  
 vos, neq. ipse *Cæsar* aduersum quē pugnare vul- *excusat.*  
 us. Neque enim ex præcepto illorum improbus  
 ad vos quisquam venit: neque possunt illi, quæ  
 in oriente geruntur positi in occidente conspi-  
 cere, sed neque facile ea quæ hīc fiunt, illic au-  
 diuntur. est autē importunissimū, & propter exi-  
 guas causas, tantis & ea de quibus querimus ne-  
 scientibus, velle configere. Et quidē nostrorum

# FLAVII IOSEPHI,

An. mundi criminum citò erit futura correctio, neq. enim  
4030. A vnuus atque idem prouincia semper curā tene-  
bit, & successores eius credibile est modestio-

68. res futuros. Motū autē semel bellū , neque de-

a Depulsio ponere facile est absque magnis calamitatibus,  
libertatis In neq. sustinere. Libertatis verò bona sicutientib.  
daerum, prouidendum atque certandum est , ut princi-  
quam ma- piò non ea careant. Molesta enim est nouitas  
gnopere ur- seruitutis: quamne vtique subeas,iustum suscipi-  
gebam.

pi certamen videtur. Qui verò semel subiectus  
est,& deinceps deficit, contumax magis seruus  
quam amator libertatis ostéditur. Tūc igitur o-  
portuit omnia agere , ne susciperentur Romani,  
cùm in prouincia Pompeius intaret. Maiores  
verò nostri eorumque Reges, pecunia, corpori-  
bu , animis multo vobis meliores , exiguae parti  
potentiae Romanæ obfistere nequauerunt. vos  
autem qui hæreditariam obedientiam suscep-  
stis, rebus autē omnibus illis qui primi parucre  
longè inferiores estis, contra omne Romanum

b Exemplis regnū obfistere posse arbitramini: Et b Athenie-  
Athenien- ses quidem ob Græcorum libertatem partiam  
fuit & alio suam quondam ignibus tradidere, qui superbis-  
runt, qui Ro simum illum Xerxem per terram nauigantem,  
manarū m- per mare verò ambulauit, & cuius classem nō  
perio part. caperet amplitudo pelagi, latiorem autem Euro-  
pa duceret exercitum , hunc inquam cum vna  
naue fugiente gloriofissime persecuti sunt: cir-  
ca paruam autem Salaminam , qui tantas opes

Asie confregere : nunc tamen seruiunt Roma-  
nis, & illam regiam Græciæ ciuitatē administratæ  
Italiz iussiones. Lacedæmonij quoque post

Thermopilas , & Plateas , & Agesilaum Asiam  
perscrutatum, eosq; dominos venerantur. Ma-  
cedones & verò , qui adhuc penè imaginantur  
Philippum videte cum Alexandro promittent  
sibi orbis imperium . Scrunt tamen rerum mu-  
tationem

c Lacede-  
monij.

d Macedo-  
nes.

tionem, & adorant eos ad quos fortuna mi-  
gravit. Aliꝝ quoque multꝝ gentes ad liberta-  
tem fiducia subnixꝝ, & multo maiores, cesserunt  
tamen & obediunt: vos autem soli seruire dedi-  
gnamini his quibus videtis vniuersa esse subie-  
cta. **Quibus**<sup>a</sup> exercitibus, quibus confiditis ar-  
mis? Vbi est clavis vestra, quæ peruagetur Ro-  
manorum maria? Vbi autem qui expensis pos-  
sint sufficere thesauri? Contra Aegyptios forte cum Indas-  
aut Arabas existimatis vos bellum mouere. **rum imbe-**  
Non circumspicitis Romanorum imperium? **cilluare.**

Non metimini vestram imbecillitatem? Non-  
ne scitis vestram ciuitatem à conterminis gen-  
tibus frequenter esse superatam? illorum au-  
tem virtus per totum orbem inuicta percur-  
rit, imò etiam hoc orbe plus aliquid quæsic-  
tunt. Neque enim sufficit eis ad orientem **ad iuniperū,**  
quidem totus Euphrates, ad septentrionem I-  
ster: neque in meridie solitudine tenus per-  
scrutata Libia, neque in occidente Gades: sed **līn quæsic-**  
**ultra oceanum** alium quæsierunt orbem, & **orbem:**  
que ad Britanniās, inaccessas prius, arma & e-  
xercitum translulerunt. **Quid ergo?** Vosne di-  
tiores Gallis, fortiores Germanis, prudentio-  
res Græcis? postremò plures estis omnibus in  
toto orbe degentibus? **Quæ** vos fiducia ad-  
versum Romanos erigit? Sed dicet aliquis,  
seruire molestissimum est. At quanto magis  
id Græcis, qui vniuersis sub sole habitanti-  
bus videbantur præstare nobilitate: & tam la-  
tam quondam prouinciam possidentes, nunc  
bis terris fascibus Romanorum obediunt.  
Totidem autem etiam Macedones obse-  
quuntur, qui certè multo vobis iustius de-  
cesserent libertatem tueri. **Quid** autem quin-  
gentz Asia ciuitates? nunquid non absque vi-  
o præficio, ut tantum modo repletæ patentes, dian-

*An. mundi*4002. *A**Christo nato*

40.

An. mundi & fascibus consulis obsequuntur? Quid autem  
 4030. A pergam enumerare Heniochos & Colchos, &  
 Christo nato Taurorum gentem: Bosporanos quoque, & ha-  
 bitantes circa Ponti litora nationes, Mæoticas-  
 68. que gentes? apud quas nimis olim neque do-  
 mesticus aliquis dominus noscetur: nunc ve-  
 ro militum subiiciuntur tatum tribus millibus,  
 & quadraginta naues longæ, innavigabile prius  
 mare in pace custodiunt. Quanta autem Bithy-  
 nia, & Cappadocia, & Pamphyliorum gens, Ly-  
 di quoque & Cilices pro libertate dicere vale-  
 rent? tamen nunc sine armis tributa pendunt.  
 Quid autem Thraces? quinque quidem diebus  
 in latum, septem autem in longum commeabi-  
 lem prouinciam possidentes, asperio: emque  
 multo quam vestra est, ac multis partibus for-  
 tiorem, altissimoque gelu eos qui irruerint, re-  
 tardantem, duobus millibus Romanorum in  
 praefidio manentibus obsequuntur. Post hos  
 Illyrici usque ad Dalmatiam, & Istro tenus in-  
 colentes, duabus tantum legionibus obediunt  
 cum quibus & ipsis impetus compescunt Daco-  
 sum. Ipsi quoque Dalmatae, qui tam multa  
 pro libertate conati, sœpiusque capti, cursum cu  
 majoribus opibus rebellaverunt, nunc sub una Ro-  
 manorum legione agunt quietem. Veruntamē  
 si aliquos magna cause ad defectionem incita-  
 re deberent, Gallos potissimum oportet af-  
 fupimere: surgere, quos videlicet tantis munimentis na-  
 tura cinxisset: ab orientali plaga ad Alpium  
 montibus, à septentrionali Rheno flumine, à  
 meridie Pyrenæis montibus, ab occidente ve-  
 ro Oceano: sed tali munitione gaudentes, tre-  
 centis & quindecim gentibus numerosi, fontes  
 autem (ita ut dixerim) felicitatis domesticæ ha-  
 benentes, omnibusque bonis totum penè ot-  
 bem irrigantes, ferunt nikilominus vestigia-  
 les

Iles esse Romanorum, ac felicitatem suam in eorum felicitate reponere. idque sanè ipsum, non 4030. <sup>an. mundi</sup> per animorum mollitatem, nec propter ignobilitatem parentum (quippe qui per octoginta annos pro libertate pugnauerunt) sed Romanorum admirati sunt horrueruntque cum virtute fortunam, qua illi plura sèpè obtinuerent quā bellis. denique sub mille & ducentis militibus seruiunt: quibus penè plures habuerunt ciuitates. Neque <sup>a</sup> Hispanis nascens in agris aurosum, pro libertate bella gerentibus profuit, ne. Romanorū que tanto terrarum marisque spatio à Roma imperio subdireptæ gentes, Lusitani scilicet & pugnaces <sup>iacens.</sup>

Cantabri: nec vicinus Oceanus etiam accolit suis fragore terribilis: sed ultra cō'umnas Herculis prolatis armis, & per ipsas nubes Pyrenæum montium eluctati vertices ditioni suæ hos quoque subdiderunt Romani: atque ita bellis gentibus, tantóque (vt dixi) spacio ditemptis, legio in præsidio vna satis est. Quis <sup>b</sup> verstrum non audiuist multitudinem Germanorum? vittutem quoque & magnitudines corporum (vt arbitror) sèpè vidisti. siquidem vbi que Romani earum gentium captiuos habent. Sed illi ita ingentem spatiis regionem incolentes, spiritus autem maiores corporibus gerentes, & animam quidem contempricem, mortis indignationes autem vehementiores feris, nunc Rhenum lìmitem habent, & octo Romanorum legionibus dominantur, & seruiunt quidem qui capti sunt, reliqua autem eorum gens vniuersa salutem in fuga non in armis reponit. Considerate autem etiam Britannorum inuros, qui Hierosolymæ confiditis mutis. Illos <sup>c</sup> siquidem circundatos Oceano, & penè non Romanis in minorem, quā poster orbis est, habitantes, dūcēt suā Romani navingantes redegerunt in ditionem. <sup>redegerunt.</sup>

**An. mundi** suam: quatuorque legiones tantæ magnitudinis  
**4030.** insulam tuentur. Et quid opus est plura dicere?  
**Christi nato** quando etiam Parthi, bellicosissimum genus,  
**68.** tantis prius populis imperantes, & tam magnis  
**@ Parthi.** opibus circundati, obsides tamen mitunt Romanis: estque cernere, sub specie panis seruientem in Italia præcipuam Orientis nobilitatem.  
 Vniuersis penè qui sub sole incolunt, Romano-  
 rum arma venerantibus, vos soli bellum gere-

**b Carthagi-** nensis sub finem, qui magnum illum Annibalem iactates & ex nobili Phœnicum stirpe venientes, tamen sub Scipionis dextera corrueunt? Sed neq. Cy-  
 renzi, Lacedæmone oriundi, neque Marmari-  
 datum genus usque ad inaquosas solidudines protentum, neque terribiles etiam audiensibus

**c Romani** Syrtes, Nasamones quoque & Mauri, & innu-  
**Mauri in-** merabilis multitudo Numidatum virtutes im-  
 pediere Romanas. Sed tertiam partem orbis terrarum, cuius ne numerare quidem ratio-  
 nes facile est. quæ scilicet sub Atlantico mari & columnis Herculis usque ad rubrum mare infinitos numero & locis Aethiopas continet, totam tamen ceperunt armis: & præter fruges annuas quibus Romanam multitudinem octo mensibus pascunt, alia quoque vestigalia pendunt, expensas quoque deuotissimi imperio ministrant, nihil de his quæ iubentur, sicut vos conumeliosum putantes, & quidem vñà cum illis tantum legio commoratur. Sed quid opus est longè petitis exemplis potentiam explicare Romanam? cum eam possitis de vicina

vobis Aegypto diligenter inspicere. Hæc enim cum usque ad Aethiopas porrigitur: opulentamque Arabiam, contigua quoque sit Indię, quinquaginta & septingentas myriades incolarum habens, præter Alexandrianum ple-

bem, tamen vestigalia, quorum magnitudo  
nem de censu singulorum capitum estimari li-  
cet, deuotissime penditans, Rómanum non  
deditur imperium: & certè quām magnum  
stimulum defectionis habens, Alexandriam  
scilicet, multitudine & diuitiis abundantem,  
magnitudiae quoque non imparem. Habet si-  
quidem in longitudine stadia triginta, in lati-  
tudine verò non minus quām decem: tributo-  
rum verò multo amplius per menses singulos  
infert, quām vos toto anno penditis: & præter  
pecuniam quatuor mensum Romanæ plebejæ  
annonam ministrat. Munitur autem vndique  
aut incommeabili solitudine, aut in portuoso  
mari, aut fluminibus, aut cœnosis paludibus:  
quorum tamen omnium nihil Romana fortu-  
na fortius fuit. Dux enim legiones cœnitati insi-  
dentes, profundam Ægyptum cum illa Mace-  
donum nobilitate frenant. Quos igitur in bella  
de solitudinibus aliquibus socios assumetis.  
Siquidem omnes qui in orbe habitibili de-  
gunt, Romani sunt: nisi forte quis vestigium spes  
suas ultra Euphratem porrigat, & Adiabeno-  
rum regionem gentiles suos estimet adiuta-  
res. Porro nec illi propter irrationalib[er]e  
causam tanto se bello implicabunt, nec, si tam  
probroso operi assensum darent, Parthus ta-  
men sineret. Est siquidem ei cura tuendæ cum  
Romanis amicitia, & arbitrabatur foedus esse  
temeratum, si quis de his qui subiecti sunt eius  
imperio, aduersum Romanos in bello proce-  
dat. Superest igitur ut ad diuinum configua-  
tur auxilium. verum & hoc apud Romanos est, apud Romanos  
fine Deo quippe impossibile esset imperium ne auxiliū  
tale consistere. Considerate autem, quemad-  
modum h[oc]c ipsa erga ipsam religionē immo-  
deratio, etiam si cum longè inferioribus bellis

# FLAVIUS JOSEPHUS

Anno mūdi geratis, tamen ad dispensandum sit vobis difficultissima, atque eadem transgrediendo offendatis Deum, per quæ eum auxiliaturum putatis.

4030.  
A Christo  
mense 68.

Si enim seruetis sabbatorum consuetudinem, & ad nullum actum moueamini, facile profecto capiemini. Sic quippe etiam maiores vestri experti sunt hos maximè dies Pompeio ad bellum destinante: in quibus scilicet hi oppugnabantur, otia gerebant. Transgredientes autem in bello legem patriam, nescio propter quid in reliquum dimicetis. Vna siquidē nunc vobis intentio est, ne quid de patria institutione soluat. Quemadmodum autem aduocabitis in adiutorium Deum, si cultum ei debitum

a Postremū sponte violetis? Assumunt autem singuli argumentū quique bellum, vel diuinæ virtuti, vel humanae diuisiōnis opibus confidentes. Cum verò vtraq; hæc, mi pariter quantum ad ipsam pertinet consequentiam arque humā deferuntur, in manifestam viisque captiuitatem suis auxilijs volentes pugnare profiliunt. Quid autem proditiliuros, hibet propriis manibus filios vestros coniugēs. ad bellum ge- que laniate, & hanc pulcherrimam inflam- renda inu- mate patriam? Erumpentes siquidem in fuisse esse. rorem, lucrabimini vel ignominiam superato- b. Dum ad- rum. Bonum b est, & amici, bonum est, dum bu- stat na- adhuc stat nauis in portu, præcaedere tempesta- ni in portu, tem futuram, & non eo tempore, quo in me- præcamere dias irrueris procellas trepidare. His siquidem tempestatiā qui in improvisa mala incident, superest ut futuram, digni vel miseratione videantur, qui verò se in bonum qd. apertum discrimen iniecerint, etiam exprobationibus onerentur. Nisi forte aliquis vestrum estimet secundum pæcta conflictum ire Românos, aut postquam vicerint, moderatè vobiscum aucturos, & non in exemplum aliaram gentium sacram hanc urbem inflammatores, interfecuros autem vniuersam genus vestrum. Neque

N<sup>e</sup>que enim qui superfueritis armis , vsquam  
 locum fug<sup>z</sup> habebitis , vniuersis scilicet genti- Ann. mundi  
4030.  
A Christo  
nais 68.  
 bus vel iam habentibus Romanos dominos ,  
 vel habere metuentibus. Periculum autem non  
 solū vos monebit , sed etiam in reliquis ciui-  
 tatis habitantes Iudeos. Neque enim est in  
 toto orbe populus , in quo non vestra portio sit:  
 quos certe omnes vobis rebellantibus , cæde  
 crudelissima diuersi quique conficient , & pro-  
 pter paucorum virorum consilia , vniuersæ vr-  
 bes Iudaico sanguine redundabunt. Manet au-  
 tem venia eos qui talia patraverint , quod sint  
 nimicum vestro vitio coacti. Si vero eadem ex-  
 equi supersederint , considerate quām impium  
 sit , aduersum tam benignos arma mouisse.  
 Subeat autem vos miseratio , & si non filiorum  
 vestrorum atque coniugum , saltem isti us ciui-  
 tatis , quæ mater urbiū vestre regionis vocatur.  
 Parcite mœnib. sacris , parcite venerabilibus a-  
 dytis , templūque vobis & sancta sanctorum  
 seruate. Neque enim vltorius victores Roma- a Agrippa  
 ni his abstinebunt , quibus primò parcentes . nul- de futuris  
 lam receperunt gratiam. Ego b testor quidem daorum eaq  
 sancta vestra , sacrosque angelos Dei patriam- lamitate  
 que communem , quod nihil eorum consilio- prophetia.  
 rum , quæ vobis viderim expedire , subtraxetim. b Agrippa  
 vos autem decernentes quæ op̄ret , mecum in professur.  
 pace degeatis : si vero protuleritis iras , absque quod nihil  
 me periculis subdemini. His dictis , attante etiā consiliorum ,  
 sorore lachrymavit , & multam partem de eo qua Iudeis  
 rū impetu lachrymis infregit. Succlamabat au- viderit ex-  
 tem , non se aduersum Romanos , sed aduersum pedire , sub-  
 Florum , ob ea quæ pertulissent , bellum gerere. traxerit.  
 Ad quos Rex Agrippa : sed opera vestra , inquit ,  
 talia sunt , qualia aduersum Romanos pugnan-  
 tium. Neque enim Cesarī vestigia dedistis , &  
 Antonianas posticus incendistis. Sapiebas autē

~~Ann. mundi~~ causam defectionis, si & porticus denud<sup>o</sup> con-  
 struatis, & tributa reddere matureris. Neq; en-  
 4030.  
*A Christo* nim Flori hoc præsidium est, aut pecuniam Flo-  
 anno 68. ro dabitis. His consultis populus acquieuit, &  
 cum Rege ac Berenice ascendentes in templum  
 porticus ædificare adorti sunt. Per vicos autem  
 & regiones principes quique decurionésq; di-  
 spersi, vestigia colligebant, celeriterq; quadra-  
 ginta talents (tantū enim erat reliquū) redacta  
 sunt. Et belli quidem imminentes minas, eo  
 tunc more Agrippa compescuit. Deinceps ve-  
 rò persuadente populo tentabat, ut parerent  
 Floro, donec successor ei à Cæsare mitraretur.

*a Agrippa* Ad<sup>a</sup> quam orationem multitudō accensa, nec  
 vox à Iudeis à verborum in Regem contumeliis temperauit,  
 faxi peti-  
 tw, urbe  
 regnatur.

sed protinus eum urbe pepulerunt: ausiq; sunt  
 nonnulli seditionorum etiam saxa in eum iace-  
 se. Rex autem videns tumultuantium ireuoca-  
 bilem impetum, & conquerendo quod contu-  
 meliis esset affectus, Principes quidem eorum  
 vñā cum alijs potentibus misit ad Florum Cæ-  
 saream, vt ipse ex eis eligeret, qui de tota regio-  
 ne vestigia exigerent. ipse vero discessit in  
 regnum.

*De capta rebellioni Iudeorum contra Romanos.*

## C A P. XVII.

**P**er idem tempus quidam eorum qui bellum  
 maximè mouebant, congregati irruerant in  
 quoddam præsidium, quod vocabatur Massada:  
 & occulte eo peruaso, Romanos omnes inter-  
 fecerunt: alios autem de suis posuerunt custo-  
 des. In templo quoque Hierosolymorum Elea-  
 zarus quidam filius Ananiz Pontificis, iuuenia  
 audacissimus, dux illo tempore militū, persua-  
 sit his qui sacrificiis ministrabant, ut nullius mu-  
 nus aut hostia, qui non esset de Iudeorum gen-

te suscipereatur. Id autem erat Romani belli se- An. mundi  
4003. A  
Christianus  
68.  
 minarium atque materia. Reiecit<sup>s</sup> siquidem ho-  
 stias Cæsaris, quæ pro Romano populo offerri  
 solitæ erant. Plurimum autem super hoc Ponti-  
 ficiibus, aliusque nobilibus deprecatis, ut nō præ-  
 terirent eum morem, quo supplicabatur pro Re a Iudei Cæ-  
gibus, nihil tamen acquieuerunt, non parum fari bestiæ  
sæcum ad  
foditiose-  
 quidem & suæ multitudini confidentes: robur pro Romano  
 siquidem omne res nouare cupientium, eorum populo offer-  
 voluntates iuuabat: maximè autem aspiciebant re solitæ regi  
iiciunt.  
b Concio go  
 in Eleazarum, qui per idem tempus, ut dixi, prin-  
 ceps erat. Conuenientes <sup>b</sup> igitur potentes quiq.  
 cum Pontificibus, & Pharisæorum nobilissimis,  
 & videntes quām graibus malis pergeret sub.  
 licere ciuitatem, decreuerunt seditione forum ani-  
 mos experiri: & ante portam quæ ærea vocatur.  
 concionem aduocantes (erat autem in interiori  
 parte templi posita, quæ respicit ad solis exortū,  
 ac primo quidē multa de temeraria eorum de-  
 sectione conquesti, & quod tam graue bellum  
 patriæ commoueret: deinceps irrationalitatē  
 causæ ipsius arguebant, dicentes, maiores qui-  
 dem eorum ornasse templū & magna parte de-  
 muneribus gétium, semp̄que eorum qui foris  
 essent populorum munera suscepisse: & non so-  
 lū non prohibuisse aliquorū hostias (id siqui-  
 dem esse impiissimum) sed etiam eas quæ visere  
 tentur permanerentq. ad præsens vique tēpus,  
 oblationes eorū in tēpli cultibus collocasse. At  
 tunc eos qui Romania arma irritarent, & despō-  
 deret eorū bella, nouū statuere morē religionis,  
 atque cum periculis etiam ream facere ciuita-  
 tem impietatis videri: siquidē ea sit, in quæ præ-  
 ter solos Iudeos, nullus aliis immolet externus,  
 neque ad orandum finatur accedere. Et siqui-  
 dem circa vnius alicuius priuati personam Iug-  
 feretur ciuusmodi, posset nimirū iure hos inhibi-

An. mundi  
4003. A  
Christo nato  
68.

manitatis arguere: nunc autem despiciuntur Romani, & iudicatur Cæsar profanus. Vnde a verendum esse, ne qui immolandas pro illis hostias repellunt, ipsi in reliquum etiam pro se sacrificia prohibeantur offerre: si atque vere extra principatum ciuitas, nisi celerius resipiscetes reddiderint hostias, ac prius quam ad eos, in quorum contumeliam id tentatum est huius ausus perueniat fama. Simul autem ista dicentes, producebant in medium scientissimos eorum paternorum, sacerdotes quoque narraturos quomodo omnes eorum maiores exterarum gentium semper sacrificia suscepissent. Attendebat b autem nemo res nouare cupientium his quæ dicebantur, sed neque procedebant in mediū altaris ministri, ut bellum materiam præparantes. Videntes igitur nobiles quicquid. seditione eò iam processisse, ut eorum non posset autoritate compesci, & Romanorum armorum periculum se primos esse sensutos in quantum poterant cōsulentes, amoliri causas parabant, & legatos quidem alios ad Florum miserunt, quorum erat princeps filius Annaniz Simon: alios ad Agrippam, inter quos nobilissimi Saulus, & Antipas, & Costobatus erant, qui etiam Regem propinquitate tangebant. Preceabantur autem utrumque, ut cum exercitu ascenderent in civitatem & seditionem opprimerent, prius quam ea intolerabilis fieret. Et Floro quidem malum istud quod bonus nuncius fuit, volensque inflammare bellum, nihil respondit legatis. Agrippa autem pariter utrisque parcens, scilicet deficientibus & iis aduersum quos bellum mouebatur, volensque & Romanis conseruare Iudeos, & Iudeis templum atque patriam, ad hanc autem nec sibi conducere talem conturbationem sciens, misit in auxilium populo equites ter milie, Iurantias scilicet, & Batanias, &

b Pocun-  
bus nemo  
seditionorū  
obtemperat.

c Legati,  
contra sedi-  
tiosos ad  
Florum &  
Agrippam  
misisti.

Trachon-

Trachonitas sub praefecto equitum Datio, duce An. mundi  
4030.  
 verò Philippo Iachimi filio. His ergo venientibus, optimates quique cū pontificibus & omni Christe natio  
 multitudine quæ optabat quiete, superiorē oc-Christe natio  
68.  
 cupant ciuitatem: inferiorē siquidem & tem-  
 plum, sed itiosorum manus tenebat. Missilibus i- a Bellum in  
 gitur & fundis indesinenter utebantur, & cōti- Hierosolyma  
 dua erat emissio sagittarum ex veraque scilicet ma, inter pa-  
 parte. erat autē quando ex insidiis procurrentes sifcos & se-  
 cominus dimicabant. Præstabat autem audacia ducasos.  
 quidem seditiosi, belli verò scientia Regii. Et  
 his quidem erat proposiūm maximè templum  
 obtinere, profanatorēsque eius expellere. Sedi-  
 tiosi verò qui cum Eleazaro agebant, ut præter  
 ea quæ obtinebant, eius superiorē inuaderent  
 urbem. Per septem igitur dies grauis vttiusque  
 partis cædes fiebat, & neutri de eo loco quem  
 tenuerāt depellebantur. Deinceps b verò adue- b Xylopho-  
 niente ea festivitate, quæ Xylophoria dicitur, ria festivit-  
 in qua mos est omnibus grandem lignorum rat.  
 materiam conuehente ad templum, quatenus  
 nunquam ignis deficiat esca (semper enim in-  
 extinguibilis perseverat) aduersarios quidem à  
 cultu religionis excluserunt. inter infirmorem  
 autem vulgum irrumpentes multi sicciorum  
 (sic enim vocant latrones, gladios in finibus ge-  
 tentes) recepti audacissimè prosequebātur opus  
 quod adorti erāt. Regij c autem audacia & mul- c Regios fa-  
 titudine vncebantur. Ita superiorē ciuitate ces- ditiosi van-  
 serunt, cūm isti procinus irruentes, Ananiz pō- cunus.  
 tificis domum, & Agrippæ ac Berenices pal-  
 tium inflammerunt: post quod ignem archi-  
 uo intulerunt, volentes omnia creditorum do-  
 cumenta disperdere, ne esset vnde ratio credi-  
 tæ pecunia pateret, vtque omnem sibi debitorum  
 adiungerent multitudinē, & aduersum lo-  
 cupletes egenis præberent insurgead facultatē

An. mundi liberam. Fugientibus verò chartatum publica-  
 4030. Atrum custodibus , ignem ædibus iniecerunt : at-  
 Cbrisse nato que ita incensis ciuitatis neruis, in hostes irue-  
 68. bant. Quo loco pontificum atque nobilium qui-  
 dam in cloacis latuerunt, quidam cum Regiis in  
 Superiorē regiam confugerunt , portas celeri-  
 ter obserantes. Inter quos Ananias pontifex, &  
 Ezechias frater eius erant : & illi quos apud A-  
 grippam functos legatione diximus. Tunc er-  
 go victoria & inflammatione contenti cessaue-  
 Antoniam runt. Postridie autē, quintadecima scilicet die  
 seditionis ca- Augusti mensis, fecerunt imperium in Antoniā:  
 piane aquae & omnes in eo præsidio agentes, per bidū ob-  
 deserunt. sessos ceperunt atque interfecerūt, præsidiumq.  
 incenderunt. postea verò transierunt in regiam,  
 ad quam confugere Agrippæ milites: & in qua-  
 tuor partes agmen suū diuidentes , muros euer-  
 tere moliebantur. eorum verò qui intus erant,  
 erumpere nullus audebat, propter multitudinem  
 oppugnantium: sed distributi per propugnacula  
 & turres, subeuntes interficiebant , ac frequen-  
 tes omnino latrones sub muris cadebant. Nea-  
 die autem conflictus nec nocte cessabat : sedi-  
 tiosis videlicet existimantibus in desperationē  
 cogi eos qui in præsidio erant , propter inopiam  
 victus : Regiis verò credentibus oppugnatores  
 suos cessuros labori. Interea Manahemus qui-  
 dam filius Iudæ Galilæi , callidissimi illius So-  
 phistæ qui quondam sub Cyrenio exprobraue-  
 rat Iudæis quod post Deum subiicerentur Ro-  
 manis: assumptis quibusdam nobilium, pertexit  
 in Massadam, ubi armamentarium Herodis Re-  
 gis erat. eoque perrupto populares aliósque la-  
 trones diligenter armauit. hisque vtens stipato-  
 ribus, veluti Rex Hierosolyniam reuertitur : fa-  
 tūisque princeps seditionis, oppugnationē dis-  
 posebat. Machinarum suscum inopia erat , nō  
 docebat

poterat palam suffodere muros supernè hosti- Ann. mundi  
 bus tela iaciētibus. cuniculum igitur longè cœ<sup>r</sup> 4030. &  
 ptum sub vnam turrim ageantes, suspenderunt Christo nata  
 eam materie subiecta: ac postea in sustinentia 68.  
 ligna igne immisso egressi sunt. Sicque subici-  
 bus exustis, turris quidem extemplo emota est.  
 alter autē murus intus ædificatus apparuit. Re-  
 gij quippe molitiones eorum præsentientes, for-  
 tè etiam de concussione turris, alium sibi mu-  
 rum celerius ædificauerunt. Inter hæc autem hi  
 quidē qui oppugnabāt, & statim se victores cre-  
 de bant, cùm vidissent alium murū stupore defe-  
 ctū sunt. Regij tamē ad Manahemū aliōsque se-  
 ditionis principes mittebāt, precātes ut eis dis-  
 cedere licet. Quod cū solis <sup>a</sup> Regiis eiusq. re- a Regiis ei-  
 ligionis reliquis Manahemus annuisset, proti- iusque rot-  
 nus discesserunt. Romanos autē qui soli reliqui gionis reli-  
 erant, grandis animi occupauit defectus. Neque quin <sup>b</sup> Mana-  
 chim vi contra tantam multitudinē pates erāt: henus dis-  
 & precari, vt exire licet, ignominiam iudica- cedere for-  
 bant: quanquam & si permitteretur, nequāquā cultuam cō-  
 tutum putabant. Derelinquētes b igitūt inferio- cedir.  
 tem locum, qui Stratopedon vocabatur, quippe b Romanis  
 quasi capi facilem, in turres Regias confugerūt: Stratopedō  
 quartum una appellabatut Hippicos, alia Phā- relinguentes  
 salus, tertia Mariamme. Hi verò qui cū Mana- in turres ro-  
 hemo erant, protinus irruētes in ea loca ē qui- gias confu-  
 bus milites fugerant, si q̄d̄os eorum comprehē- gunt.  
 dere trucidātes, omnem reliquum apparatus  
 diripientes, Stratopedon incenderunt. Hæc igi-  
 tur acta sunt sexto die Septembris.

De unde Ananias Pontifex, Manahem, & mi-  
litum Romanorum.

C A P . X V I I I .

**S**equenti <sup>c</sup> autem die Pontifex Ananias circa fratres  
 Suripos Regias domus latens capitur, & à la- mōra,

c Ananias  
 Pontifex  
 & Ezechias

*An. mundi* tronibus interficitur cum Ezechia fratre. Cir-  
4030. *A* cum sidentes autem etiam turres seditionis, custo-  
*Christiane* diebant ne quis militum posset effugere. Mana-  
hemum autem & munitorum locorum destruc-  
68. *&* & Pontificis Ananiz mors, in crudelitate  
erexit: & neminem parem sibi in negotiis arbit-  
trans, intolerabilis erat tyranus. Insurrex-  
erunt autem duo de sociis Eleazari: & mutuo collo-  
cuti, quod non deceret a Romanis desiderio li-  
bertatis deficientes, eandem populari suo prode-  
re, dominumque ferre, et si non violentum, tam  
seip sis humiliorem. nam si oporteat cunctis ali-  
a Eleazaris  
secessores  
Manahemus  
in templo a-  
dominiuntur.

quem præesse, quemvis magis alium illum dece-  
re: atque ita pasti, adoruntur eum in templo.  
magno enim fastu adoratus accesserat: regali  
habitum indutus, & studiosos sui in armis habe-  
bat. Cum igitur hi qui circa Eleazarum erat, in il-  
lum prosiluissent, reliquis quoque populus ra-  
piens saxa lapidauit sophistam: existimantes quod  
illo interempto tota seditione solueretur. Paulu-  
lum autem stipatores Manahemi resistentes, post  
quam videbant totam aduersum se multitudinem  
irruere, quisq. quod potuit diffugit. Et cædes qui-  
dem erat eorum, qui comprehensi sunt, perscruti-  
tatio autem latéritium sequebatur: paucique ex eis  
clam in Massadâ per fugerunt: cum quibus & E-  
leazarus filius Iairi, propinquus genere Mana-  
hemus, qui postea etiam in Massada tyrannideq-  
egit. Ipsum b autem Manahemum, cum fugisset  
in locum qui Ophlas vocatur, atq. illic humili-  
ter delitesceret, capientes extraxerunt in publi-  
cum, multisque torturis excruciatum interfeci-  
runt. Similiter autem sub eo agentes principes,  
principumque tyrannidis eius adiutorē Absa-  
lomon nomine. Et populus quidem, sicut dixi,  
in his adiutor fuit, suspicans aliquam totius se-  
ditionis correctionem futuram. Huiusvero non ut  
compr-

comprimenter bellum, sed ut cum maiori li- An. mundi  
4010.  
centia gererent, interficerunt Manahemū. De-  
niq; <sup>a</sup> cùm populus multum precaretur, ut op- A Christo  
pugnatione militum relaxaret, vehementius nato 68.  
instabant, donec viterius resistere non valen- a Romanis  
viterium re-  
sistere non  
valenss,  
sese dedunt.  
tes, Metilius Romanorum p̄fēctus & reliqui  
mittunt ad Eleazarū, precantes, ut solam eorū  
pacisceretur vitam: atma autem & reliqua qua  
haberent, ipsi tradentibus suoneret. Qui preca-  
tionem illico artipientes, remittunt ad eos Go-

tionem Nicodemi filium, & Ananiam Saddu-  
cæum, & Iudam Ionathæ, scilicet eis dextras &  
sacramentum datus. Quibus actis, deducebat  
milites Metilius: sed quandiu Romani armare-  
tinebant, nemio aduersus eos seditorum fra-  
dis aliquid molitus est, postea vero quām se-  
cundū p̄ctiones omnes scuta gladiosq; posue-  
runt, neq; quicquam viterius suspicentes disce-  
debant, facto in eos impetu stipatores Eleazarī,  
comprehensos trucidabant, neq; resistentes,  
neq; supplicantes, solas autem p̄ctiones & iu-  
ramenta quæ dederant inclamantes. Et hī qui- b Romanis  
cōtra pæta  
dem ita crudeliter interfecti sunt, p̄pter Meti-  
lium. Hunc enim deprecantem, & usque ad uno Meti-  
circumcisionem Iudaizare se promittentē, ses- lio excepio  
uauerunt solum. Detimentum autē Romanis ab Iudeis  
quidem erat leue: ex copiis siquidem amplissi- crudeliter  
mis pauci fuerunt interempti: Iudeorum autē interfecti,  
captiuitatis illud exordiū videbatur. Videntes c Cadet Sab  
autem graves iam instare causas bellorū. vrbē bato perpe-  
autem tali facinore fuisse respersam, ex quo ni- tricta  
mitum diuina indignatio imminebat, et ambi tigia.  
a Romanis nulla vltio timeretur, lugebant pu-  
blicè, & tristitia ciuitas p̄temebatur. moderati  
autem quique, quasi pro seditionis causas red-  
dituri, turbabantur. siquidem c sabbato illam  
çadem contigerat perpetrari, quo scilicet die

An. mundi propter religionem à sanctis quoque operibus  
4030. agunt quietem.

CONFESSOR

68.

De Iudaorum maxima frage Cæsarea & in  
omni Syria.

C A P. X I X.

**E**odem autem die, eadēmq; hora, quasi alli-  
qua cælesti prouidentia Cæsarienses quoq;  
Iudeos apud se habitantes trucidauerunt: ita ve-  
nmo tempore super viginti millia hominum ce-  
derentur, & eundis Iudeis vacuata Cæsarea re-  
maneret. Nam & eos qui effugerant compre-  
hendens Florus, vincētos in arenam deduxit.  
Post Cæsariensem verò cladem, totagens esse  
a Iudei Sy- rata est. Diversique Iudei, Syrorum viros ac fi-  
orum viros nitimas ciuitates protinus vastauerunt: id est,  
as finitimas Philadelphia, & Gebonitam, & Gerasam, &  
ciuitates Pellam & Scythopolim. Deinceps verò irru-  
erunt & in Gidara & Hippo & Gaulanitidem:  
& alia quidem subruentes loca, alia verò in-  
flumiantes, etiam in Cedasad Tyriorum &  
Ptolemaidem Gabam quoq; Cæsareāmq; ten-  
dehant. Obstat autem eorum incursui neque  
Sebaste, neq; Ascalon: sed his quoq; flamma va-  
statis, Anthedonam & Gazam euerterunt. Mu-  
ltā autem circa fines harum ciuitatum diripi-  
ebantur, vici scilicet & agri, eorūmq; qui capie-  
bantur virorum immensa cædes fiebat. neque  
tamen Syri minorem numero multitudinem de  
Iudeorum gente vastabant. sed etiam eos qui  
in ciuitatibus erant, cōprehensos disperdebāt:  
non solum ab vetus odium, sed ut discrimen im-  
minens præuenirent. Grauis ergo conturbatio  
totā Syriana peruerset, & omnis ciuitas in bi-  
nos diuidebat ut ex: cito: vnāq; alterutris sa-  
lus erat, si prætugnissent alteros cæde facienda:  
& dies

& dies quidem ducebantur in sanguine, noctes autem molesto<sup>m</sup>res formido faciebat. Nam licet viderentur ampliri Iudeos, tamen etiam alia-  
tum gentium Iudeizantes cogebantur habere suspectos: & ob hoc ipsum quod in eis videba-  
tur ambiguum, neque temerè eos placebat in-  
terfici, & rursus ob ipsam religionis commix-  
tione in qua<sup>m</sup> penitus exterritos timebant. Pro-  
vocabat autem ad cædes aduersæ partis, etiam illos qui prius fuerant mansueti, auaritia siqui-  
dem substantias cæsorum passini diripiebant: &  
quasi vi<sup>t</sup>ores eorum prædam quos trucidaue-  
tant, in domos alias transferebant. Gloriosior  
autem erat qui plura collegisset quam scilicet plures virtute superasset. Erat autem cernere ciuitates plenas cadaveribus insepultis, & inhu-  
matos pessimi iacere cum parvulis senes, fœni-  
nas autem neq<sup>ue</sup> pudenda contetas. Et omnis a *Omnis Sy-*  
quidem provincia plena erat inenarrabilium ria inenar-  
calamitatum. maiorum autem metus quam quæ rabilius ga-  
perastra erant, facinorum imminebat. Et hacte-  
nus quidem Iudeis aduersum alienigenas con- plena.  
flictus erat. Incurrentes autem in Scythopoleos  
fines, etiam b Iudeos qui illic habitabant, ex b *Iudei In-*  
perti sunt hostes. Hi enim cum Scythopolitis deo<sup>s</sup> hostes  
conspirantes, & consanguinitatem utilitati pro- experientur.  
prię postponentes, aduersum Iudeos cum gen-  
tilibus dimicabant. Suspecta tamen eorum i-  
psa belli fuit auditas. Denique Scythopolite<sup>r</sup>  
veriu ne ciuitatem noctu adirent, & magna sua calamitate ciuibus excusarent defectionē,  
edixerunt eis, ut si vellent inter eos firmare  
consensum, & circa alienigenas ostendere si- *Scythopolis*  
dem, transirent cum omnibus filiis suis in lu- *ta credidimus*  
cum, quibus quæ fuerant iassa sine suspitione *millia Iu-*  
facientibus, diebus quidem secutis duob. quie- *daerum tri-*  
uerunt Scythopolite<sup>r</sup> tercia & verò nocte expla- *siddhe.*

# FLAVIUS JOSEPHUS

An. mundi

4030.

A Christo

aera 68.

ratores, alios incertos, alios vero dormientes inuidunt, subitoque omnes interficiuntur, qui fuerunt numero tredecim millia: postquam eorum bona diripuerunt. Dignum autem etiam videtur, Simonis interitum enarrare. Hic enim Sauli cuiusdam non ignobilis viri filius erat, fortitudine quoque corporis & audacia animi insignissimus: quibus virisque ad incomoda asimilatos multos Iudeorum propinquos Scythopoli quotidie obtruncabat, & frequenter integros cuneos fudit, ita ut toties aciei momentum solus existeret. Comprehendit autem eum digna ciuili cæde poena:

Nam cum Scythopolite circumfusi Iudeis, passim per lucum eos iaculis configerent, educto Simon gladio, in nullum quidem hostium impetum fecit. Nihil enim se in tanta multitudine promotorum videbat. Exclamans autem miserabiliter: digna, inquit, Scythopolite his quæ gessi patior: quippe qui tam multa cæde ciuium meorum, benignitati erga vos nostræ fidem feci. Dignè enim nobis extera gens infida est, qui in nostrum genus tanta impietate deliquerimus. morior ergo quasi profanus propriis manibus: neque enim decet hostili manu cadere. Iste autem ipse finis mihi & sceleris digna poena, & idoneum virtutis decus erit: ut nemo scilicet hostium de meo interitu glorietur, neque insultet cadenti. Hæc dicens, misericordibus simul ac furentibus oculis circunspicit o-

b Simon pannem familiam suam. erat autem ei vxor & filii, & prouecti in senectutem parentes. Ille bitem ac liberos, denique prehendens, & super eum stans ense penetrascepsum quo uit: post quem non sanè invitam matrem suam que cruci interfecit: super hos autem coniugi, & filiis inculit feruum, singulis sanè horum pendente-

renibus gladio, & hostes præuenire cupientibus. Cuius verò omnem suam necessitudinem trucidasset, cæsis superstans exulit dexteram, A Christo ut neminem posset latere, & totum in viscera sua ensem demelit: dignus quidem miseratione iuuenis propter robur corporis atque animi firmitatem, cæterum quantum ad fidem, quam alienigenis praestitit, digno fine consumptus.

*De Iudeorum alia gravi eade.*

C A P. X X.

**A**D hæc cedem autem quæ in Scythopoli facta <sup>ad Iudeorum</sup> alia eadem. est, ieiua quoque vibes in Iudeos apud <sup>aliam eadem.</sup> se habitantes irruerant, & duo millia quingen-  
tos Ascalonitæ, Ptolemais autem duo millia in-  
terfecit. Vinxerunt quoque non paucos Tyrij:  
multosque trucidauerunt: plures autem eorum  
vincitos custodiis tradidere. Hippeni quoque &  
Gadarenses similiter audacissimos quidem a-  
molebantur, terribiles autem solicè adseruer-  
ant. Reliquæ b quoque vibes aduersum Iu-  
dæos singula, pro vi habebant, vel timore vel uersu Iu-  
dicio mouebantur. Soli autem Antiocheni, & deus monu-  
Sidonij, & Apameni, suis cohabitatoribus peper-  
erunt, & neque interficeret quempiam Iudeo-  
rum, neque vinculis tradiderunt. forte autem &  
propter multitudinem suam despexerunt coru-  
si qui motus fuissent. militi autem videntur ma-  
gis erga eos miseratione moti quos utique ni-  
hil moliri videbant. Geraserunt autem neque in  
eos qui apud se regnare delegebant, quic-  
quam gesserunt milii: & egredi volentes usque  
ad fines suos deduxerunt. Excitata est autem  
etiam in regno Agrippæ aduersum Iudeos per-  
nicies. Ipse siquidem pertexerat ad Cælium

# Flavii Josephi

*An. mundi 4030. A Christo 68.* Gallum Antiochiam , relicta administratione cuidam ex amicis , nomine Vario , Sohemo Regi genere propinquuo . Venerunt autem de Battanæ regione septuaginta numero viri & nobilitat : & prudentia ciuiū suorum præstissimi , poscendi pæsidi gratia : vt si qui scilicet apud eos quoque motus fierent , haberent idoneam custodiam , per quam possent insurgentes quosque comprimere . Hos ⁊ Varus , quosdam armatos de Regiis præmittens , interfecit in itinere omnes . Ausus autem est tale facinus præter cōsilium Agrippæ , & propter nimiam auaritiam impie in gentiles suos agere non recusans , regnum omne corrupti , perseverans post talē scilicet principium in totum genus exercere iniquitatem : donec discussis Agrippa rebus animaduertere quidem in eum veritus est propter propinquitatem Sohemi , procuranda tamen eū regione summouit . Seditiosi autem capto præsidio , quod appellatur Cyprus imminēs finibus Hierichuntis , custodes quidem interfecerunt . munimenta autem destruxerunt . Per h̄c dies etiam in Machæruante multitudo Iudeorū persuadebat in præsidio relicti Romanis , defere castellum , eisque tradere . Illi autem quod rogabantur cogi metuentes , pacti sunt cum eis discessiōnem suam : & accipientes fidem , tradunt præsidium , quod diligentibus cœperunt Machæruntij custodiis obtinere .

*Iudei Alexandria occisi.*

## C A P . X X I .

**V**erum in Alexandria semper quidem erat incolis aduersum Iudeos seditio , iam ab illo tempore , ex quo strenuis Alexander eōtra Egyptios

Egypciōs usūs Iudeis, premium societatis tradidit eis, & habitandi apud Alexandriam facultatem, & ius ciuitatis aequale cum gentibus: permanebat autem eis honor iste apud successores <sup>An. mense 4030.</sup> <sup>Christi na-</sup>  
 quoq; Alexandri: deniq; & in parte urbis locū  
 eis proprium deputauerunt, quatenus haberent  
 conuersationem per omnia mundiorē à com-  
 munione scilicet gentium sequestratam: pre-  
 stiterūntque eis, ut etiam Macedones appella-  
 rentur. deinceps verò cùm in ditionem Roma-  
 norum Egypcius venisset, neque Cæsar primus,  
 neq; post eum quispiam, honores quos Alexan-  
 der Iudeis deerenerat minuit. <sup>coifl</sup> <sup>autem</sup> <sup>et</sup> eorum aduersus Græcos penè continuus erat: &  
 iudicibus in multos quotidie ab utraq; parte a-  
 nimaduertentibus, seditio accendebat. Tunc  
 verò cùm & apud alios turbata res esset, illic  
 magis exarsit tumultus. Nam cùm Alexandrini  
 in concionem venient, ut ordinarent pre-  
 certis negotiis legationem ad Neronem fere-  
 dam, occurserunt in amphitheatrum permixti  
**Græcis plurimi Iudeorū.** Quos cùm vidissent  
 amici, extemplo clamare cœperunt, Iudeos ho-  
 fites & exploratores esse: ac deinceps insilentes  
 intulerunt eisdem manus: & reliqui quidem  
 fugientes dissipati sunt, tres verò ex his compre-  
 hensos, rabeant quasi viuos incensuri. Com-  
 moti sunt autem vniuersi Iudei ad opem fe-  
 rendam: & primum quidem in Græcos saxa  
 iaciebant, postea verò etiam facibus raptis in  
 amphitheatrum impetum fecerunt, commi-  
 nantes quod in ipso loco tantum simul popu-  
 lum concremarent: & penè minas implessent  
 rebus, nisi iras eorum compreflisset Tiberius A-  
 lexander, magistratus ciuitatis. Nec tamen ipse  
 coercendi principium ab armis sumpsit, sed no-  
 biles eorum quoque submittens, hortabatur

<sup>a</sup> Sedis  
 Alexandria  
 inter Iudeos  
 & Græcos.

An. mundi 4030. ut desinerent, neque aduersum se milites Romanos commoueretur. Seditiosi autem henniganam deprecationem ridentes, Tiberium contumelias appere iant. Qui postquam vidi absq; magna calamitate tumultuosos nō posse compesci, immisit in eos duas Romanorum legiones, quæ in ciuitate erant: & cū his alios quinque millia milites, casu ad Iudeorum interium de Libya venientes: p: accipitque ut non solum interficerent, sed etiam bona eorum diriperet, domosq; inflammarent. Qui t: protinus concurentes in locum qui vocatur Delta ( illic quippe erat Iudeorum multitudo collecta ) exequabantur strenue iussa, nec sanè sine cruenta victoria. Conglobati enim Iudei his quos melius armatos habebant, in fronte positis, aliquandiu quidem restiterunt: semel vero in fugam versi, mactabantur: nec unus erat exitij modus, cum alijs sub diuo atq; in campo deprehenderentur, in ædes autem alijs concluderentur, & eas quoque succederet Romani, vnde etiam diripiendo quoque in his reperissent: cum neque illos aut infantum misericordia, aut reverentia senectutis moteret, sed in omnes ætates pari cæde sanguine redundabat: quinquaginta vero congesta sunt millia mortuorum: nec tamen saltem reliquæ remansissent, nisi ad preces se contulissent, eorumque miserrus Alexander Romanos iussisset abscedere. Sed illi quidem quibus erat consuetum obedire præceptis, primo eius nutu necibus pepercérunt: populares autem Alexandrii propter odij magnitudinem difficulter ab incepto reuocabantur, vñque à eadaueribus distrahebantur. apud Alexandriam quidem casus evenit.

*Deinde Iudeorum, autore Cestio.*

*An. mundi*

4030.

*A Christo*

*natae 68.*

C A P. X X I I .

**C**estio vero iam quiescendum esse non videtur, infensis vbiique Iudeis: sed duo. a *Ingenies* decimam legionem integrum ex Antiochia secundum Romanorum cum ducens, & ex reliquis bina millia lecta per copia. dixum, & quatuor alas equitum: insuperque Regum auxilia, hoc est Antiochi duo millia equitum & peditum tria millia, sagittarios omnes, Agrippae vero tantundem peditum & equitum mille, cum & Sohemus sequeretur, quatuor millibus comitatus, quorum tertia pars equitum erat, plurisque sagittarij, Ptolemaida progressus est. Plurimi autem ex ciuitatibus auxilio conuenere, peritia quidem militibus inferiores, quod autem scientiae deerat, in Iudeos odio, itenq; alacritate supplentes. Aderat autem ipse quoque Agrippa Cestio, & eorum quae conducederent simul & itineris princeps. Ibi b cū abducta b *Zabulon* exercitus parte Cestios in validissimam Galilę validissima cibitafene contendit Zabulon, quæ appellatur Galilee civitorū, & ab Iudeorum finibus Ptolemaida distans direxit. Cumq; offendisset eam ciuibus destituta pta & intenta ( in moates enim multitudo refugerat ) omnigenam autem rerum plenam, illas quidem milibus diciendas concessit: ipsum vero operepidum quamuis admiratus esset eius pulchritudinem, quippe domus habebat similiter, ut apud Tyrum & Sidona & Berytum aedificatas, incendit. Deinde cursu territorio peragato, qui quid inuenisset obuiam depopulatus est: inflammatisque etiam circum eam positis vicis, in Ptolemaida reuertit. Syris autem adhuc prædictæ in hærentibus, & principiis Berytiis, recepta Iudei fiducia ( Cestium enim recessisse cognoverant) serpentè in eos qui remanserant intravit, & pro-

*c. Iudei Sy-*

*rorum ad*

*duo milia*

*saduimus*

*Ann. mundi pē ad duo millia cedunt. Cestius autē ex Ptole-*  
**4030.** *maide profectus, ipse quidem Cæsareā perue-*  
*A Christo nit: in Ioppē verò partem præmisit exercitus*  
**anno 68.** *cum præceptis huiusmodi, ut oppidum custodi-*  
*a Romanis rent, si eo poriti possent: aut si oppidanī imperiū*  
*Ioppen ca- præsensissent, tam suum quām cæterorum mili-*  
*piunt & in- tum præstolarentur aduentum. Illorum s' igitur*  
*cendunt, & alij mari, alij terra profecti, vtrinque Ioppē fa-*  
*octo millia cillimē capiunt: ita vt ne fug. e quidem habita-*  
*quadringen- tores copiam reperirent, nēdūm ad pugnam se*  
*tos interfi- pararent. Aggressi autem cauctos interficiunt*  
*caue.* *cum familiis, direptāq; ciuitatem incendunt.*  
*Interactorum autem numerus octo millia qua-*  
*dringenti fuerunt. Simili modo & in finitimam*  
*Saraciz Nabatene toparchiam non paucos*  
*misiit equites, qui & partem finium vendicaue-*  
*tunt, magnāque indigenarum multitudo dinem*  
*permetunt: direptisq; patrimoniis, etiam vicos*  
*igni dederunt.*

*De pugna Cestij contra Hierosolymans.*

C A P. X X I I I.

**I**N Galilæam quoque misit Cesennium Gallū,  
 ductorem duodecimq; legionis: eique tantam  
 militum manum attribuit: quantum genti expu-  
 gnandæ sufficere posse credebat. **cū b** validissi-  
**b** *Sepphoris* ma Galilææ ciuitas Sepphoris cū fauore susce-  
 alieq; Galil- pit. Huiusq; prudens consilium securæ ciuitates  
*te* *ciuita-* aliz, quiescebat. Qui verò sed. tationibus & latro-  
*tes, Roma-* ciuiis operam dabant, in Galilææ montem un-  
*nus cum fa-* dique medium recessere, qui est contra Seppho-  
*ture susci- rim, & vocatur Asamon. Aduersus eos Gallus*  
*piente.* ductabat exercitum. Illi c autem quādū supe-  
*c Duomilia* riores erant, facile Romanos ad se ascendentēs  
*seditionis* arcebant, & ex his plures quādū ducentos Inter-  
*in Galilæa fecerunt. Vbi verò eos videtde circumacto iti-*  
*ab Romanis uere ad celstora progressos, mature victoriā cō-*  
*cesserant: neque pugnam quis armati feze-*  
*bant*

bant, neq; si terga decesserint, equitum poterant *An.* mundū  
manus effugere: adeò ut pauci loci asperis deli- 4030.  
tescerent amplius. verò quām duo millia truci- *A Christo*  
dūtētūt. Gallus igitur cum nihil iam tentari no- *nato* 68.  
uitatis apud Galileam videret, Cesaream cū ex-  
ercitu remeabat. Cestius verò cum omni manu  
reversus in Antipatridem perrexit. Cogitōque  
non paruam multitudinē lūdæorum in turrim  
quæ Aphæci vocabatur esse collectam, qui cum  
his congrederentur præmisit. Sed & prius quām *a Antipatre*  
in manus vénirent, Iudei metu dispersi sunt: eo. *de qua flata*  
rūm q; castra iam desolata milites adorti, cum & *in causa*  
viciis circumpositis incenderunt. Ex Antipatride b *Lyddæ*  
autem Cestius in <sup>b</sup> Lyddam profectus, vacuā vi- *exulta*.  
ris ciuitatem offendit. nā propter scēnopegio-  
rum dies festos, in Hierosolymam populus om-  
nis ascenderat, quinquaginta verò quos ibi cō-  
prehendit occisis, exustoq; oppido viterius pro-  
cedebat: pérq; Bethoron profectus, in <sup>c</sup> quodam c *Cælium ab*  
loco, cui nomen est Gabao, castra posuit, distan. *Hierosolymæ* y-  
te ab Hierosolymis stadiis quinquaginta. Iudei *mū stadijs*  
verò cum iani ciuitati propinquate bellum vi- 50. *castra*  
derent, omisisse dierum festorum solennibus, ad *ponit*.  
arma properabant: satisq; freti multitudine, in-  
compositi ad pugnam & cum clamore proflie-  
bant, ne dierum quidem sepiem habita ratione  
feriorum. erat enim Sabbatū, quod apud eos  
religione maxima curabaratur. idem autem furor  
qui eos ab obsequio pietatis emouerat, in præ-  
lio quoque superiores effecit. Tanto d *Imperium*  
imperii Romanos aggressi sunt, vt eorū & actē *& Victoria*  
petiū imperierent, viāq; aperta cedibus in medios *Indorum*  
ruerent; ac nisi ei militum parti, quæ necdum *contra Re-*  
*locū amiserat, equites ex circuitu subuenissent, manes.*  
quique nondūm defecerant pedites, in pericu-  
lo totus Cestij exercitus fuisset. Interfecti sunt  
autē quingēti & quidecim Romani milites.

*Ann. mundi* quibus quadringenti pedes, ceteri equites quarant: Iudezi vero viginti duo, fortissimi autem videbatur Monobazus Regis Adiabenæ propinquus, Monobazus & Cenedrus, & post hos Petra Niger, & Silas Babylonius, qui ad Iudeos ab Agrippa Rege transfugerat, cui pridem militabat. A fronte igitur repulsi Iudei, ad ciuitatem reuertebantur. Romanos autem ad Bethorion a sedetis Giorz filius Simon inuadit, multosq. postremi agminis coactores Ianiauit; ac in multis carros cum sarcinis captos, in ciuitatem reduxit. Cestio vero in agris triduo commorante, Iudei locis superioribus occupatis, obseruabant eius transitum: neque cessaveros eos certum erat, si Romani proficiendi cœperissent.

### *De obsidione Hierosolyma à Cestio, & fratre.*

#### CAP. XXIIII.

Taque dum Agrippa infinita hostium multitudine montes amplexas, ne Romanos quidem à periculo tutos esse perspiceret, verbis Iudeos, experiri decreuit, vel omnes sibi parvulos existimans, ut bello desisterent: vel si qui aduersarentur, renuncando, qui ab eorum sententia discrepant. Misit igitur ex comitibus suis Borcæum & Phœbum, quos illis sciebat notissimos: ut à Cestio fœdus amicitia, certamq; pro peccatis à populo Roman. veniam pollicerentur, si proiectis armis, secū sentire voluissem. Verunt seditioni metu, ne cuncta multitudo spe securitatis ad Agrippam sese conficeret, legatos obruncare statuerunt: & a Phœbu quidem priusquam verbum faceret, peremersit: nam Borcæus vulneratus effugit: populares autem, hoc indignè, fermentes factum, cedendo fustibus atque lapidibus in oppidum cœpulerunt. Cestius vero, quia inscitiam eorum discordiam, opportunum ad irrue-

a Seditioni  
legatum re-  
giulu inter-  
ficiunt, alie-  
vulneratu  
effugit.

Irribendum tempus inuenit, totum <sup>a</sup> in eos du- An. mundi  
4030.  
 xit exercitum: inq; fugam versos, vsq; ad Hiero-  
 solymam persecutus est. Castris autem in loco *A Christo*  
 positis, qui appellatur Scopus, interuallo septem *nata 68.*  
 stadiorum à ciuitate discedens, nihil per tri- a Cestius in  
sum exerci-  
tum in Iu-  
daea ducit.  
 uum aduersus oppidum conabatur: spectans  
 fortasse intus degentes aliquid remissuros. In  
 vicos autem circa ciuitatem, non parvam mili-  
 tum manu ad rapienda frumenta dimisit. Quar-  
 to autem die qui tricelimus mensis erat Octo-  
 bris, ordinatum in oppidum introduxit exerci-  
 tum, Populus quidem à seditionis custodieba-  
 tur: ipsi autem Romanorum disciplina territi,  
 exterioribus cessere partibus ciuitatis, & in par-  
 tem interiorem templi refugerunt. Cestius ve-  
 ro transgessus Bezetham, quæ sic vocatur, &  
 Cænopolim & forum quod appellatur materia-  
 riū incendit. deinde cum ad superiorem ci-  
 uitatem venisset, prope aulam regiam castra po-  
 suit. Et si tunc voluisse intra muros violenter  
 intrumpere, ciuitatem illic posse disset, bellum;  
 finem dedisset. sed Tyrannus & Priscus prefe-  
 dus castrotu & plutes equitu magistri, à Floto  
 pecunia corrupti, conatum eius auerterunt: &  
 Iudeos intolerandis repleri cladibus contigit.  
 Inter ea <sup>b</sup> plurimi popularium nobilissimi, & A-  
 nanus Ionathæ filius. Cestium quasi portas ei  
 patefacturi, vocabant. ille autem & ita fastidiens,  
 & quod non satis eis credendum putaret, tam-  
 biu id neglexit, donec proditione comperta,  
 seditionis Ananu quidem cum ceteris de muro  
 deiectis lapidibus feriendo, in domos suas resu- cans;  
 gere coegerut: ipsi vero per turres dispositi, mu-  
 fu tentatibus repugnabat. Per dies igitur quin-  
 que Romanis vndiq; tentantibus frustrabatur  
 conatus, sexto autem Cestius cu plurimis selectis,  
 etemq; sagittariis, a septentrionali tractu templo

*An. mundi 4030. A Christo nato 68.* aggreditur Iudeis ex porticu resistentib. qui frequenter quide Romanos ad mutū adeūtes auertere, postremō autē repulsi celotū multitudine, recesserunt. Itaq. Romanorū qui anteibāt, scutis suis muro nixi & qui eos sequebātur, aliis ac per ordinē aliis similiter superadūctis, quā siq. ip̄i appellat, testudinē cōnexuerūt vnde sagittae in eā delatę arritę delabebātur. & sine aliqua noxa milites mōnia suffodiebāt, tēpl. q. portas incēdere moliebātur. Vehemēs autē seditiones stupor inuaserat, iāq. multi ex ciuitate diffagiebāt, veluti cōtinuō caperetur. His autem populus alacrior efficiebatur: & quantum nequissimi cadebant, tantum ut ipsi portas aperirent, Cestiumq. tāquam optimē de se meritum, recipiēsent, appropinquabant. Et profectō si paululum in obsidione perseverasset, statim ciuitatē obtinuisse. sed credo iam tūc infestus Deus pessimus, eiūsq. sancta illo die finem bello dare prohibuerunt. Deniq. Cestius, neq. animis populi, neq. obſessorum desperatione pēſpe&a, repenite militē revocat: & sine vlla ſpei repulsa, incō-

*b Inopinata Cestij fuga* sultē nimis ac iniustē discessit. inopinata vero eius fuga latronum fiduciam recreauit: insecuri latronum si. que nouissimos aliquot equitum, pedinūmq. persuaderet. Et tunc quidē Cestius in castra, quā a- erat. apud Scopion munierat, retendit: altero autem die vltorius recedendo, magis hostes provocauit: iāmq. postremos affecuti multos necabant, tum vtraq. itineris parte vallata, in transversa tela iactabāt, & neq.: n eos se torquere à quibus à tergo fauiciabantur, nouissimi audebant quādā infinitā multitudinē insequi existimantes: neque à late, ibus instantiū vim: repellere sufficiabant: cūn. ip̄i quidē graues effent, ordinē que irrumperē formida. est: videtent autem Iudeos leues, & ad excurrendū faciles esse. vnde eue-

fueniebat, ut multa mala perpetrarentur, cum  
 nihil contra inimicis nocerent: Tota igitur via  
 perculsi, deie& iq. agmine sterrebantur: donec  
 multis occisis, in quibus erat Priscus sextæ le-  
 giouis dux, & Légius tribunus, & Æmilius Lu-  
 cùdus alx Praefectus, vix in Gabro peruenirent,  
 ubi castra prius posuerant, multis impedimentis  
 amissis. Hic autem Cestius biduum commora-  
 tus inops consilij quid ageret, cū tertio die ma-  
 iorem hostium vidisset numerum, & omnia cir-  
 cum loca plena ludis, tarditatem sibi obfuisse  
 cognovit: & si adhuc ibi maneret, plures se ho-  
 stes habiturum. Itaq. pro compendio fugæ, cun-  
 cta quæ militibus impedimento erant, ampu-  
 tari præcepit: occisiq. mulis atque asinis, aliisq.  
 iumentis, præter illa quæ sagittas & machinas fer-  
 rent (hæc enim velut vsbi futura seruabat, maxi-  
 mè quia timebat ne Iudeis contra se capta pro-  
 dessent) Bethorō versus antecedebat exercitū. a Indis Bo-  
 At Iudei latioribus quidem locis minus insta- bies per se.  
 bant: contra eos verò in angustias atq. descēsus, quantur, eos  
 alij ab exitu prohibebant, alij postremos agmi- que in extra  
 nis trudebant in vallem: fusiq. omnis multitudo mani necessaria  
 per itineris iuga, militei sagittis operiebat, t. sciam adi-  
 bi etiam peditibus, quo pacto sibi metu subueni- gunc.  
 tent, hæsitantibus equitum periculum promi-  
 ptius erat. nec enim ordinate viâ prosequi po-  
 terant, obstantibus iaculis: & ne contra hostes  
 irent ascensus ardui prohibebant equitantibus  
 inuij. iaculatoribus antem rupes ac valles tene-  
 bantur: in quas, deie& qui aberrassent consumi-  
 bantur: nullusq. locus aut fugiendi, aut resisten- b. Vlulatus  
 di rationem habebat. Itaq. b incerti quid agerent, fierijsq. Reg  
 ad vlulatus, quod desperati soleant, fierijsq. con- manorum:  
 veri sunt: quibus resonabat Iudeorum exhorta- & Iudeorum  
 tiq. cum clamore lacerantium patiter atque sa- exhortatio.  
 vientium, torusq. penè qui cū Cestio fuerat, pe-  
 tilles exercit⁹, nū nox aduenisse qua Romani

An. mundi  
 4030.  
 A Christo  
 anno 68.

**Anno** 70. **4031.** quidem in Bethoron configurerunt. Iudæi verò ob sessis circuī omnibus locis, eorū transitus custodiebant. Denique ubi Cestius aperto it, nere desperato, iam de fuga cogitabat, lectos propè ad 400. omniū fortissimos milites, rectorū fastigis imposuit. hisq; præcepit, vigilū qui in castris excubarent, signa clamiare: ut eo modo Iudæi omnē illic militū numerū arbitrarentur remanete. Ipse autē cū ceteris ociosè usq; ad 30. stadia progreditur. Vnde manē cū Iudæi locum quo Romani retenderant desolatum vidissent, in quadringentos à quibus decepti fuerant cōcurrerunt. & illos quidē sine mora iaculis conserunt: mox autem Cestium persequi properabat.

**a Strategia Cestij.** sed ille cum nocte non paruum spatiū itinētis peregisset, die vehementius quoq; fugiebat: adeo ut metu petulsi milites, machinas suę tormenta muralia, itēmq; balistas, multāq; alia instrumenta relinquenter, quibus tunc ablatis Iudæi rursus contra illos qui ea reliquerant vñi sunt. Insequendo autem Romanos, Antipatri-dem usque venerunt. Deinde cū eos assequi non potuerunt, inde redeentes & machinas secum asportarunt mortuósque spoliarunt, & prædam quaꝝ remanserat collegerunt: & pœnae caudentes in metropolim remearunt, suis quidem paucis amissis, Romanorum autem & auxiliatiuin quinque in illib⁹ peditum, ac 300. itēmq; nongentis & octoginta equitibus interemptis. Hæc quidem Nouemb. incensis 8. die gesta sunt,

**b Nobilium anno 12. Neronis principatus.**

Iudæorum multi, tan-  
quam è na-  
tui pefu illu-  
ra, ex ciuitate  
se emas. .

**De Damasenorum saecula in Iudea, & de que  
Iosephi studijs in Galilæa.**

C A P. X X V.

**P**Ost b Cestij verò casus aduersos, nobiliū Ju-  
dæorum multi tanguā è nauī pellūti ierūsa-

expeditate enatabant. Denique Costoborus & Saulus, fratres, vni cum Philippo Iachini filio, qui princeps erat exercitus Regis Agrippae: inde dissipati ad Cestium transfluerunt. Qui vero cum his in aula regia fuerat obsessus Antipas: fuga despecta, quemadmodum à seditionis interemptus sit, alias indicabimus. Cestius autem Saulum & ceteros in Achiam ad Neronem misit, & proprium necessitatē indicaturos, & bellī causas deriuaturos in Florum, speravit enim, & iram illum excitatumiri, & sua pericula summiouenda. Tunc autem Damasceni, exēde Romanorum cognita, Iudeos apud se degentes opprimere studuerunt: & cum eos in publicis thermis collectos haberent (namque id olim propter suspiciones meditabantur) facilem quidem sui conatus exitum fore putabant, verebātur autem mulieres suas ferè omnes præter paucas Iudaizantes, & eorum religione imbutas, quare hic magna cura fuit eas celandi, quid agerent, Iudeorum autem decem milia, quippe ut in angusto loco: atque omnes inertes agressi una hora sine metu jugulauerunt. Qui vero Cestius fugauerant, in Hierosolymam reuersi, quos adhuc Romanorum studiosos inuenissent partim vi, partim blanditiis sibi etiam sociabāt: & in templū congregati, plures belli duces eligendos esse censebant. Declaratus <sup>b</sup> est igitur Iosephus, Gorionis filius, & pontifex Ananias: omnipotens in ciuitate gerenda essent, imperaturi: maximēque ut ciuitatis muros erigerent. Filium namque Simonis Eleazarum, quamvis Romanorum prædam, & erectas Cestio pecunias, & insuper his plurima ex thesauris publicis in potestate haberet, tamen nullis necessitatib. posuerunt: quod & ipsum tyranidis superbia videlicet efficeri: eiisque studiosos & imitatores.

*Anno mundi  
4031.  
Christi nativitatis  
69.*

*a Damasco-  
ni Iudeorū  
decē milia  
una hora  
jugulati.*

*b Iosephus  
Gorionis fi-  
lius. & Pon-  
tifex Ana-  
nias, omnia  
que in ciu-  
tate gerentur,  
de essent, iam  
perarant  
declarare  
debet effici;*

*An. mundi* satellitū more versari. *ve:ū paulatim Eleazarus*  
*4031.* *A*mbitione pecunia, itēmq. astutia persuasit po-  
*Christonate* pulo, vt in omnib. sibi parerent. In Idumā ve-  
*69.* rò quos mitterent, alios militū duces optarunt.  
 Iesum filiū Sapphæ, vnum è Pontificib. & Elea-  
 zatum noui Pontificis filiū. Nigro autē manda-  
 uerūt, qui tunc Idumā regebat, ex regione trās  
 Jordani posita genus ducens, vnde Perædes co-  
 gnominabatur, vt ducib. obtoperaret. Sed ne a-  
 lias quidē regiones omittendas putabant. namq.  
 in Hierichuntē Iosephus filius Ismonis, & trans  
 flumen Manasses, & Tamnā Ioannes Ezechias, to-  
 patchias administraturi missi sunt. huic autem  
 Lydda, & Ioppe, & Ammaus etat additæ, Goph-

*a Iosephus* niticæ autē & Acrabatenæ regionum Ioannes,  
*Histriogra-* filius Anania, rector designatus est: & atrijsq.  
*phus virius* Galilææ Iosephus, Matthiæ filius, huius autem  
*que Galilæa* præfecturæ iuncta erat & Gamala, munitissima  
*rector desi-* ciuitatū quæ ibi fuere. Aliorum igitur rectotū,  
*gnatur.* pro alacritate ac prudentia sua, quisque res sibi  
*b Iosephus* creditas administrabat. Iosephus autem, cùm  
*se præagmata* in Galilæam venisset, primum curæ habuit, in-  
*de seniori.* digenarum sibi conciliare benevolentiam, mul-  
 bū quos re- ta sciens ea confici posse, licet in aliis peccauis-  
*scitores rorium* set. Deinde b considerato, quod potentissimos  
*Galilæa cō-* quidem amicos haberet si eos participes pote-  
*fitur, se pō-* sitas fecisset, omnē verò multitudo nem si plora-  
*verò per* que per indigenas & cōsuetos fieri præcipet,  
*singulas ci-* 70. de senioribus eius gentis prudentissimos e-  
*nitates, mi-* legit: eosque rectores totius Galilææ constituit.  
*norum litiū vii.* verò per singulas ciuitates minorum, litiū  
*sudices, etc.* iudices. nam maiora négocia causasque capita-  
*c Iosephus* les ad se referre iussit, & illos LXX. ceterum di-  
*opportuna* sposito per ciuitatē iure quo inter se vteren-  
*loca muro* tur, etiam quemadmodum extinsecus tuti es-  
*cingle.* sent animaduertit: certusque in Galilæam Ro-  
 manos esse venatos, opportuna & loca muro  
 cinge-

cingebat, hoc est, Iotapata, & Bersabez, & Sela-  
 min, necnon & Pereccho, & Iapha, & Sigoph, &  
 monte cui nomen est Itaburio, & Taricheas, &  
 Tiberiada, ad hæc etiam circa Genesar lacum  
 speluncas in ea quæ inferior Galilæa vocabatur  
 munivit. Superioris autem Galilæa Petram quæ  
 Achabrorum dicitur, & Seph, & Iamnith: & Me-  
 ro: in Gaulanitide verò Seleuciam, & Soganen  
 & Gamalam munitione circumdedit. Solis au-  
 tem Sepphoritis permisit, ut murum sibimet  
 ipsis fabricarent: quod eos pecuniosos esse, & ad  
 bellum promptos etiam sine præcepto videret.  
 Similiter autem Gischalam. Iosephi iussu per  
 se muro cinxit Ioannes Leviz filius. Cæteris  
 autem castellis omnibus ipse Iosephus intere-  
 sat, iubendo simul atque opem ferendo. Quin  
 a & exercitum ex Galilæa, supra centum millia  
 virorum comparauit: quos omnes vndique <sup>a Iosephus</sup>  
 collectis armis veteribus instruebat. Deinde  
 reputans, hoc maximè Romanorum inuictam  
 esse virtutem, quod dicto essent audientes  
 rectoribus suis, & armorum exercitationi o-  
 peram darent, doctrinam quidem vrgente ne-  
 cessitate despexit: parendi autem facultatem ra-  
 tis, regentium multitudine posse contingere,  
 ita ut Romani solent, diuisit exercitum, plurés-  
 que fecit ordinum principes. Diuersisque mi-  
 litum generibus constitutis, alios decadarchis,  
 alios centurionibus, alios tribunis subdidit: &  
 insuper his ipsis rectores, maiorum rerum ad-  
 ministratores dedit. Doebebâque signatura  
 disciplinas, & prouocationes revocationesque  
 buccinarum, & principia cornuua, & circum-  
 ductiones, & quemadmodum oportere labo-  
 rantibus succurrere fortiores, & cum defatiga-  
 tis partiti pericula, quæque ad fortitudinem a-  
 lami, corporisque tolerantiam perinerent, in-

An. mundi 4031. A  
 Christo nato 69.  
—

sticuebat. Maximè <sup>a</sup> verò eos erudiebat ad bel-  
*Ann. mundi* lum, vsquequaque Romanorum referens disci-  
4931. *A* plinam: & quod cum viris essent præliaturi, qui  
*Cbr: se nato* & viribus corporis, & animi obstinatione, to-  
69. tum penè orbem terræ superasset. His addidit,  
*a Iosephus* quo pacto belli tēpore suis essent parituri pre-  
*Galilæ ad* ceptis, iam nunc pérículum se facturum, si con-  
*b. lū. & que* suetis delictis, hoc est, furtis & latrociniis & ra-  
*pacto* essent pinis abstinuissent, sed neque aut gentilibus  
*pariture p. r. fraudem facerent, aut consuetissimorum dam-*  
*cepsin, eru-* na proprium quæstum putarent. Illa enīm bel-  
*dile.*

la optine administrari, quorum milites bonam  
*conscientiam gererent: qui verò per se prævi-*  
*fuerint: his non s. lūm inimicōs, sed etiam*  
*Deum hostem suū uruin. Multa in hunc modum*  
*admonendo perseuerabat. Et iam quidem quā-*  
*tum prælio parandoī esset; conflatum erat. Nā*  
*sexaginta peditum millia, ccl: equites ac præ-*  
*ter hos etiam mercenarios, quibus maximè fre-*  
*tus erat, habebat quoquot millia quingentos:*  
*necnon & sexcentos circa se electos custodes*  
*corporis atque satellites. Exceptis autem mer-*  
*cenariis, facile ceteri milites à ciuitatibus ale-*

*b Singula* bantur. Namque *b singulæ* quas enumerauimus,  
*Galilæ ci.* cum mediā sui multitudinem mitterent in  
*urates me-* militiam, reliquos ad comparandum eis victum  
*diam sui* tenebant: ut pars armis, atque alia pars facien-  
*muliudinē* dis operibus dimeretur, & armari securitatem  
*in miliam reponderent suggestib[us] commixtum.*  
*miserunt, re-*

*lsquos ad* *De Iosephi periculis & evasione, & Ioannam*  
*comparan-* *Giscachii malitia.*  
*dum eu v-*  
*erum tenet.*

## C A P. X X V I .

*I*osepho autem hoc modo administranti Galli-  
*laem, insurrexit quidam insidiator, patria Gis-  
*calia ortu, Léujæ filius, nomine Ioannes, callidis-*  
*simus,**

sumus ac dolis plenus: & nequitia quidem nobis  
 h̄issimus omnium, antea vero pauper: & aliquā diu malitia sua impedimentum passus in opia, nō Christus  
 facile mentiri paratus, mirūque fidem adhibe-  
 re mendacio, & a qui fallaciam virtutem putaret, eaque aduersus amicissimos uteretur: simu-  
 lator humanitatis, & spē lucri appetentissimus  
 cædium: qui semper quidem immoderata con-  
 cupisset, spem vero leuioribus maleficiis aluis-  
 set. Latro enim erat sui motis; ac solitarius: deinde etiam comitatum innenit audacia, primò  
 quideam paruum, amplioremaestri proficiens.  
 Curia autem habebat, neinimicū ignauū a scis-  
 re: sed qui & habitudine corporis, & animi ma-  
 gnitudine, bellorumque peritia prætarent, hos  
 eligebat, donec CCCC. vitorum cateruam con-  
 gregauit, quoruū plures ex Tyliorum finibus, &  
 vicis erant. Isque omnem Galilæam depopula-  
 batur: & multos futuri belli metu suspensos la-  
 cerabat. Hunc igitur iam duduū regendi milites  
 cupientem, & maiora desiderantē, diu pecunia  
 retardabat inopia: cūmque videret Iosephū sua  
 industria latari persuadet, ei primum, ut fabricā  
 di muri patrūe sollicitudinē sibi committeret, in  
 qua se quæstus magnos à locupletib. fecit. De-  
 inde callidissima frāude cōposita, velut oleo, q  
 non à gentilibus suis trattatuū esset, ut, auerent  
 omnes apud Syriam Iudæi, vt ad confinia oleū  
 mitteretur deponscit. nummōque Tyrio, qui  
 quatuor Atticos faceret, cōptis quatuor ampho-  
 ris eodem precio amphoræ dimidium venun-  
 dabat, cūmque b Galilæa ferax esset olei, maxi-  
 mēque illo tépore magna vbertate redundaret,  
 in ea locavbi eraq penuria solus multiūque  
 missendo infinitā summam pecunia cōgregauit  
 quā mogiū cōpysus est, qui hoc sibi beneficiū peras, abuili-  
 p̄st̄ḡisser. Denique existimans si Iosephum  
 a Iohannes  
 simulator  
 humanita-  
 tis, & spē  
 lucri appo-  
 tentissimus  
 cædium,

deponuit, rectorem se Galilæam fortium, qui  
 bus præterat latonibus imperavit prædam ve-  
 4031. hementius exercere, quo multis rebus nouis  
 boro Christo per eas regiones excitatis, aut insidiis aliquibi  
 69. rectorem perimeret, si cui ferret auxiliū: aut si  
 latrocinia negligenter, ob hoc eum apud indige-  
 nas accusaret. Iundudum autem tumores dissipa-  
 parerat, quod res Galilæa Iosephus Romanis  
 a Agrippa ad eius perniciem comparabat. Itaque illo te-  
 procurator pore cum quidam ex vico Dabaritarum, in ma-  
 spolizatur. gno campo custodias agentes, Ptolemaum A-  
 grippam & Berenices procuratorem aggressi, eo  
 mnes quas ferebat sarcinas abstulissent, in quibus  
 erant non paucæ vestes preciosæ, plurimæ quo  
 argentea pocula: & d. c. aurei. neque hanc præ-  
 dam occulte administrare potuissent, omnia  
 Taricheas ad Iosephum comportarunt. Ille autem  
 reprehensa violentia quā regis intulissent, re-  
 ponit res ablatas apud aliquem eius ciuitatis po-  
 tentissimum iubet: paratus eas dominis oppor-  
 tunè remittere. unde maximum ei periculum  
 comparatum est, namq. raptiores earum, quia præ-  
 da nullam partem accepissent, & græ ferentes &  
 perspicientes, quod Iosephus cogitauerat labo-  
 rem suum Regibus condonare, per vicos nocte  
 discurrunt, omnibusque prædicat Iosephū pro-  
 armatorum ditorem esse, eodemque tumultu ciuitates pra-  
 militia con- ximas replenerunt, adeò ut C. armatorū mil-  
 tra Iosephū lia contra Iosephum prima luce concunserent.  
 concurrunt. Denique multitudine qualem, in circo apud Ta-  
 c Iosephi a- richeas congregata, plurima per iracundiam con-  
 misse & sa- clamat, partim deponi, partim concremari voci-  
 tellites præ- ferans proditorem, plausque autem incitabat  
 ter quæror Ioannes, & cum eo Iesus quidam Sapphas filius  
 omnes diffus tunc magistratus Tiberiadis. Iosephi igitur a-  
 gnos. amici & satellites, tantæ multitudinis incurse-  
 persequi-

pertentiti, omnes præter quatuor diffugerunt. I-  
 pse verò dormiens, propè iam cum ignis admo-  
 ueretur exurgit, & nonentibus eum quatuor  
 qui remanserant, ut fugeret, neque solitudine  
 sua, neque illorum qui contra se venerat copiis  
 perturbatus, in cōspectum illorum prosiliit, ve-  
 ste discissa, infusō que capiti puluere, auetsisq;  
 post tergū manibus, suōq; ceruici gladio anne-  
 xo. Hęc autē amicos ei, maximē Taricheatas ad  
 misericordiam cōmouerant, rustica verò plebs  
 & finitimorum, quibus molestior videbatur, nō  
 sine maledictis eum iubebant publicas proferre  
 pecunias, & facta prōditionis fateri. Nam ex  
 habitu eius opinabantur nihil eorum de qui-  
 bus nata fuerat suspicio, penitus negaturum: &  
 impetrandę veniz causa fecisse omnia, quę mi-  
 sericordiam prouocarent. At illius ista humili-  
 tias consilium præstuebat, & contra se indignā-  
 tes arte circumueniēs, ut super his, vnde irasce-  
 rentur, inter se ipsi discordarent, omnia con-  
 fessurum se pollicetur. Deinde sibi loquendi a *Oratio lo-*  
 facultate concessa, ego, inquit, has pecunias ne *Soppi ad se-*  
 que Agrippę remittere cogitabam, neq; in pro- *dirios Iu-*  
 tria lucta conuetttere (absit enim, ut amicū pu-  
 tem vñquam, qui vobis sit inimicus: aut quæ-  
 sum ex te capiam, quę vos cōmuniter laderet)  
 sed quia videbā ḥ Taricheatas, maximē ciuitati  
 vestram munitionis egere, & ad extuenda mœ-  
 nia minus habere pecuniz, timebā inque Tibe-  
 riensem populum, & alias ciuitates raptis pecu-  
 niis inhiantes: pederentim eas retinere decreui,  
 vt nos muro circundarem. Si hoc non videtur,  
 profero quæ ablata sunt, & diripienda propono,  
 sin re&tē consului: benē de vobis meritum coe-  
 cetis. Hęc Taricheatas quidem ab eo dicta, cum  
 fauore receperunt: Tiberienses ve:q; cum aliis  
 deprauando, insuper etiā minitabantur: utrique

**An. mundi** autem relicto Iosepho inter se diligabant. Ille  
**4031.** autem fatus iam secum sentientibus s' erant e-  
**A Chirillo** nūn grōpē ad xl. millia Taricheatæ) cum mul-  
**maro 69.** titudine liberius loquebatur: mukū.nq; in eo-  
rum temeritatem inuestus, ex presenti quidem  
pecunia Tarichean ait esse inuidentam: curæ  
autem sibi fore similiter, vt etiam cæteræ tutæ  
sunt ciuitates. nec enim pecunias defore, si co-  
cordare velint in eos vnde parandæ sunt, & nō  
in eum moueantur, qui patet. Itaque tum alia  
quidem multitudō, quæ decepta fuerat, quan-  
uis irata recedebat. duo velò armatorū millia  
imperum in eum fecerēt. Cūmque se ille recto

**a Iosephus** ante recepisset, instabat ei minitātes. Iterū autem in Iudea salte Iosephus in hos quoq; altera fānde vtitur,  
*cera fraude* cīmq; in sumnū euassisset, compresso dextera  
*vñiss.* strepitu, nescire ait se, quid peterent sibi præta-  
ri, voces enim se non exaudire confusas. omnia  
verò quæ iuberent esse factū, si aliquos inteo-  
misissent, qui secum ociosè colloquerentur. His  
auditis, illicò nobiliores cū magistratib; ad eū in-  
grediuntur, quos ille in intimas ædiū pāttes iu-  
ductos, clausa ianua tādiu verbetavit, quoad o-  
maiū viscera quodata sunt. circumstabat autē in-  
tetim populus existimās eos prolixis allegatiō-  
nib. cōcertare, cū subito Iosephus forib. patefā-  
ctis, crūctos eos dimisi; vnde tanto terrorē qui-  
minabātur affecti sunt, vt proiectis armis au-  
fū-

**b foecunda er** geret. Ob hæc Ioannis etiā atq; etiā crescebat  
**ga Iosephū** inuidia, aliásq; nihilominus Iosepho moliebi-  
**inuidia &** tur insidias: morboque simulato pēt epistolam  
**infidia.** postulauit, vt sibi medicinæ gratia Tiberiēsibūs  
aquis calidis vii permitteret. Iosephus autem,  
quia nondū ei suspectus erat insidiator, ad pē-  
fectos ciuitatis literas fecit, vt & hospitium; &  
utensilia Ioanni præbetent. Quibus ille potitus,  
biduo past cuius rei causa vñerat agebat: &  
his

His fraude circumuentis, aliis<sup>a</sup> ve: ò pecunia eorū  
 ruptis, vt Iosephum desereret, persuasit. His au- An. mundi  
4031.  
 tem cognitis Silas quem Iosephus custodię pre- A Christo  
nro 69.  
 posuerat, properè de insidiis ei scripsit: atq; ille Iohannes Tō  
beriensibus,  
vt Iosephum  
deserant, per  
suader.  
 accepta epistola, no& tūq; itinere maturato ma-  
 tutinis ad Tiberiadem peruenit. Et cætera qui-  
 dem multitudo obuiam ei processit. Iohannes  
 autem quamuis eum contra se venturum esse  
 suspicaretur, tamen missō quodam ex notis, in-  
 firmitate si nūlata, quod d lectulo detinetetur, ob-  
 sequio sese defuisse mandauit. Tiberiensibus b b Iohannes  
 autem à Iosepho in stadium congregatis, vt ad misiu armati  
 eos quæ sibi scripta fuerant loquerebor; missis c Iosephus  
 armatis Iohannes iussit eum interfici. Quos cum interfici huc  
 iam nūdate gladiis perspexisset, populus exclu-  
 bat.  
 mavit, arque ita conuersus ad eius vocem Iose-  
 phus, vbi ferrum propè ingulo suò, immobile  
 prospexit, in littus desiliit à tumulo, excelsa du-  
 bitis sex, in quo verba faciens cum populo iter-  
 terat, ascensus; inde nauicula cum duobus sa- c Iosephus  
 tellitibus suis, quæ illuc applicuerat, in medium in nauicula  
 lacum refugit. milites vero eius, illico captis gr. in medium  
 mis, contra insidiatores irruerant. Mox autem lacum refu-  
 veritus Iosephus ne bellq; intestino concitat, gis.  
 ppter paucotum inuidiam ciuitas consumie-  
 retur, nuncium suis misit, qui eos moneret, vt  
 propriæ tantum saluti consulerent: neque vero  
 quenquam vel occiderent, vel arguerent noxi-  
 sum. Et illi quidē dicto parentes, cōquieuerunt.  
 qui vero circum ciuitatem per agros habitabant, d Iohannes in  
 auditis insidiis & quis earum fabricator esset cōn. Gisalae pa-  
 tra Iohannem veniebant, sed d ille prius in Gis. triam suam  
 cala patriam suam fuga receptus est. At e Gali- fugit.  
 Iei totis iam ciuitatibus ad Iosephum conflu- e Galilai ad  
 bant, & cum nūlta essent armatorum millia cō- Iosephū con-  
 gregata, qui se aduersus Iohannem cōmunitē traloammē  
 insidiatorem adesse clamabant; vñaque cūm confundar.

*An. mundi* eo ciuitatem, quæ illum suscepisset ignibus tra-  
 dituros: ad ea Josephus, probate se quidem eo-  
 rum benevolentiam, impetum autem cohiben-  
 dum esse dicebat: prudentia magis inimicos  
 vincere cupiens, quam perire.

4031.

*A Christo  
anno 69.**a Ioanni in  
Josephum  
in fidie.*

His vero, qui de singulis ciuitatibus cum Ioanne rebellassent, nominatum exceptis, quippe alacri animo, suos quisque populus indicabat, præconum voce denunciabat, intra V. dies eorum qui Ioannem non reliquissent, patrimonia diripienda, domosque eorum cum familiis exurendas. Et tria quidem millia statim ab eo reuocauit, qui profugi ante pedes eius arma proiecerunt. cum reliquis autem Ioannes propè mille Syris fugitiuis, transtulit se iterum in occultas insidas ex apertis: ac per nuncios in Hierosolymam clam missos, Josephum accusabat, quod magnum exercitum collegisset: iamq; nisi præueniatur vi tyrannus metropoleos venturus esset. Verum ea populus quidem præsciens, negligebat: liuore: eunt potentes, non nullique magistratu[m] clam pecunias ad coparados mercenarios milites inidere Ioanni, ut per eos bellum cum Josepho gereret. decretumq; inter se conceperunt, quo idem Josephus militum administrativecederet, non tam id satis esse credebant: ideoq; duo millia & D. armatos, & quatuor miserunt nobiles viros, iusperiti filium Iosephum, & Anapiam Sadducæum, & Simonem & Iudam Ionathæ filios omnes eloquentia validissimos: ut eorum scilicet monitu[m], auerteatur ab Josepho benevolentia multitudinis: & siquidem ipse sponte sua veniret, paterentur eum tatione reddere: sin remanere contendere, pro hoste haberent. Amici autem Josepho militem quidem ad eum venturum esse perscripserunt, causam vero non indicauerunt, quoniam secretum fuit inimicorum eius consilium, unde factum est,

vt qui præcauere non potuit, quatuor statim  
ciuitates ad initicos transirent: hoc est, Sep-  
phoris, & Gamala, & Gischala, & Tiberias: quas  
tamen continuo sine armis recepit, captos au-  
tem quatuor duces consiliis armatorumque for-  
tissimos, misit Hierosolymam: contra quos po-  
pulus haud mediocri indignatione commotus,  
& p[ro]f[ect]os, & a quibus præmissi fuerant: interfecit  
et, nisi ante fugissent.

*An. mundi  
4031. A  
Christo nato  
69.*

*1. Quatuor  
Galilæ ci-  
uitates ad  
inimicos Ia-  
sephi tran-  
seunt.*

Tiberias à Iosepho recuperatur & Sepphoris.

### C A P. XXVII.

I Oannem verò iam intra muros Gischalæ, Iose-  
phi timor custodiebat. Et paucis diebus post  
iterum besslavit Tiberias, habitatoribus Agrippæ  
Regem vocantibus. Et cum ille constituto die  
ad eos non venisset, paucique Romani equites  
ibi tum cōparuissent, à Iosepho defecerunt. His  
que apud Taricheas cognitis. Iosephus qui mi-  
litares frumentatum miserat, neq. solus egredi cō-  
tra desertores, neque se continere patiebatur,  
metuens ne, dum ipse tardaret, regij ciuitatē oc-  
cuparetur. nec enim posterio die obstante sabbato  
quicquam facere poterat. itaque dolo eos qui se  
deseruerant circumuenire cogitabat. Et portas  
quidem Tarichearum claudi iussit, ne quis con-  
silium suum illis proderet, contra quos suscipie-  
batur omnibus autem scaphis quas in lacu com-  
perit congregatis (ducentæ autem & triginta fue-  
runt, quaternique nauteæ non amplius singulis  
inerant) maturo ad Tiberiadem navigat. cumq.  
tāto ab ea distaret spacio, vnde facile videri nō  
posset, inanibus scaphis in salo relictis, septem  
c ipse solos inermes satellites secum habēs, pro-  
plus ut cōspicetur accessit. Quem cum inimici  
adhuc maledicentes ei ex muto conspexissent,  
mactu perterriti, & scaphas armatorū esse plena.

*b Tiberias  
à Iosepho re-  
cuperauit,  
& strategi-  
mate seru-  
erunt.*

*c Iosephus  
cum 7. sa-  
tellitibus Ta-  
beriadē per-  
uenit, ho-  
stesque per-  
cepserunt.*

# PLAVII JOSEPNI

**An. mundi 403. A. Christi nato.** existimantes, arma prouiciunt; manusque sup-  
 plices agitantes, ut ciuitati paiceret preceban-  
 tur. Iosephus autem, postquam multis eos minis  
 & exprobationibus castigavit: primum quod  
 bello contra pop. Röm. suscepit, intestinis de-  
 fensionibus vires suas ante consumerent: inimi-  
 corumque vota completerent: deinde, quod securi-  
 tatis sua curatore de medio tollere propeca-  
 rent, ciuitatemq. non erubesceret sibi claudere,  
 qui eam muro cinxisse non repudiacurus ait,  
 si qui sibi satisfaceret, quibus interuenientibus  
 amicitiam cuin ciuitate firmaret. Itaque statim  
 ad eum decem Tiberiensium potenter illi des-  
 cenderunt: hiis autem in unam receptis nauicu-  
 lam piscatoriā, & procul abducti, aliōs L. sena-  
 tores venire iussit, maximē nobiles, velut illi  
 quoque fidem sibi præbere deberent. Deinde  
**a Iosephus**  
**callido cōf-**  
**lio Tiberian**  
**sum poten-**  
**tissimos emu-**  
**cat, & in**  
**Tarichæas**  
**scaphis ab-**  
**ducit.** nouas causationes excogitās, alios in super atq.  
 alios obtētu fœderis euocabat. vtq. mature Taric-  
 heas recurretent, gubernatoribus nauium reple-  
 tamū imperabat: quosq. auexissent, in carcere col-  
 locarent: donec omnem curiā, quæ DC. haberet  
 viros, duōque millia populariū comprehensa in  
 Taricheas scaphis abduxit. Reliquis autē voca-  
 ratiibus, Clitum quendam esse præcipuum defectio-  
 nis autorem, itāmque ipsius poena illius precan-  
 tibus satiari, nullum quidem Iosephus volebat  
 occidere: suorum verò satellitum quendam Le-  
 uiam egredi iussit, qui Cliti manus abscederet.  
**b Clitus de-**  
**fectoris au-**  
**tor educto** Cū veīd p̄t timore solū se globo inimicorū  
 commissurum negaret, cāque causa indignati  
**b Clitus de-**  
**fectoris au-**  
**tor educto** Iosephum stante in scapha videret, ipsūnque  
 velle descēdere, ac de se suppliōium sumere, vt  
 saltē vnam manū sibi concederet, orabat. ne-  
 duxera gla- que b hoc annuente Iosepho, dummodo alterā  
 dio, leviam fibi truncāvit. tantus enim ri-  
 fibi truncāvit. tera gladio, leviam sibi truncāuit. tantus enim ri-  
 mor

mor Iosephi inuaserat. Ita tunc Iosephus vacuis scaphis, & satellitibus VII. populo capto, rursus Tiberiadem sibi sociauit. Paucis autem diebus post Giscalam quæ cum Sepphoritis defeccerat, militibus deprædarī permisit: omnēmque prædam conquilitam popularibus reddidit. Similiter etiam Sepphoritis & Tiberiensibus. Nam & hos captos rapinatum damno corrigerere voluit: & redhibitione rerum rursus eos ad benevolentiam reuocare.

*Quoniam Hierosolymita bello se preparaverunt: de quo Simonus Giora tyrannide.*

### C A P . XXVII F.

**H**AQ;enus apud Galilæam motus erat: iamq. hab intestinis dissensionibus quiescentes aduersus Rōmānōs instruebantur. Hierosolymis autē Ananus pontifex & potentiores, qui non cum Rōmānorū parte sentirent, muros instaurare properabant: multaque bellica instrumenta pērque omne oppidum sagittas, aliisque arma fabricabantur: & exercitationibus iussis manus iuuenum operam dabat. Erantque vniuersa plena tumultus, magnaque tristitia moderatos occupauerat: multiq; futuras clades prospiciennes, fletum cohibere non poterat. infestaq. pacem cupientibus omnia videbantur. Belli autem insectoribus, quæ illis placerent, ex tempore finiebantur, statisq. iam tunc qualiter peritura ciuitatis erat, antequam Romani venirent. Anaho autem apparatus belli omittere cura fuit: & seditionorum, quos Zelotas vocabant, amentiam ad utiliora conuertere: qui tamen viclus est, & quis illius finis fuerit, in posterioribus explabimus. At bin Acrabatena toparchia Giora filius Simon multis nouarum rerum cupidis congregatis, ad rapinas conuersus, nō solum in dōmos

b Simon  
Giora filius  
in Acraba-  
tene & I-  
dumae in-  
gentes ra-  
pinas & ca-  
des exercet-

*Anno mundi 4031. A Christo nato 69.*

locupletum irrumpebat, verundetiam corpora  
verberibus conficiebat: iamque tunc palam ty-  
rannidem incepatabat. Ab Anano autem missis  
aduersus eum militibus magistratum, ad latro-  
nes qui erant Masada, cum his quos habebat,  
effugit: ibique manens, donec Ananus & alij e-  
ius iniici perempti sunt, Idumseam cum ex-  
tensis populabatur: adeò ut magistratus eius gé-  
tis, propter cædium multitudinem & prædarum  
assiduitatem, collecto milite, & vicos præsidii  
tuerentur. Et Iudeorum quidem res ita se ha-  
bebant.

## SUMMA CAPITVM LIBRI IEL. DE BELLO IUDAICO.

- I. De Vespasiani Ducis aduentu, & clade du-  
plici Iudaorum.
- II. Descriprio Galilæa, Samariae & Iudeæ.
- III. De auxilio Sepphoris missio, & Romano-  
rum disciplina militari.
- IV. Imperii Placidi contra Iotapatenum.
- V. Galilæa à Vespasiano invaditur.
- VI. Gadara expugnatio.
- VII. Iotapata obſidia.
- VIII. Obſidio Iotapatenorum à Vespasiano, & di-  
ligentia Iosephi, digne Iudaorum exercitu-  
ne in Iudea.
- IX. De oppugnatione Vespasiani contra Iotapa-  
tam, aristæ, & aliis tormentis bellicis.
- X. De iterata impugnatione Iotapatenorum.
- XI. Iapha expugnatio à Traiano & Tito.
- XII. De Samariti à Cereale deuilitate.
- XIII. Iotapata excidium.
- XIV. Quomodo Iosephus capiō vim suam re-  
domerit falso & verbis.

- xv. Ioppe denuò capiatur.  
 xvi. Deditio Tiberiadis.  
 xvii. Tarichearum obsidio.  
 xviii. De lacu Genesare, & fontibus Iordanis.  
 xix. Tarichearum exceduum.

*De Vespasiani ducis aduentu, & clade Iudaorum duplo.*

Anno mundi  
4031. A  
Christo nato

69.

C A P. I.

 Aeternum a Neronem, ubi res apud a Neronem Iudeam non prospere gestas ac propriez res cepit, latens quidem, quod necesse apud Iudeam fuit, cum timore stupor inuadit, gestas, cum aperte autem superbiam simulans timore stu- vltro etiam indignabatur. magisque ducis negligentia, quam virtute hostium que contigerant facta esse dicebat: dicere se putans, propter pondus imperij tristiora contemnere, videriq. malis omnibus superiorum animum gerere: verum tamen curis arguebatur mentis eius perturbatio, cum deliberaret cuinani commotum crederet orientem, qui una & Iudeos rebellantes vlcisceretur, proximâsq. his nationes simili morbo torreptas ante caperet. Inuenit igitur solum Vespasianum his necessitatibus paré, & qui ranti bellî magnitudinē suscipere posset, virum ab adolescencia vsque ad senectutē bellis exercitatus, & qui pop. Rom. iam pridem pacasset occidentem, Germanorum tumultu cōcussum: armisque ante illud tempus incognitam Britâniā vindicasset. unde patri quoq. ipsius Claudio præstiterat, ut sine proprio sudore triumppharet. Itaque his omnibus fretus, etatémque illius cum peritia stabilem cernens, obsidésque fidei liberos, corùmq. florem manus esse patet: ac prædomit, iam tū fortasse do tota Rep. Deo

*An. mundi* aliquid ordinante, mittit eum ad regendos ex  
4031. *A* xercitus in Syria constitutos, multis pro tem-  
*Christo nato* pore blandimentis atque obsequiis, animarum,  
69. qualia necessitas imperare coepit. Ille, auget  
protinus ex Achaea, ubi cum Netone fuerat, Ti-

*a Vespasia*- sum quidē filium suum mittit Alexandriam, ut  
nā Nero ad inde quintam iterūque decimam legionem, smo-  
re pēdes exer- ueret. ipse verò transmissus ad Hellesponium,  
atq. in Sy- terreno itinere in Syriā peruenit, ibiq. Roma-  
ria consti- nas vires, multāq. invicinis Regibus auxilia con-  
stituitur, gregauit. At Iudei, post malam Cestij pugnā in-  
esperata felicitate sublati, animqrū impetus co-  
hibere nō poterant: sed tanquā fortuna eos ex-  
agitante perciti, bellū vicerius producebat. De-

*b Vespasia-* nū, & Ti- multa  
- contra In- contraria ambi-  
daos, auxi- lia congrega-  
gantur.

*c Indai in*  
*Ascalonem*  
*copias mo-*  
*uens.*

multa, velocius itinere peracto, ac  
si ex propinquo veniret, præsto erant. Antonius  
verò (nec enim fore eorū imperium nesciebat)  
equites iam ex ciuitate duxerat. & neq. multi-  
tudine veritus vel audaciam, primas hostiū coi-  
tiones fortiter sustinuit: mutumque properan-  
d Antonius teſ aggreſi frenauit. Itaque d Iudei, qui cū pe-  
pugnar cum tictibus imperiti, & pedites cū equitib. cū stipa-  
Indai. tis autem inordinati, leuitérque armati cum in-  
ſtructis, plūſque indignationi quam censilio tri-  
butes, cū parigeris & autu rectoris omnī fa-  
cien-

cientibus dimicabant, facile profligantur. nam *Anno mundi*  
 ut semel eorum primæ ab equitibus turbatae *4031.* &  
 sunt acles, fugam petunt: & murum versus se à *nave Christi*  
*tergo* urgentibus incidentes, suimet ipsi hostes *69.*  
 erant: donec <sup>a</sup> omnes incurvis equitum viati  
 per totum campum dispersi sunt, qui fuit plurimis,  
 totisque habiliis equitantibus: quod quidem *Roma nos iuvit*, ut magna cæde Iudeos proster-  
 merent. nam & fugientes præuentendo, cursum  
 in eos flebant: & quos occupassent, curvatio  
 transfigendo infinitos peremebant. Alij vero alios  
 quocunque se vertissent circumdatos, exag-  
 gitantes, facile iaculis opprimebant. Et Iudeis  
 quidem propria multitudo, per desperationem  
 salutis, solitudo videbatur: Romani vero licet  
 ad pugnam pauci essent, rebus tamen secun-  
 dis animati, etiam superflue se putabant. Et  
 illi quidem res aduersas superare certates, dum  
 pudet citè fugere, mutari fortunam sperant.  
 Romani autem, in his quæ prosperè agerent  
 minimè delassati, ad maiorem usque dici par-  
 tem pugnam protrahunt: donec <sup>b</sup> Iudeorum *b Derrū millia*  
 quidem perempta sunt decem millia, duobus *lia Iudeorū*  
 duces Ioannes & Silas: ceteri vero plerique *perampia-*  
*saucij*, cum Nigro, qui unus restabat ex ducibus,  
 in oppidum Idumææ quod Salis dicitur confu-  
 gere. nonnulli tamen etiam Romanorum in illo  
 prælio vulnerati sunt. Sed non Iudeorum  
 spiritus clade tanta sedatus est, multoque ma-  
 gis eorum dolor incitauit audaciam, & con-  
 temnentes quantum ante pedes mortuorum ia-  
 ceret, pristinis rebus feliciter gestis ad cladem  
 alteram illiciebantur. denique paruo tempore  
 intermissio, quod ne curandis quidem vulneri-  
 bus satis esset, cunctisq; aggregatis viribus, ma-  
 jore cum indignatione, multoque plures Asca-  
 ionem reuerebant, eadē se præter imperitum  
 Tom. Ij. T j

*Anno mundi 4031. A Christo nato 69.* aliisque belli vitia, comitante fortuna. Etenim cùm Antonius quā transituri fuerant, posuisset insidias, ex improviso in eas delapsi, & ab equitibus circumdati, prius quām se ad pugnam cōponerent, iterum super octo millia procubuerunt: ceteri verē omnes aufugerunt: cūmque his Niger multis dum fuderet magni animi facinoribus demonstratis. & quoniam hostes inueniūt occūsum starent, in turrim quādam tutissimam compelluntur cuiusdam vici, cui nomen est Bezedel. Antonius verō cum suis, ne vel moras circum turrim, quā inexpugnabilis esset, diu tererent, vel ducem hostium fortissimum viuum relinquerent, ignem muro supponunt. turrique inflammati Romani quidē exultantes recedunt, quasi etiam Nigro consumpto: ille autem in castelli specus intimum ex turri saltu demissus evanuit: triduoque post sociis cum fetu eum ad sepulturam inuestigantibus sese ostendit, gaudiōque insperato repleuit omnes Iudeos, tanquam Dei prouidentia dux eis in posterum ser-

**Vespasia.** uatus at **Vespasianus** Antiochiam exercitu adiunxit cum omnibus ducto (quā Syriæ metropolis est, magnitudine in manu ad simul aliaque felicitate sine dubio tertium in Ptolemaidē ter omnes, quā in Romano yrbe sunt, locum properat. obtinens,) ubi etiam aduentum suum Regem

**Sepphoris.** Agrippam cum omni manu propria offendebat præstolari, ad Ptolemaidē properabat. In benignissimè hac autem ciuitate occurserunt ei Sepphoritæ Romanos ciues oppidum Galilææ colentes, soli mente suscipiens. pacata: qui tam suæ salutis prouidentia solliciti, quām Romanarum virium gnari, etiam prius quām Vespasianus veniret, Cestio Gallo fidem dederant, dextrisque iuxterant, præsidiumque militare suscepserant. tunc quoque benignissimè duce suscepto, alacrianimo etiam contra gentiles suos auxilia promiserunt: Quibus interim

**Vespa-**

Vespasianus præsidij causa poscentibus, equitū  
peditūmque tantum numerum tradidit, quan-  
tum obstat posse arbitrabatur incurribus, si  
quid Iudæi commouere tentassent. non enim  
minimum esse videbatur futuri belli periculū,  
anferri ciuitatem Sepphorim Galilææ maximā  
& in loco tutissimo conditam, rotiūsque gen-  
tis futuram præficio.

An. mundi  
4031. A  
Christo nato  
69.

### Descriptio Galilee, Samaria & Iudeæ.

#### CAP. II.

**D**VIZ sunt autem Galilææ, quæ superior & a Siria super-  
inferior appellantur, eásque Phœniciæ & iorni Galilææ  
Syria cingunt. Discernit verò ab occidente Pro-læa secundus  
Iemais territorij sui finibus, & quondam Galilææ mundi pla-  
taformæ, nunc autem Tyriorum mōns Carmel-gar.  
Ius: cui coniuncta est Gabaa ciuitas equitū, quæ  
sic appellatur, eo quod equites ab Herode Re-  
ge dimissi, coloni eò dedueebantur. A meridie  
autem Samaritis & Scythopolis, vsque ad flumē  
Iordanem. Ab oriente verò Hippene & Gada-  
sis, sed & Gaulanitis definit, qui etiam regni A-  
grippæ fines sunt. Septentrionalis autem eius  
tractus Tyro, itemque Tyriorum finibus termi-  
natur. Inferioris b. quidem Galilææ longitudo à b. Longina  
Tiberiade ad Zabulon, cui vicina est in locis do- & Iacobini  
maritimis Ptolemais protenditur. Latitudine do-inferioris  
autem patet à vico Xaloth, qui in magno cam- Galilææ.  
po situs est, vsque ad Bersaben: vnde etiam su-  
perioris Galilææ latitudo incipit vsque ad Ba-  
ca vicum, qui terram dirimit Tyriorum. Longi-  
tudo verò eius à Thella vico Iordanii proximo  
vsq; ad Meroth extenditur. Sed cum tanta sint  
vtræq; magnitudo, tantaisque gentibus alieni-  
genis cinctæ, semper tamen omnibus belli peri-  
culis restiterunt, nam & pugnaces sunt ab in-

An. mundi fantia Galilæi, & omni tempore plurimi, neque  
 aut formido vñquam viros aut, eorum penuria  
 403r. **¶ Christo** regiones illas occupauit: quoniam <sup>a</sup> totæ opimæ ac fertiles sunt, omniū inque generum ar-  
 mato 68. **¶ a Fertilitate** boribus consit, ut etiam minimè agriculturæ  
**Galilæa.** studiosos vbertate sua prouocent, denique ex-  
 cultæ sunt ab incolis totæ, nec pars vlla est éat-  
 rum ociosa: quin & ciuitates ibi crebræ sunt, &  
 ubique multitudo vicorum propter opulentiam  
 populosam, ut qui sit minimus, supra quindecim  
**b Descriptio** millia colonorum habeat protus <sup>b</sup> ut etiam si  
 regione qua quis magnitudine minorem Galilæam dixerit,  
 trans flumen quam trans flumen regionem, viribus tamen  
 eam prætulerit, hæc enim vniuersa colitur, tota  
 fructuum ferax: at illa qua trans flumen est, li-  
 cet multo maior sit, pleraque tamen aspera at-  
 que deserta est, & nutriendis fructibus mansue-  
 tis inhabilis. Peræ sanè mollities & ingenium  
 fructuosum, campos habet cum variis arbori-  
 bus consitos, tum maxima oiliuetis ac vineis  
 & palmetis excultos. irrigatur autem abunde mó-  
 tanis torrentibus, & fontibus aquæ perennis,  
 quoties illi, Sirio rruante, defecerint. Et lon-  
 gitudo quidem eius est à Machæryne in Pel-  
 lam: latitudo vero à Philadelphia vsque ad  
 Iordanem. Et Pella quidem quam supra dixi-  
 mus, septentrionalis eius est tractus: occidens  
 vero Iordanis: meridianum autem Moabitis  
 regio terminat. ab oriente autem Arabia & Sil-  
 bonitide, nomen & Philadelphia, itemque Ge-  
 camaridis: ratis clauditur. Samaricensis & autem regio, in-  
 regione de- ter Iudeam quidem & Galilæam sita est: inci-  
 scripsit. piens enim à vico in planicie posito, cui nomen  
 est Ginza in Acrabatensem definit toparchiam:  
 sed natura nihil à Iudea discrepat. nam & utræ-  
 que montosæ sunt & campestres. agroque co-  
 leads nullæ atque opima, nomen & arboribi-  
 plens:

plena: pomisq. tam sylvestribus quam man-  
 suetis abundant, eo quod natura sunt arida,  
 imbricumque satis habent. dulces autem per eas  
 supra modum aquæ sunt, bonique graminis co-  
 pia præter alias earum pecora lactis abundant:  
 quodque maximum virtutis atque opulentie  
 specimen est, utraque viris referta est. Ha-  
 rum <sup>a</sup> confinium est Anauth vicus, qui etiam a Descripsio-  
 Boreos appellatur, Iudeæ limes à septentrio- Iudeæ, su-  
 me. Meridiana vero pars eius, si in longitudi- ius mediis  
 nem metiare, adiacenti vico Arabum haibus <sup>b</sup> Hierosolyma  
 terminatur, cui nomen est Iardan. Latitudo sa- lyma.  
 ne à Iordane flumine usque ad Ioppen expli-  
 catur. Media vero eius est Hierosolyma: unde  
 quidam non sine ratione, umbilicum eius ter-  
 ræ, eam urbem vocauerunt. Sed nec marinis  
 quidem Iudeæ deliciis caret, ad Ptolemaidera  
 usque locis extensæ maritimis. in undecim au-  
 tem sortes divisa est: quarum prima est tan-  
 quam regia Hierosolyma, præ cæteris inter o-  
 mnes accolas eminens, velut caput in corpore.  
 aliis vero post hanc toparchia sunt distribu-  
 tæ. Gophna <sup>b</sup> est secunda, & post eam A- <sup>b</sup> Iudeæ di-  
 crabata, adhuc Thamna, & Lydda, itemq. Am- sribus.  
 mœus, & Pella, & Idumæa, & Engadda, & He-  
 rodium, & Hierichus: deinde Iamnia & Iop-  
 pe finitimis præsumt. & præter has Gamalitica,  
 & Gaulanitis, & Batanza, & Trachonitis: quæ  
 etiam regni Agrippæ partes sunt. Eadem vero  
 terra incipiens à monte Libano & fontibus Ior-  
 danis, usque ad Tiberiadì proximum lacum  
 latitudine panditur. à vico autem, qui appel-  
 latur Arphas, ad Iuliada oppidum longitudine  
 tendit: & habitatur ab incolis Iudeis Syrisque  
 pertinet.

AN. MUNDI  
40; L. A.  
CHRISTIANO  
69.

De auxilio Sepphoritis missis, & Romanorum disciplina militaris.

## C A P. III.

**D**E Iudea quidem, & quibus esset cincta regionibus, quam maximè potui breuiter ex a Sepphoris posui. Quod autem Vespasianus miserat auxiliū Sepphoritis, hoc est equites mille, sexque millia peditum, Placido eos regente tribuno, luum mittit: castris in magno campo positis bafarium diuiduntur. Et pedites quidem in civitate ipsius tuendæ causa, equitatus verò in castris degebant. Galilæam vero ignis & sanguinis reges. veterinque autem assidue prodeundo, & circa eam regionem loca omnia incursoando magnis incommodis Iosephum eiusque socios, quamvis quietos, afficiebant. & præterea ciuitates extrinsecus deprædabantur: ciuiumque conatus, si quando excutendi habuissent fiduciam, repellabant. Iosephus tamen aduersus ciuitatem impetum fecit, sperans eam posse capere: quam ipsis antequam à Galilæis deficeret, ita muris cinxerat, ut Romanis quoque esset iniuncta, vnde etiam spe frustratus est, cum nec vi nec suauis Sephoritas suas partes pertrahere potuisset: magisque in Iudea bellū accedit Romanis indignè ferentibus insidias, & præterea nec die nec nocte ab agrorum depopulatione cessantibus, sed passim ditipientibus quicquid rerum in his repassissent: qui tamen cum mortem pugnacibus semper inferrent, imbellis ad seruitium capiebant: ignis verò & sanguinis Galilæam totam repleuerat, nec quisquam experts eius acerbitas aut eladis erat. Vnam salutis spem fugientes habebant in ciuitatibus, quas murorum anubitu Iosephus communicerat. Titus autem Alexandriam transmissus ex Achæa citius quam per hymen sperabatur, manum militum cuius causa missus

missus fuerat suscepit : contentoque usus itinere. *An. mense*  
 re, mature ad Ptolemaidem peruenit. Cumq; *4031.*  
 ibi patrem suum reperisset, duabus quas secum *A Christo*  
 habebat legionibus ( erant autem nobilissimæ *natio* 69.  
 quinta & decima ) iunxit etiam quam ille ad-  
 duxit quintamdecimam. Eas autem sequeban. *a Ingentes*  
 tur decem & octo cohortes : quibus accessere *copiae Tironis*  
 ex Cæsarea quinque cum una ala equitum, & *in Iudeam*  
 alæ quinque Syrorum equitum. Decem autem  
 cohortium singulæ mille pedites habebant : in  
 ceteris vero tredecim sexcenti pedites, & cen-  
 teni viceni equites erant. Satis autem auxilio-  
 rum etiam à Regibus congregatum est. Antio-  
 chus enim & Agrippa & Sohemus bina millia  
 peditum, & sagittarios equites mille præbue-  
 runt: cum Arabiz quoque Rex Malchus, præter  
 quinq; millia peditum, equites mille misseret,  
 quorum pars maior erant sagittarij : ut tota ma-  
 nus cōputata cum Regiis, sexaginta millia cir-  
 citer peditum equitumque colligeret, præter  
 calones: qui plurimi sequebantur, & meditatio-  
 ni bellicæ assueti nihil à pugnacissimis aberant:  
 quod tempore quidem pacis dominorum exer-  
 citationibus interessent, belli autem pericula  
 cum ipsis experientur, & neq; peritia, neque  
 viribus à quoquam nisi à dominis vincerentur.  
 qua b quidem in re simis admirandam qui exi- b *Diligentia*  
 stimauerit Romanorum prouidentiam, ita ser- *& labor Ro-*  
 nos instituentium, ut non solum vitæ ministe- manorum  
 rio, sed belli etiam necessitatibus utiles sint. *in parando*  
 Quod si quis eorum aliâ quoque respercerit mi- *bello neces-*  
 litiaz disciplinam, profecto cognoscet tantū eos farūs.  
 imperium non fortunæ murere, sed propria c *Studio*  
 virtute quæfisse. Armis enim vii non in bello impotissimum  
 incipiunt, neque solum, si necesse sit, manus Romanorum  
 mouent cum in pacis otio cessauerint: sed c *ar- belligeran-*  
 tias veluti naturæ coharentes, nullas capiunt.

*An mundi exortationis inducias, nec tempora pra-  
4031. A stolantur. Meditationes autem eorum mi-  
nus Christi hil à vera contentione discrepant: sed in dies*

**69.** *singulos militum quisque omnibus armis, tan-  
quam in procinctu positus, exercetur: quo etiā  
facillimè prælia tolerant. Neque enim ordo ne-  
glectus eos à consueta dispositione dispergit,  
neque metus stupefacit, neque lassitudo exau-  
xit. Vnde sequitur, ut semper superent, quos  
non itidem confirmatos invenerint. Nec erra-  
verit si quis eorum meditationes confixus esse  
dixerit fine sanguine, contraque prælia medi-  
tationes cum sanguine. Nam ne repentina qui-  
dem hostium incursu opprimi possunt: sed quo-  
cunque in hostilem terram irruperint, non nisi*

*a Ordo Re- permunitis castis prælio desernunt. quia <sup>2</sup> qui-  
manorum in dem non leui opere, nec iniquo loco eriguntur,  
castra.*

*nec inordinatè describunt: sed siquidem ina-  
 quale solum fuerit, complanatur: quatuor vētū  
angulis horum dimensio designatur. Nam & fa-  
brorum multitudine, & ferramentorum copia qua-  
vus exstructionis postular, sequitur exercitum.  
Et interior quidem pars castrorum tabernacu-  
lis distribuitur, ambitus autem eorum extrinse-  
cus muri faciem prefert: ordinatis etiam tus-  
ribus pari spatio dispositis: quarum interwalla  
catapultis atque balistis, & aliis machinis saxa  
incoquentibus, omnibusque instrumentis mis-  
silium compleant, ut cuncta scilicet iaculorum  
genera in promptu sint. portas autem quartos  
edificant, tam iumentis aditu faciles, quam  
ipsis, si quid urget, intrò currentibus latas.  
Intus autem castra vici spatiis interpositis di-  
stinxunt, mediisque rectorum tabernacula col-  
locant, & inter hæc prætorium diunum tem-  
plo simillimum: præfus ut quasi repentina qua-  
dicta cunctas existas formam quoque & opificum  
stationes.*

fationes, & sedes militū primatibus, ordinām- An. mundi  
4031.  
 que principibus, vbi si qua sit inter alios ambi-  
 guitas iudicēt. Ipse verò ambitus, & omnia quæ A Christo  
nro 69.  
 in eo sunt, multitudine simul & scientia fabri-  
 cantium opinionem citius communītar: qui si res  
 virgeat, fossa extorris secus cingitur, depresso cubi-  
 tis quartus, parique spatio lata. Armis autē se-  
 p̄i, per contubernia cum decore atque odio in  
 tentoriis agit: omniāq; ab his ordinatè etiam a-  
 lia cautēque per contubernia expedituntur: velu-  
 ti si ligno aquāue opus sit aut frumento. nec e-  
 alii ecena vel prandīum voluerit, in potesta-  
 te cuiusquam est, simul autē omnibus somnis  
 est, excubias & vigilandi tempora buccinæ si-  
 gnificat, neque est omnino quicquid quod sine  
 edicto geratur. Mane & autē milites quidem ad  
 cœtuiones, illi verò ad tribunos conueniunt  
 salutatum: cum quibus ad summum omniū du-  
 sem vniuersi ordinum principes. Ille autem  
 his signum aliisque dat ex more præcepta pro-  
 fetanda subiectis: quibus etiam in acie circum-  
 aguntur quod opus est, ac vniuersi pariter incur-  
 runt, itēque sese recipiunt. Cum b autem ca- b Quomodo  
stris egrediendum est, tuba indicium facit: ne-  
moque otiosus est, sed vel solo nutu moniti, ta- stris agro-  
bernacula tollunt, omniāque ad profectionem diantur.  
 instruunt. deinde iterum tuba, vt sint parati, si-  
 gnificant. Illi autem cum mulos & iumenta sar-  
 cinis onerauerint, velut in curuli certamine  
 signum expectant. Castra verò incedunt, ed  
 quod fibi alia manere facile sit, & ne quando  
 hostibus eadem visui sint. Et tamen tertio quo-  
 que tubæ signo indicant, vt exeat: vrgendo a-  
 liqua ex causa morantes, ne quis ordigem de-  
 serat. Dextérque duci præco astans, si ad bellum  
 parati sunt, voce patria ter percontatur. illisque  
 talies a sacri & magna voce parados esse scel-

a Romanis  
 & obedi-  
 tia Romano-  
 rum militis  
 erga Prafe-  
 des.

b Romanis  
 ca-  
 moque otiosus est, tuba agro-  
 bernacula tollunt, omniāque ad profectionem diantur.

**A.** mundi pondent, interrogantemq; praeueniunt: & Mar-  
403r. **A** tio quodā spiritu repleti cum clamore dextras  
**C**hristo na- erigunt. Deinde ociosè & cū omni decore pro-  
te 69. gredientes ambulant suum quisq; ordinem ve-  
**A**rma R<sub>c</sub> lut in bello custodiens: pedites <sup>a</sup>quidē thoraci-  
**m**anorū pe- bus, & galeis septi, & utroque latere gladiis ac-  
ditum. cincti. Ieūus autē gladius multo est longior, cūm  
dextet mensuram palmæ non excedat. qui verò  
ducē stipat letri pedites scuta & lanceas gestat:  
cetera manus hastas & clypeos longos, serrām-  
que & corbem & sarculum & securim, necnon  
& habenam & falcem & catenā, etiudique viati-  
cum, ut patum intersit inter onusta iumenta &

**A**rma R<sub>c</sub> pedites. Equitibus <sup>b</sup> autem ad dexterā gladius  
manorum est longior, & contus in manu, transuersisque  
equitum. ad equi latus clypeus: ternāque in pharetra vel  
amplius dependent lata cuspidē iacula, nihil ab  
hastis magnitudine differētia. Cassides verò &  
thoracis peditibus habent similes: nullōq; ar-  
morū genere ab equitum aliis discrepant le-  
& t, qui circum ducem versantur. Agmina autē  
semper cui sorte id obtigerit, antecedit. Talia  
quidem sunt Romanorū itinera & mansiones,

**c** Romani itēmque armorum varietas. Nihil <sup>c</sup> verò nec in  
nihil in praे p̄liis inconsultum aut subitum agunt: sed om-  
nīs in consueta via semper sequuntur facta sententiam: opūsq;  
cum aut su- adhibetur ante decretis. Vnde aut minimè pec-  
cū agere. cant: aut si peccauerint, facilis est errati corre-  
ctio. Fortunæ autem successibus meliores con-  
silio, etiam si aliter succederit, arbitrantur  
euēntus: quasi bonum quidem fortuitum ad  
se inconsulte gerendam illiciat: quæ verò an-  
te cogitata fuerint, etiā si aduersus casus exce-  
perit, bene iam meditatos exhibeant ad caue-  
dam ne idem rursus euēiat: & bonorum quidē  
fortuitorum non is autor sit cui contigerint,  
nisi sūt verò quæ præter sententiam accide-  
nt.

rint, sicutem reque consulta videantur esse sola<sup>a</sup> An. mundi  
tium. Armorum quidem exercitatione compa- 4031. A  
tant, ut non modò corpora, sed animi quoque Christiane  
militum fortiores sint. Maior autem illis est ex 69.  
tinore diligentia. namque leges apud eos non  
desertionis solum, verum etiam minimæ negli-  
gentiae sunt capitales: ducēsq; magis quam ipse  
leges terribiles. namq; bonos honorando redi-  
munt, ne in coerecedis noxis videantur crude-  
les. Tanto b autem obsequio rectoribus parent,  
ut & in pace ornamento sint. & in acie corpus  
vnum totius conspicatur exercitus. sic eorum eo-  
pulati sunt ordines, ita circūduci sunt mobiles:  
& acutis auribus ad præcepta, oculisq; ad signa,  
& ad opera manibus: vnde facere quidem sem-  
per strenui sunt, pati vero tardissimi. nec est v-  
bi præliantes aut multitudinē hostium, aut con-  
silia sensere ducum, aut difficultatem regionū,  
sed ne fortunæ quidem succubuere. nam & ea  
certiorem putant esse victoriam. Quorum igitur  
actus à consiliis incipiunt, consultaq; adeo stene-  
nus exequitur exercitus, quid e mirum si Eu- c Tradit  
phrates ab oriente, & Oceanus ab occidente, i. Romani im-  
tēmq; à meridiano tractu Africæ fertilißima te- perj.  
gio, & à septentrione Rhenus atque Danubius  
sunt imperij limites: cum minore esse possiden-  
tibus possessionem recte quis dixerit? Hæc ergo  
prosecutus sum, non tam proposito laudandi  
Romanos, quam solatio deuitorum, & vt nouarum  
terram cupidos deterrem: fortasse au-  
tem & ad experientiam proderunt bonarū at-  
tiuum studioris, Romanæ instituta militiz ne-  
scientibus: redeo tamen vnde digressus sum.

Imperii Placidi contra Isagoram.

C A P. I I I.

V Espasianus quidem vna cum Tito filio in  
Ptolemaide iactum degens, ordinabat

*An. mundi 4031.* exercitum: At verò Galilzam peruerserat Placi-  
dus, vbi maximam eorum quos comprehendis-  
set multitudinē interemis: hæc autem fuit Ga-  
lilzorum imbecillior turba, animisq; deficiens:  
69. pugnacissimos autem ut videt semper in ciuita-  
tes confugere, quas Iosephus communiesat, in  
a Placidus <sup>4</sup> lotapatan, quæ omnium tutissima erat, impe-  
ni lotapatiā cum verit: existimans eam repente agressio  
Imperiū vir faciliū captum iri, magnāq; & sibi ex ea re-  
tie, repulsiū alios apud restores gloriam comparandam, &  
verò aufu- illis cōmodum ad reliqua maturius explicāda,  
gī. quasi in etiū cesseris aliis ciuitatibus, si quæ vali-  
dissima esset, occupatam vidissent. Multū tamē  
opinione doceptus est: lotapateni enim, cum e-  
ius impetum præsenfissent, propè ciuitatem ad-  
venientem excipiunt: congressisque cum Roma-  
nis ex improviso plurimi & ad pugnam parati,  
acciona & alaeres (quippe ut pro salute patriz,  
item coniugum liberorumque dimicantes) in  
fugam ens vertūt, multiq; sauciant, septem se-  
luti interfec̄tis: quia neq; inordinatè pugna de-  
cesserant, septisque vndeque corporibus leuites  
fuerant vulnerati: cum ludiū quoque magis e-  
minus iaculati, quam manus conserere inermes  
omni armatis confiderent. ex ipsis autem ludiū  
teres ceciderunt, paucis præterea sauciatis. Placi-  
das igitur ab oppido repulsus aufugit.

### Galilas à Vespasiano innadire.

#### C A P. V.

*In Vespasia-* Galilzam b verò Vespasianus ipse supiens  
nus Roma- inuadere, ex Ptolemaide proficiscitur, or-  
norum mil- dinato militū itinere, sicut Romani cōsueverūt.  
cum iter er- Auxiliatores enim qui leuius armati essent,  
Giles. itēmque sagittarios p̄trire iussit, ad repenti-  
nos incursus hostium cohibendos, & ut suspe-

qas atque opportunas insidiis sylvas scrutantur. Hos sequebatur Romani peditatus equitatisque pars: post quibus è singulis centuriis deni armaturam suam ferentes, mensurásque castorum. Post hos stratores viatum ibant, qui aggressi maligna corrigerent, ac aspera complanaret, sylvasque obstantes præciderent, ne perplexo itinere fatigaretur exercitus. Deinde suás, itéramque subiectorum sibi rectorum sarcinas, & tutelae causa multos cum his equites ordinavit. post quos ipse veniebat, leatos pedites equitesq; nec non & lancearios secum ducens equitumq; præterea suorū agmine comitat⁹. De singulis enim turmis proprios cétum & viginti equites depuitos habebat. hos sequebantur, qui expugnandis ciuitatibus machinas & cetera tormenta portarent, deinde rectores, itemque præfetti cohortibus tribuni, stipati lectis militibus, & post hos circum aquilam signa alia, quæ omnibus apud Romanos agminibus præstet, quod & vniuersalium avium regnum habeat, & sit validissima.

Itaque illam & Principatus insignie potant, & a Aquilam omen victoriz quo scunq; bello petierint. Sa- Romanis etras verò signorum effigies sequebantur corni- Principatus cines, & post eos acies, in latitudinem senis digesta militibus. hisque adhærebat ex more qui- omen victori- dam centurio, disciplina atque ordinis custos. ria potant. Serui autem singularum legionum cuncti cum peditibus erant, mulis aliisq; iumentis vehentes militum sarcinas. Postremum agmen, in quo erat mercenaria multitudo, cogebant armati pedites, equitumque non pauci. Ita peracto itinere, Vespasianus cum omni exercitu ad fines Galilee petuerit: ibique positis castris, quamvis promptos ad bellum milites continebat, vna & ostendendo exercitum, quod hostes metu percelleret, spatiūque indulgen do persistuunties

An. mundi  
4031.  
A Christo  
nato 69.

An. mundi 4031. si quis ante prælium voluntatē mutaret, nihil  
4 Christi minus autē mīnorū instruebat obsidium. Itaque  
anno 69. multos quidē rebelliones fugere vel solus fecit  
ducis aspectus: metum verò vniuersis incussit.  
Iosephi enim socij, qui nō longè à Sepphorī ca-  
stra posuerant, vbi bellum appropinquare co-  
gnouerunt, & iam iamque Romanos prælio se-  
cum coagl. effusos, non modo ante pugnam, sed  
antequam hostes omnino conficerent, fuga  
a Iosephu & disiecti sunt. cum paucis autem relictus<sup>2</sup> Iose-  
phus, ubi animaduertit neq. se ad excipiendos  
in Tiberiada hostes sufficientem manum babere, & Iudzorū  
confuge. animos concidisse: ac si fides his haberetur, ple-  
bisque libenter ad hostes defectū ire: iam tum  
quidem bello omni abstinebat: quād longissi-  
mè autem periculis abesse decreuit, abductisq.  
qui secum remanserant, in Tiberiada confugit.

*Gadara expugnatio.*

## C A P. V I.

**V**espasianus autem Gadarenium ciuitatem aggressus, primo impetu capit, quod cā pu-  
gnaci multitudine vacuam reperisset. Deinde  
hinc transgressus interius, cunctos puberes in-  
terfocit, cū Romanos odio gentis, & clavis me-  
moria, quam pertulerat Cestius, nullius statis  
misericordia commoueret. Incendit autem nō  
solum ciuitatem, sed etiam omnes circum vi-  
cos, & oppidula quædam penitus desolata, nō  
nulla quorum habitatores ipse cepisset. Iose-  
phus autem, quam ruitiois causa optauerat ci-  
uitatem, ipse metu repleuit. Nam Iiberienses  
nunquam eum, nisi de omni bello desperasset,  
in fugani versum iti credebant: neque in hoc  
eos voluntatis eius fallebat opinio. Videbat e-  
nim res Iudzorum quorsum euadereat: vañque  
illos

Illos viam salutis habere, si propositum mutauissent. Ipse verò, quamuis adhuc sibi speraret à Romanis veniam tribuendam, mori tamen scèpè maluisset, quām prodita patria, cum dedecore administrationis sibi creditz, apud illos feliciter agere, contra quos fuerat missus. Deceuit a igitur Hierosolymam primatisbus, quemadmo- a Josephus dum sese res haberent, cum fide perscribere: ne ab Romanis vel nimis extollendo vires hostium, timiditatis sibi umeret, & mox argueretur: vel minus aliquid nunciando, Hierosolymam fortasse cœpti etiam poenitentes ad ferociā re- manū prima uocaret: utque si foedus eis placebet, gītō rescri- sib[us] scribit, berent: aut si bellandum esset, dignum ei cōcta Romanos exercitum mitterent. Ille quidem hac epistola scrips, maturè mittit qui Hiero- solymam literas ferret.

*Iotapata obſidia.*

C A P. V I I.

V Espasianus autem Iotapatā excindere cupiens nam in eam plurimos hostium refusisse cognouerat, & præterea validissimum hoc eorum esse recepaculum) præmittit pedites cū equitibus, qui montanum iter coquarent, sa- xis asperum, ac pedestibus quoq. difficile, omnino verò equitibus inuium. Et hi quidem qua- triuo fecere quod iussum est, latamq. aperiuerere exercitui viam. Quinto autem die, qui Mensis Maij vigesimus & primus erat, prior b Josephus b Josephus in Iotapatam ex Tiberiade venit, abiectosque in Iotapata Iudæorum spiritus erigit. Cum verò transiit ex Tiberiaco, eius Vespaliano quidam transfuga nunciasset, de venit, vtq. mox ciuitatem peteret incitaret, veluti cū ea totam Iudæam capere posset si Josephū sub- jugasset: hoc ille nuncio pro maxima felicitate percepto Dei prouidentia factū ratus, vt qui ho- stium prudentissimus videretur, vltro se etiam in cypriodiam traduceret voluntariam: statim

*Annum mundi  
4031.  
A Christo  
nato 69.*

# FLAVIUS JOSEPHUS

**An. mundi 40. s.** quidem cum equitibus mille Placidum mittit; vñaque decadarchum Ebutium, tam manu quam

**4 Christo  
mense 69.** prudentia virum insignem, circumuallare ciuitatem iussit, ne clam inde Iosephus elaberetur.

**a Obsidio  
Jerusalem.** Postero & autem die cuncta manu comitatus ipse consequitur, & post meridiem usque acto itinere, ad Iotapatanam peruenit: adductoque in septentrionalem eius partem exercitu, in quodam tumulo castra ponit, distante ab oppido stadiis septem. Consulto autem quam maximè conspiet ab hostibus affectabat, ut visu attoniti turbaretur. quod etiam factum est: eosque tantus continuo stupor invasit, ut muris egredi nullus auderet. At Romanos tota die ambulando fatigatos, cimitatem statim aggredi pugnit: ob eam causam duplice acie circundato oppido, tertium extrinsecus agmen equitum posuere, omnes Iudeos exitus obstruentes. Sed ea res illos in salutis desperatione audaciores efficit: quippe b in bello nihili est necessitate pugnacius. Itaque postridie impetu in muros facto, Iudei primò quidem locis suis manentes, Romanis castra ante muros habentibus resistebant. postea vero quam Vespanianus & sagittarios & funditores, omnemque iaculatorum multitudinem adhibitam, missilibus in eos permisit ut: atque ipse cum peditibus in aduersum collit, unde murus expugnabilis erat, siti cepit: tunc cimitati metuens Iosephus, & cum eo cuncta Iudeorum prostoit multitudo: omnésque in Romanos pariter irruentes, procul à muris eos deterruere, multa manu simul & audacia patrando facinora. Neque minora tamē patiebantur quam faciebant, nam quantū ipsos salutis desperatio, tātum pudor incendebat Romanos, & hos quidem peritia cum fortitudine, illos autem sum, nos autem de duce iracundia ferocitas armabat. Denique cū tota die pugnatū fuisse, pugniam nos diremit;

**b In bello  
nihili est ne-  
cessitate pu-  
gnacius.**

**c Pralium  
inter Roma-  
nos & Iu-  
deos die conmis-  
sum, nos at-  
sum.** ia quo

in quo Romanorum plurimis sauciatis, tredecim interfici sunt: Iudeorum autem cum sexcenti essent vulnerati, septem & decem ceciderunt; Nihiloque minus, Romanis postridie iterum irruentibus occurrunt, multiisque fortius restiterunt: ex eo scilicet fiduciam nacti, quod eos pridie praeter spem sustinuerant. sed eos quoque pugnaciores experti sunt, quod eorum et acutitudinem pudor incenderat, vinciri credentium nisi citò vicissent. Itaque per dies quinque Romanos minimè ab aggressione cestantibus etiam Iotapatenorum excursus agebantur, murique fortius oppugnabantur. Et neque Iudei vires hostiū formidabant, neque Romanos difficultas oppidi capiendi lassabat. Etenim a Iotapata a *Vespasia paulominus tota rupes est, ex aliis quidem par-*  
*ibus, vndiq. vallibus immensis præcepis, ut ea-  
 rum altitudinem oculis deprehendere cupien-  
 tium aspectus ante deficiat.* Ab una vero tantū Boreæ parte adiri potest, ubi per transuersum latus definitè montis ædificatæ est: quod quidem ipsa muro ciuitatis Josephus fuerat amplexus, quo inaccessa essent hostibus superiora cacumina. Aliis vero circū montibus recta, prius quam in eam perueniretur, à nullo poterat conspici. Iotapata quidem sic erat communista. Vespasianus <sup>b</sup> autem & cum natura loci simul certandum putans, & cum audacia Iudeorum, incipere ob fidionem acriter staruit: aduocatisque rectorib. fibi subditis de aggressu deliberabant. Cùmque aggerem fieri placuisse, qua parte murus facilis erat accessui, totum ad comparandam materiam misit exercitum: oppidoque propinquis montibus excisis, magnaque vi lignorum & lapidum coparata, cratibusque ad evitanda iacula desuper missa per vallos dispositis, his protecti agge- se construebant, nulla autem noxa vel minima

An. mundi  
4031. A  
Christo nato  
69.

ann. mundi telorum erat, quæ de muro iacerentur. His autem  
4031. alijs terram ex propinquis tumulis erueentes, sine  
*Christo nato* intermissione suppeditabant, cunctisque trifari-  
69. riam distributis, nullus erat otiosus. At Iudei

super eorum tegmina saxa ingentia, & omne te-  
lorum genus curabant immittere: quæ licet mi-  
nimè penetrarent, magnos tamen crepitus da-  
bant, & horribile impedimentum erat operanti-  
bus. Tunc igitur Vespasianus machinis missi-  
lium circumpositis (erant autem omnes centrum  
sexaginta) in eos qui super murum astanter,  
iussit tela contendis, simulque ex catapultis lan-  
ceæ percurrebant, saxaque tormentis ingentia  
mittebantur, ignisque & sagittarū frequentissi-  
ma multitudo, quæ non solum murum, sed etiam  
totum intra factum earum spatiū Iudeis inac-  
cessum fecerē. Arabum enim sagittariorum  
manus, & iaculatoris, itemque funditores & o-  
mnes machine tela iaciebant. Neque tamē his

a Iudeis per Iudei prohibiti, ne desuper propugnatēt, quie-  
cōnos ex- ti erant, sed & excutendo per cuneos more la-  
currunt, ag- tronum tegmina operantium detrahebant, nu-  
gerēmque datōque feriebant: & vbi illi cessissent, aggere  
dissipans. dissipabant, vallorūque munimenta cum cra-  
b Iosephus tibus igni tradebant: donec Vespasianus cogni-  
sudib⁹ fixis to, huius damni causam ex distributione ope-  
per eos bonū rū contigisse, quod interie&a spatiā Iudeis lo-  
coria recen- cum aggrediendi præberēt, adunauit tegmina:  
cia exten- stium præpeditæ sunt. Erecto autem præpomo-  
qua emissus dū aggere, paulōque minus æquato, propugna-  
torum cōfli- culis, indignum esse ratus Iosephus, nihil con-  
lapi des in& tra moliri, quod oppido saluti foret, conuocat  
nuera susci- fabros, murūque altius iubet extollī. Cūmque  
perent, mu- illi tam multis obstantibus iaculis minimè ædi-  
vum alterum ficare posse affirmarent, hanc eius defensionē  
erige. excogitauit. Sudib⁹ fixis per eos bonū co-  
ria

nia recentia extendi præcepit, quæ em flos tormentis lapides finuata susciperent, quib[us]que <sup>Anno mundi 4031.</sup> repulsa tela cætera dilaberentur, & ignis humore languesceret. hisque ante fabros oppositis, illi murum die nocturnaque operando ad viginti cunctorum altitudinem erexerunt, crebris etiam turribus in eo constructis, minisque validissimis atratis. Quæ quidem res Romanis iam intrachuitatem se esse credentibus, magnum mœrorē comparauit, tam Josephi molitione, quam oppidanorum obstinatione perterritis.

*Obſidio Iudeorū a Vespafiano, &c diligenter Josephi, de qua Iudeorum exerciſione in Romanos.*

## C A P. VIII.

**A**T Vespasianus & calliditate consilij, & hostium audacia magis irritabatur, qui iam recepta ex munitione fiducia, Romanos vltro incurabant, inque dies singulos prælia ceteruantim, & cuiusque modi latrocinales doli, & eorum quæ casus obtulisset rapinæ, aliorumque incendia siebant: donec <sup>2</sup> Vespasianus retento milite a Vespasiano pugna, statuit obsidere ciuitatem, vt eam usq[ue] retenere necessariorum penuria caperet. Aut enim coactos inopia sibi supplicaturos, aut si ad finem qua, ciuitatis in eadem pertinacia durauissent: fame consumendos eius habitatores putabat: multo restans, que faciliores expugnatu fore si post intervalum rursus anxiis incubuisset. Itaque omnes exitus eorum afferuari præcepit. Illi autem frumenti quidem, aliarumque omnium rerum intus habebant copiam, præter saltem aquæ vero penuria eos affligebat: quia neque fons erat intra ciuitatem, & imbre contentis habitatoribus, rara est in illo tractu aquæ mensibus.

*sc. mundi pluvia quo tempore obfessi etiam hoc vehe-  
4031. A mentius afficiebantur, quod ascendit sit fucat  
Chrysostomo excoxitatum: quodque fieri, velut omnis aqua,*

*69. iā defecisset, & grē terebant. Iosephus enim cum*

*a Iosephus  
poenitentia  
fura ciuibus  
ministras.*

*& ciuitatem videret abundare aliis rebus, for-  
tisque animo viros esse, quo longiorum Roma-  
norum obfessionem faceret, quam sperabant, iam  
cum potū mensura ciuibus ministrabat. illis au-  
tē conservari aquam penuria gravius esse vide-  
batur: ampliorēmque cupiditatē mouebat, quod  
iūs bibendi liberum non haberent: ac velut ad  
extremam fitim peruentum esset, labori cede-  
bant. Hoc autem modo affecti, Romanos latere  
non poterant, qui ex aduerso colle trans mutū  
in unum eos confluere locum, & aquæ mensuræ  
accipere prospectabant, quod esiam balistarum  
peruentientibus telis, plurimos occidebant. Ve-  
spasianus quidem non multo post, exhaustis pu-  
teis, ipsa sibi necessitate traditum iri ciuitatem*

*b Stratego. sperabit. Iosephus b autem, ut hanc eius spem,  
ma Iosephis si auget, iussit quām plurimos per mu-  
rū minas demersa vndis atque humida vestimenta  
suspendere, ut omnes repente aqua perfluerent,  
ex quo mōror simul Romanis ac timor erat,  
cum tantū aquæ viderent eos ludibrio consu-  
mire, quos potū indigere credebant. Denique  
dux bellū etiam ipse, quia penuria ciuitatem  
posse capere desperasset, iterum consilium ad  
vīm atque armā cōuertit: Iudeis quoque id ma-  
xime cupientibus: quod nec se nec ciuitatem  
saluam fore cōcedebant, & prius quām fame vel  
sici perirent, mortem bello optabant, Iosephus*

*c Aliud  
cōsidem  
Iosephi con-  
silenum.*

*tamen prater hoc etiam aliud consilium quod  
sibi copia pararetur, per quandā vallem deuiā,  
proptereaque minus curios è habitā à custodi-  
bus excoxitauit. Mirēdo enim per occiduas eius  
partes litteras ad quos vellet Iudeos extra ciui-  
tatem*

tatem degentes, ab his omnia usui necessaria, & An. mundi  
quæ in ciuitate defecerant, accipiebat: manda- 4031. A  
to commilitibus, ut plerunque ad excubias re- Christo nato  
peret, terga velleribus tec*ti*: quæ si qui eos nu- 69.  
de vidissent, canum similitudine faillerentur.  
Idque factitatum est, donec eius fraudē vigiles  
persenserunt, vallēisque cinxerunt. Itaque tūc  
Iosephus non diu ciuitatē sustinere posse pro-  
spiciens, suāq. pariter salutem, si vellet rema-  
nere, desperans, cū optimatibus de fuga tracta-  
bat. verū id populus sensit, & circa eum fu. a *Populus*  
*sus*, ne sese negligenter, precabatur, in solo re *Iosephus*,  
cumherent. ipsum enim saluti esse ciuitati ma- ne sese ne-  
nentem, velut omnes eius causa alacri essent a- gligeret,  
nimo certatui. quod si etiam capiantur, eundē praeceps.  
solatio fore. decere autem illum nec inimicos  
fugere, nec amicos deserere, aut quasi ex nauī  
tempestate oppressa desidire. qui ad eam tran-  
quillo mari venisset. ipsum enim magis demer-  
surum esse ciuitatē, cum iam nemo audebit ho-  
ribus repugnare, si discessisset cui confiderent.  
Iosephus b autē quod sibi caueret occultans il- b *Prudentia*  
lorum commodo se exitum putare dicebat. nā *Iosephi*,  
intra-ciuitatem manendo, neque seruatis grāde  
aliquid se profuturum: & si caperentur, vna cū  
his esse frusta periturum: obsidione verò libe-  
ratum, exercitus maximo eis emolumen-  
tore: maturè enim congregatis ex territorio Ga-  
illazis, alio bello Romanos ab eorum ciuitate re-  
vocaturum, nunc autem non videre, quid apud  
eos residens utilitatis afferret, nisi quod Roma-  
nos ad obsidionem magis incitaret, vt se cape-  
rent magni pendentes: quem si fugisse cogno-  
uisserint, multum essent de obsidionis impetu re-  
missuri. Non flexit his populum Iosephus, sed c c *Iosephus*  
hoc circumstitere se magis incendit. deniq. pue- In Iorapase  
si de fenes, idque mulierculæ cum infantibus remaneb.

**Anno mundi** flentes ad eius pedes accidebant, eumque omnes complexi tenebant, & ut fortunaz socius sibi remaneret, cum vslatibus supplicabant: non inuidia salutis eius, quantum ego arbitror, sed propria spe. nihil enim se mali, remanente Iosepho, existimabant esse passuros. Ille autem si quidem paruissest, hæc pieces esse iatus: custodiam vero, si per vim cogeretur: (moltū enim propositum discessus etiam quereiarum misericordia fregerat) remanere statuit, communisque desperatione ciuitatis armatus, & nunc i-

**a Cum spes** pus, esse dicēs pugnam incipere, cum spes nulla salutis la salutis est: pulchrūmque vitā pacisci pro lau-est, bellum de, ac forti aliquo patrato facinore in memorie axiūm posteritatis occumbere: ad opera sese conuer-remediam.

**b Audacia** eu:todibus, vsque ad Romanorum castra excur-Indorum rebat, & nunc pelles aggeribus impositas, sub in extrema quibus tendebant, discerpere: nunc operibus i-desperatio gnem immittere, posterōque die similiter ac tertio & per aliquot deinceps dies ac noctes bellando non defatigabatur. Sed Vespasianus

Romanos his excursibus male affectos aspicies (nam & teiga dare Iudeis pudebat, & fugientes insequi armorum pondere tardabantur: cum Iudei semper aliquid agentes, priusquam pate-sentur, in ciuitatem refugerent) armati impērat, vt eorū impetum declinarent, neve cum hominibus mortis auidis manum consererent. Ni-bil esse fortius desperatis. Restingui autem illo-

**c Vespasia-nus per sa-gittarios funditores Indos re-pellit.** rum impetus si proposito frustrentur, quasi flā-mam si materiam non inueniat. Ad hoc opor-tere Romanos cautius quzrere victoram, au-gendz possessionis causa, nō ex necessitate pu-gnantes. Per sagittarios autem Arabum & Sy-riz & funditores, pérque saxa tormentis emissa plecyaque repellebas Iudeos, nulla cāim telo-

Tum machina quiescebat. Illi autem his quidem *av. mundi*  
malè accepti cedeant: verū minus missa in- 4031.  
tra iactum subeuntes, saeuus Romanis instabat: *A Christo*  
cū neque corpori, neque animæ parcerent, sed *uero 69.*  
per vicem virinque pugnaret. suorum quisque  
laborantibus subuenientes.

*De oppugnatione Vespasiani contra Ierapatanam, ani-  
te, & aliis tormentis bellicis.*

C A P. I X.

**I**gitur Vespasianus vltro se existimans, longi-  
tudine temporis, hostiūmque incurribus obſi-  
deri, cū prop̄ iam muris aggeres æquaentur,  
arietem admouere decreuit. Est autem aries, a *Ariet.*  
immensa materia, malo nanis assimilis, cuius  
summam graui ferro solidatum est, in arietis  
effigiem fabricato, vnde etiam nomen accepit.  
dependet autem funibus medius ex trabe alia,  
velut ex trutina, palis utrinque fultus, bene fun-  
datis, retrosum autem magna virorum multi-  
tudine repulsus, iisdemque simul rursus impel-  
lentibus missus, in fronte prominēte ferro moe-  
nia percutit: nec est illa tam validā turris: aut  
murorum ambitus adeò latus, vt eti priores i-  
quis fortiter sustinuerit, assiduos vincat. Ad hu-  
ius periculum rei duci Romano transfire pla-  
cuit vi capere oppidum properanti: quoniam  
perniciosa videbatur obſidio, Iudeis minimè  
quiescentibus. Itaque Romani quidem bali-  
stas ceterisque missiliis machinis, vt facilius  
feritentur qui de muris obſtare tentassent, pro-  
pius adhibitis utrebantur: neque sagittarij aut  
funditores longius aberant, cum vero ea cau-  
sa muros nemo auderet: iphi arietem applicabant cratibus defuper itemque pel-  
libus septum, tam pro sui defensione quam ma-  
chinas. Et primo quidem impetu mania con-

# FLAVIUS JOSEPHUS

**A. mundi** cassa sunt: clamórumque oppidanorum, velut iam  
capti essent, maximus factus est. Josephus & au-

4031.

**A Christo**  
**anno 69.**

**a Josephus**  
**commeum,**  
**quo vim ma-**  
**chiravantia**  
**tim falleret,**  
**extinguantur.**

tem eundem locum sèpè feriri, neque mul-  
to post murum disturbatum iri prospiciens,  
quo commento vim machinæ paulatim falle-  
ret excogitauit. Saccos enim paleis confertor,  
quæ semper impetum arietis ferri viderent, de-  
mitti iussit ex muro: vt eo modo secundi iugos  
errarent, aut etiam excepta vulnera laxi-  
tas frustraretur. Quæ quidem res multum Ro-  
manis mortæ attulit. nam quocunque hi machi-  
nam conuerterent, contra illi qui super mu-  
rum stabant, palearum traducentes saccos, icti-  
bus supponebant: nihilque murus repercussio-  
ne ladebatur, donec etiam Romani aduer-  
sus hoc aliud machinati sunt: proceris entu-  
contis expeditis, in his summis fasces quibus  
saccos abscederent alligarunt. Cum autem hoc  
modo efficax esset opus arietis, ac mutus (qui  
recens ædificatus erat) iictibus cederet, quod re-  
liquum erat, Josephus eiisque socij ad ignis au-  
xilium se contulerunt: accensumque totu quod  
atidæ fuit materiæ, tribus ex locis p̄titer in-  
flammarunt, vñaque machinas & propugnacu-  
lab Romanorum & aggeres concremarunt. Illi  
verò non sine malo subueniebāt, audacia simul  
eorum territi, & ne adiumento essent, flammis  
proruentibus impediti: quæ aridum nocte fo-  
mitiem, & præterea bitumen ac picem, necnon  
etiam sulphur. opinione citius volitabant: ope-  
ratiq. Romanoru multo labore curata, vnius ho-  
re spacio pessum dederunt. Hic etiam vir qui-  
dam Iudeus, prædicatione ac memoria dignus  
inuētus est, Simzi filius Bleazarus, cui Saab Ga-  
lilæ patris fuit. Is enim saxum ingens altè su-  
blatum, tanta vi super arietem ex muro dimi-  
xit, ut machina caput abrègiceret, idq. ex mediis  
hostibus

**b. Josephus**  
**machinas**  
**& propug-**  
**nacula Re-**  
**manorum &**  
**aggeres con-**  
**cremas.**

**c. Eleazar**  
**robur & au-**  
**dacia.**

hostibus saltu ad eos delatus auferret, nulloque  
metu reportaret ad murum. Postremò tan-  
quam signum quo tela mitterent, hostibus pro-  
positus, nudo corpore quinque sagittarum vul-  
nibus fixus est: et rūmque nulla respecta, ubi

An. mundi  
4031. A  
Christiane  
69.

murum ascendit, unde iam videri ab omnibus  
poterat, sua audacia ibi constitit: contractus  
que dolore plagarum cum aciete decidit. Post

hunc & fortissimi extiterunt duo fratres Netiras  
& Philippus de vico Ruma Galilæi. Qui cùm  
super milites decimæ legionis prosiliissent, tan-  
to impetu vique irruerunt, ut & aciem Roma-

<sup>a</sup> Netira &  
Philippus cō-  
tra Roma-  
nos anda-  
cia.

norum perrumperent, qui que aduersum erant,  
omnes in fugam vetterent. Præter hos Iosephus  
quoque & cætera multitudo, raptis ignibus, ma-  
chinis & refugis, cum operibus quinto itéma-  
que decimæ, eis quæ tertia dederat legionis

incendunt. Cæteri autem qui mox consecuti  
sunt, & instrumenta & omne genus materiæ  
obruerunt. Rursus autem Romani sub vesperam,

erectum aciem ad eam muri partem <sup>et</sup>, quæ pri-  
dem quassata fuerat, appulere: ibisque b propu-  
gnatorum quidam Vespasiani plantam sagitta ni planum

percussam leviter vulnerat, quia vis teli spacio male sagit-  
defecisset. Maximam tunc id Romanis pertur-  
batione fecit. his enim qui propè aderant viso vulnerat.

sanguine percœritis, per omnem fama cucurrit  
exercitum: relictaque obsidione, plerique cum

stupore atque formidine ad ducem belli con-  
curabant: & ante omnes Titus aderat metuens  
patri. Unde cōtigit, ut & benevolentia circa re-  
gorem, & filij trépidatio confunderet multitu-  
dinem. Facile ramen pater & timore filium, &

perturbatione liberavit exercitum, superato e-  
anim dolore vulneris, & ab omnib. qui fui causa c Bellum in-  
pertinuerunt conspicie studens, bellum in Iu- Indice re-  
dito scimus: jacit autem, nō valut visus: quisq; lyp- uratur.

Anno m<sup>eridi</sup> peratoris omne periculum adire cupiebat: &  
 4031. clamore alius alium adhortantes, murum pete-  
 bant. Iosephus autem cum suis, licet assiduis ba-  
 listarum itenique tormentorum istib[us] cade-  
 rent, nequaquam tanien deterrebantur a muro:  
 sed flammis & ferro & saxis eos apetebat, qui  
 arietem protegendi cratibus impellerent. Nihil  
 autem aut parum proficiebant, cum sine in-  
 tervallione procumberent in conspectu ho-  
 stium positi, quos ipsi contra videre non posse-  
 nam & suis ignibus collucebat, tanquam si dies  
 esset, & certum erant signum quo tela ditege-  
 rent: machinisq[ue]; procul non apparentibus, mis-  
 a V<sup>er</sup> Roma  
 nerum iace-  
 bratu.  
 filia cauere non poterant. Ergo propterea tam  
 catapultarum quam iaculatorum vi simul multi  
 transfigebantur: missaque machinis saxa & mu-  
 rotum minas auferebant, & frangebant angulos  
 turrium. virorum autem nulli tam fortiter con-  
 stipati erant, ut non usque ad extremam aciem  
 saxy magnitudine ac violentia sternerentur.  
 Sciet autem aliquis, huius machinæ vis quan-  
 tum valeat, ex his qua illa nocte contigerunt,  
 in muro cuidam ex circumstantibus Iosepho, sa-  
 xo percussio caput auulsum est, eiusque ad ter-  
 tium stadium veluti funda excussa caluaria. In-  
 terdiu quoque prægnantis fœminæ transfe-  
 vtero, ad dimidium stadium infans abactus est:  
 tanta tormento vis fuit. Ergo machinis terribi-  
 lior erat impetus & missilium strepitus. Crebrè  
 autem mortui, cum per muros deiicerentur, fo-  
 nabant. & acerbimus quidem intus excitaba-  
 tur mulierum clamor: extinsecus autem occa-  
 bentium gemitus concrepabant: torusq[ue]; ambi-  
 tus muri, ad quem pugnabatur, sanguine con-  
 fluebat, iamq[ue]; ascendi poterat congestione ca-  
 danerum. montes autem resonates, multo am-  
 plius horrorem augabant: nec quicquid illi no-  
 & u

Et defuit, quod vel auribus vel oculis terrorē *An. mundi*  
 posset incutere. Plurimi quidem pro Iotapata *4031.*  
 decertantes, fortiter ceciderunt, plurimi etiam *A Christo*  
 sauciati sunt, & tamen vix circa matutinas vigi- *4069.*  
 lias murus ailiquis machinarum i&tibus cessit.  
 Tumque illi quidem corporibus atque armis eā  
 partem quæ delecta fuerat, priusquam Romani  
 pontes apponenter, mūnierunt.

*De iusta impugnatione Iotapatenorum.*

## C A P. X.

**M**ane autem Vespasianus ad occupandam *Vespasia-*  
*civitatem* iam ducebāt exercitum, ex no- *num ad occu-*  
*nō* labore paululum recreatum. Idēmq. cu- *pandam ci-*  
*piens* de conulsa muri parte alios propugna- *uitatem, ex-*  
*tore*s depellere, equitum quidem fortissimos e- *rcitum dī-*  
*quis* depositos trifariam collocavit: ut recti armis *cit.*  
*dirutum latus* vndeque obſideret, contibsq. præ-  
*tenderent:* & cum pontes admoueri cœpissent,  
*ipſi* priores introirent. Post illos autem pedites  
*validissimos* ordinauit. Reliquam verò equitum  
*multitudinem* secundum muti ſpacium per mo-  
*tana loca* diſtendit, ne quis fugiens excidiū ci-  
*uitatis* lateret. Deinde qui hos ſequerentur cō-  
*rituit* sagittarios, paratas sagittas habere iussos:  
*funditores* quoque ſimiliter, & appofitos ma-  
*chinis*. Aliis autem integris muri partibus scalas  
*applicare* præcepit: ut qui hos prohibere ten-  
*tassent*, deiectæ partis defensionē relinquerent:  
*exterique* omnibus ſimul telis oppreſſi, violen-  
*tiz* irrumpentium cederent. Iosephus <sup>b</sup> autem *Iosephus*  
*hoc* conſilio cogito, per mutum quidem inte- *cōtra hostes*  
*grum* labore fatigatos itēmque ſenes disposuit,  
*quasi* lædi non poſſent: in parte verò collapſa  
sed etiam nostrorum auxilia praeuenire debemus, ut prius victoriam, qua tantas copias pauci superamus, et a ciuitate soli patiamur. Simul his dictis consecedit equum, atque ad lacum decurrat, & per eum properè ciuitatem ingreditur, quem cæteri consecuti sunt. pauor autem eius audacior murorum defensores inuasit, & pugnare quidem, vel prohibere venientem, nemo sustinuit. relictis<sup>a</sup> autem excubiis, Iesus quidem a Iesu cum sociis in agros effugit: alij vero decurrentes socii ad lacum, in manus hostium contra venientium gressu effugit. incidebant: mactabantur autem alij cum scaphas scandent, itemque alij, cum iam prouectos a se qui natando conaretur, plurimaque per ciuitatem fiebat hominum cædes, aduenarum quidem resistentium, qui non effugissent, indigenarum vero sine pugna, quoniam spes eos fœderis & conscientia quod belli consilium non habuerant, a prælio deterrebat: donec Titus nocentibus interemptis, miseratus indigenas ab internectione requieuit. At qui in lacum confugerant, ubi ciuitatem captam viderunt, quam longissime ab hostibus, recesserunt. Titus<sup>b</sup> vero missis equitibus res gestas patri nunciat. Quibus ille compertis, quod necesse fuit, & filij virtute admodum lætus, & facinoris claritudine (maxima enim belli pars videbatur exempta) sum quidem statim circumdari ciuitatem custodibus iussit, ne quis ex ea subterfugeret, cædemque euaderet. postero autem die cum descendisset ad lacum, rates aduersus illos, qui eò refugerant, fabricari iussit, quæ tam materialium copia, quam artificum multitudine mature contexta sunt:

An. mundi  
 4031. A.  
 Christo nato  
 69.

b Titus res gestas & vi-  
 toria patrum  
 nunciat.

An. mundi

4031.  
A Christo  
anno 69.

CAP. XVIII.

**L**acus autem Genesar quidam à terra conti-  
nente appellarunt. xl. verò stadiis in latitu-  
dine patens, centumq. in longitudine, aquæ dul-  
cis est atque potabilis. Palustri enim crassitudi-  
ne tenuiores habet latices: & vndique in littor-  
a ac arenas desinens, purus est, ac præter hoc  
temperatus ad hauriendum: & fluvio quidem  
sive fonte lenior est, semper autem frigidior,  
quàm lacus diffusio patitur, manet: æstiuisque  
noctibus eius aquæ sub diuo perflatæ, nequa-  
quam æribus cedunt: id enim facere indigenis  
moris est. Varia autem sunt in eo pisciū genera,  
ab alterius loci piscibus tam sapore quàm spe-  
cie discreta: mediūsq. a fluvio Iordanē secatur.  
Cæterū Iordanis fons Paniū esse videtur: sed  
te vera huic terra conditus fertur ex ea quæ vo-  
catur Phiale. Hæc autem est, quàm in Trachoniti-  
dem ascenditur ad cxx. stadium à Cæsarea, ad  
dextram non longè à via. Et propriè quidem ex  
rotunditate Phiala dicitur lacus, rotæ speciem  
præfens. Semper autem intra eius labra cohi-  
betur vnda, nunquam deficiens vel exuberans.  
Cùmque interim hoc esse Iordanis principium  
nesciretur, à Tetrarcha quondam Trachoniti-  
dis Philippo deprehensum est. Is nanque missis  
in Phialen paleis, inuenit eas apud Planiū red-  
ditas, vnde antea fluvius nasci credebatur. Na-  
turalis quidem pulchritudo Panij, regiis opibus  
& Agrippæ diuitiis magnificètius accurata est.  
Manifestum autem lumen Iordanis ex hoc an-  
tro incipiens, Semechonitis quidem lacus palu-  
des secat coenosas: centum autē & viginti aliis  
**b** Descriptio præteritis stadiis, post oppidum Iuliada, Gene-  
sar. **b** latum medium transversum, deinde  
multam

multam per solitudinem in Asphaltitem lacū An. mundi  
403. A  
Christo nasc  
69.  
 exit. Ad Genesar verò lacum eiusdem nominis  
 terra prætenditur, natura simul & pulchritudi-  
 ne admirabilis. Nullum <sup>a</sup> enim ipsa pro vber-  
 tate sui negat arbustum, totamque plantis con-  
 seuere cultores. cæli verò temperies etiam di- a Fertilitas  
Genesar.  
 ueris aptissima est. nuces enim, quæ arborum  
 maximè frigoribus gaudent, infinitæ florescūt,  
 vbi etiam palmæ, quas nutrit calor ætius: has  
 iuxta ficus & oleç, quibus arcta mollior destina-  
 ta est; vt naturæ magnificentiâ hanc esse quis  
 dixerit, vim adhibentis vt in vnum conueniant  
 inter se repugnantia, annique temporum con-  
 zentionem bonam, veluti singula peculiari stu-  
 dio terræ fauerent. non enim solùm nuttit præ-  
 ter opinionem poma varia, sed etiam seruat, e-  
 gregia quidem, & quodammodo regnantia.  
 Vuas sanè & caticas sine intermissione decem  
 mensibus suggerit, cæteros verò fructus anni  
 spatio senescentes. Nam præter aeris lenitatem,  
 & fonte quoque irrigatur vbetimo, qui Capet-  
 naum ab indigenis appellatur. Eum nonnulli  
 venam esse Nili fluminis opinantur, quod simi-  
 lies coracino Alexandrino generat pisces. Lon- b Lægitudo  
& latitudo  
Genesar.  
 gitudo autem regionis secundum littora co-  
 gnominis lacus triginta stadiis extenditur, &  
 latitudo viginti. Horum quidem natura eius-  
 modi est.

### Taricheatum excidium.

### C A P. X I X.

Vespasianus autem perfectis ratibus, imposi-  
 ta manu militum, quanta in eos qui lacu  
 effugerant satis esset, vna prouehitur. Illi <sup>c</sup> autē c Bellum nū  
 neque compulsi ad terram euadendi facultat̄ <sup>nata</sup> contra  
 habebant; infestis omnibus, neque nauali Taricheat̄.  
Y illij

An. mundi bello pari conditione pugnandi. nam & scaphæ  
4031. paruæ, atque piraticæ aduersus rates infirma erant: & cùm pauci singulis veherentur, cunctis simul instantibus Romanis appropinquare metuebant.

Ad Christo  
nato 69. Veruntamen circum rates nauigando, nonnunquam etiam propè accedendo, lapidibus Romanos eminus appetebant, aut cominus etiam iritando feriebant: plus autem ipsis utroque modo nocebatur. nec enim saxis quicquam præter crebros sonitus agebant, quoniam contra septos armis iaciebantur, cōtiguique sagittis eorum afficiebantur. & si accedere proprius ausi fuissent, priusquam facerent aliquid, patiebantur: cùmque ipsis nauigiis mergebantur. Multos autem vulnera inferre tentantium qui pilis contingi possent, alias desilendo in scaphas Romani gladiis transfigebant: nonnullos, concurrentibus inter se ratibus in medio deprehensos cum nauiculis capiebant. Submersorum autem qui capita sustulissent, aut sagittis præueniebantur, aut ratibus occupabantur: & si desperatione compulsi inimicis ad natare tentassent, eis vel manus vel capita truncabantur, plurimisque passim ac varius erat interitus eorum: donec in fugam versi, ceteri terrenæ appulsi sunt, circumclusis nauiculis suis.

a Victoria  
Vespasiani  
in lacu Ge-  
nesar contra  
Taricheau. Exclusi autem multi quidem in ipso lacu telis configebantur: multos vero in terram egressos peremebant Romani: mixtum autem sanguine, pleumque cadaveribus cerneret totum lacum. Nullus enim saluus evasit. Acerbus autem secutis diebus odor illam regionem oppressit & facies. nam littora quidem naufragiis simul plena erant, & corporibus tumidis, calescentes autem ac tabefacti mortui, cœli tractum corruptebant, ut non Iudeis solum ille casus mirabilis videretur, verum etiā autoribus ipsis esset

Et inuitus. iste quidē illius prælij naualis exi- Ann. mundi  
 tus fuit. Petierunt & cum his, qui pridem in ciu- 4031.  
 tate cecidere, sex millia & quingenti. At Vespasianus, A Christo  
 pugna peracta, pro tribunali apud Tar- nato 69.  
 cheas fessidens, aduenam populum ab indigenis  
 secernebat, qui autor belli exitisse videbatur.  
 & an hi quoque seruandi essent, cū rectoribus  
 deliberabat, his autem affirmantibus eorum li- a Extrem na-  
 berationem detrimento futuram: nec enim di- ualū præfī,  
 missos quiescere posse homines, qui & patriis quingentē  
 carerent, vimque adhibere ac bellum inferre in quo sex  
 possent ad quos configiſſent: Vespasianus b sa- millia &  
 lute quidem indignos esse eos, contrāque ser- in sum re-  
 uatores suos nouerat euasuros: sed de eorum mortis genere cogitabat. Nam si ibi occideren- Iudeis deli-  
 tur, non perperciuros suspicabatur indigenas, tot beras.  
 apud se supplices obtruncari: fidēque interposi-  
 ta deditis vim pigebat afferre: verū ab amicis  
 superabatur, nibil in Iudeos non licere dicenti-  
 bus: quodque utile esset, honesto debere præ-  
 poni, cū vtrumque obtinere non posset. Indu-  
 abitata igitur concessa licentia, solo eos itinere,  
 quod Tiberiada ducere, exire permisit. Cām-  
 que illi facilē his quæ cupierant credidissent, &  
 quo iuſſum fuerat comitati, neque pecuniis suis  
 quicquam metuentes abirent: totam ad Ti-  
 beriada usque viam Romani ne quis euaderet,  
 occupauerunt: eosque in ciuitatem inclusos,  
 mox insecurus Vespasianus omnes in stadio cō-  
 stituit. Et seniore quidem cum imbellibus, qui  
 mille ducenti erant, iussit occidi: iuuenum au-  
 tem validissimos sex millia lectos, ad Isthmon  
 Neroni transmisit. Ceteram vero mukitudinē  
 trīginta millia & quadringentos vendidit, præ-  
 ter alios quos Agrippæ donauerat. nam his c Distractio  
 qui ex eius regno essent, facere quod vellet ipse venduisse  
 permisit. Verū & istos Rex vēdidi. Reliquā Iudeorum

*An. mundi 4031.  
A Christo  
anno 69.*

vulgus erant Trachonitæ & Gaulanitæ & Hippo peni, plurésque Gadaritæ, seditionis & fugitiui, & quibus probra pacis bellum conciliant. Capti sunt autem sexto Idus Septembri.

## SUMMA CAPITVM LIBRI IIII. DE BELLO IUDÆICO.

- I. Obsidio Gamalenium.
- II. Itaburium mons occupatur à Placido.
- III. Excidium Gamala.
- IV. Giscala à Tito capitur.
- V. Hierosolymitanus excidij initium.
- VI. Idumaerum aduenientia pro Hierosolym. &c.
- VII. De clade Iudaorum ab Idumeis facta.

### Obsidio Gamalenium.

#### C A P. I.

a ROMANO-  
RUM contra  
Iudeos vi-  
toria.



VICINIS QVIZ autem Galilæorunt  
Iotapatis excisis à Romanis defece-  
rant, hi se ad eos postquam Taricheatæ  
superati sunt, applicabant: omniqz  
Romani castella & ciuitates ceperant, præter  
Giscalâ, & qui montem Itaburium occuparant.  
Cum his autem rebellarat Gamala ciuitas, con-  
tra Taricheas posita supra lacum, quæ ad si-  
nes pertinebat Agrippæ, itemque Soganzæ &  
Seleucia. Et hæc quidem Gaulanitidis regio-  
nis erant ambae: Soganzæ superioris partis, cui  
nomen est Gaulana: & inferioris Gamala. Se-  
leucia vero ad lacum Semechonitem, triginta  
latum, & sexaginta stadiis longum, paludésque  
suas ad Daphnoen usque tendentem. Quæ regio  
etiam alias sit deliciosa, præcipue tamen fontes  
habet,

habet, qui minorem (quem sic appellant) Iordanem \* alentes, sub auro Ionis templo in maiorem deducunt. Soganan quidem ac Seleuciam Christo nato colentes in principio defectionis Agrippa sibi foedere sociauerat. Gamala b verò ei non cedebat freta locorum difficultate, aut plius quam Iotapata: lugum namque asperum, ex alto monte deductum, medium ceruicem erigit: & ubi supereminet, in longitudinem tenditur tantum contrà declive, quantum à tergo, ut cameli similitudinem præferat: unde nomen etiam duxit: nisi quod expressam vocabuli significacionem indigenæ seruare non possunt. Et à fronte quidem & lateribus, in valles inuias scinduntur. Pars verò qua de monte pendet, paululum difficultatem refudit. Verum & hanc partem, per obliquum excisa fossa, indigenæ iuiam fecerant. Domus autem crebræ per prona, erant adiectæ, nimiōque præcipitio casuræ similis ciuitas intra se decurrebat, in meridiem vergens. Australis verò collis immensa editus altitudine, visum arcis sine muro ciuitati præbebat, et pésque superior ad profundam pertinens vallem. Pons autem intra muros erat, in quem oppidum definebat. Quamuis autem natura inexpugnabilis esset ciuitas, tamen etiam Josephus cum murorum eam ambitu cingeset, fossis & corniculis reddidit firmorem. Eius autem habitatores, natura quidem loci confidentiores erant, quam Iotapateni: sed multo pauciores, minūsque pugnaces: si rūsque freti difficultate, plures se hostibus putabant. nam plenaerat ciuitas, multis in eam quod esset tutissima, confugientibus. Unde ab Agrippa quoque permisit ad obsidionem, per menses VII. restitere. Vespasianus autem profectus ex Ammaunte, ubi pro Tiberiade posuerat castra (Amman autem

An. mundi  
4031. A  
69.

a Fons Iordanus.  
b Gamala fuisse.

c Gamala ciuitas in expugnabili & firma.

*An. mundi 4031.* si quis nomen interprete tur, aquæ calidæ vocatur. Ibi enim eiusmodi fons est, sanandis corporum vitiis idoneus) Gamalam & peruenit, & totam quidem ciuitatem, ita ut diximus positam,

*69.* custodia circumuallare nequibat. quæ verò fieri a *Vestasia* posset, excubias collocauit: montemque occupat *Gama*-superiorem: in quo milites castris, ita ut assolet, *Iam obsides*. muro circundatis, opus aggerum postremo accredituntur. Et à parte quidem Orientis summo

Supra ciuitatem loco turris erat: ubi & quinta-decima legio necnon & quinta cōtra mediān ciuitatem operabatur: fossas autem decimā repleuit & vallēs. Inter hęc Agrippam Regē, cūm accessisset ad muros, eorūmque defensoribus de

*b Agrip-* traditione loqui tentat, funditorum quidam *pam Regens* ad dextrum cubitum lapide percutit. Et ille funditorum quidē propterea familiaribus suis circumseptus quidam la- est. Romanos autem ira simul ob Regem suī-pide pereu- que metus ad obsidionem protinus incitauit: tit.

*c Romanī* nullum Iudeos crudelitatis modū in alienigenas atque hostes prætermissum ire credētes, qui *Gamalam* circa gentilem suum, & eorum quæ ipfis concu-expugnant, cerent suasorem, tam immanes fuissent. Aggeti-

bus autem manus multitudine, operisque consuetudine citò perfec̄tis, machinas applicabant. Chares autem & Iosephus (nāmq. ipsi erant op̄idianorum potētissimi) armatos licet metu percussos ordinauere: & quanquam non diu obsidionem posse sustinere arbitrabantur, quibus aqua itēmque alia usui necessaria non sufficerent, adhortati tamen eos ad mœnia produxerunt. Et paulisper quidem machinis aduentētibus repugnarūt. balistis autem tormentisq. percussi, in oppidū recesserunt. Itaque Romani tribus ex locis aggressi murum arietibus quatinti & qua deictus fuerat, infusi magno cūm armogum strepitu at tubarum sonitu, ipfī quoque insar-

insuper vulantes cum oppidanis confligebant. *An. mundi*  
 illi autem ad primos aditus interim pertinaces,  
*4031.* *A*  
*Romanis ne vltra progrederentur obstabant.* *Christiana*  
*Caterum vi & multitudine superati; vndiq. ad* *69.*  
*excelsa ciuitatis loca fugiunt. deinde reuerten-*  
*tes instantibus sibi hostibus incutimbunt: illisq.*  
*impingendo per declivia, locorum difficultate*  
*& angustia depresso interficiebat.* Romani au-  
 tem cum neque à vertice imminentibus repu-  
 gnare, neque in partē aliquam evadere possent,  
 prono eos urgentibus hosti bus, in domos ho-  
 stium planō cōtiguas refugiebant. sed <sup>a</sup> hæc re-  
 pletes labebātur, quod pondus sustinere nō po-  
 terant: vñaq. deiecta multas inferiores, itēmque  
 ille alias deturbabant. Ea res <sup>b</sup> plurimos Roma-  
 norum morte consumpsit. incerti enim quid fa-  
 cerent, quamvis subside tecta viderent, tamē  
 eō conuolabant, arque ita multi quidem ruinis  
 opprimebantur: non pauci verò subterfugi-  
 tes, partes corporis opprimebantur. Plurimi au-  
 tem pulucre suffocati moriebantur. Sed ea Ga-  
 malenses pro se fieri existimabant, propriaque  
 incommoda negligentes, magis instabat: hostēs.  
 que in sua tecta vergendo compellebāt, qui ve-  
 rō per angustos viarum clinos cecidissent, eos  
 telis desuper missis interficiebat. Et ruinæ qui-  
 dem lapidum copiam, ferrum verò eis mortui  
 hostes dabant. casorum enim gladios auferen-  
 tes, his contra semineces vtebantur. Multi iam  
 procumbentibus tectis, semet inde proiectando  
 moriebantur: tergāq. dantibus, ne fuga quidem  
 facilis erat. viarū namq. ignorantia, & caligine  
 pulueris alius alium non agnoscentes peterre-  
 baat, & circa se sternebantur. Sed illi quidē vir-  
 reperto exitu, ab oppido recesserunt. Vespa-  
 siana <sup>c</sup> augē qui laborantibus semper interfuit, sa-  
 uissimo dolore percussi, dum super militē ruerat.

*a Romanis*  
*cum ludo-*  
*rum domi-*  
*bus prola-*  
*buntur.*  
*b Romanos-*  
*rum pluri-*  
*mos mortis*  
*consumpti.*

*c Vespa-ianis*  
*ferritudo &*  
*virtus bellic-*ea.**

An. mundi 4031. re ciuitatem videret, propriæ tuitionis oblitus, claram paulatim superiore in oppido locum prehendi: ibique inter media pericula cum paucis Christi nato omnino relinquitur. nec enim aderat tunc ei filius Titus, ad Mutianum pridem in Syriam missus. Et dare quidem terga, neque tutum neque honestum sibi putabat, rerum autem quas ab

a Vespasia- ni cum In- adolescētia gesserat, ac propriæ virtutis memo- dan pugna. ria, quasi Deo repletus, corpora sociorum atque arma condensa, & cum his bellum vnam à vertice defluens sustinebat: & neque virorū neque telorum multitudinem formidans manebat: do- nec eius animi obstinationem hostes diuinam esse reputantes, impetum remiserunt. illis autē iam infirmius oppugnantibus, ipse pedem refe- rens, non prius terga ostendit, quam extra mu- ros egressus est. Purimi quidem Romani mili- tes in ea pugna ceciderunt, & inter eos Ebutius decadarchus, vir non eo tantum prælio quo pe- riit, sed ubique antea fortissimus comprobatus,

b Gallu- quique plurimis malis Iudeos affecisset. In b ea decessum militib- pugna centurio quidā nomine Gallus, cum decem militibus in quadam domo latuit. Eius au- tem habitatoribus dum coenarebant, quod in Ro- manos sufficeret cōfiliū populi sui, inter se fabu- lantibus, hoc audito(nam & ipse Cyrus erat, & hi quos secum habebat) nocte illos aggredieruntur:

c Vespasia- omnibusq. maceratis ad Romanos saluus cū mi- litibus evadit. Vespasianus autē morere exerci- tum aduersis casib. videns, quodq. nullam inee- rim tantam experti fuēranci cladē: huiusque rei magis eos pudere, quod solum ducem in peti- culis reliquissent: cōsolandos putabat: de se qui- dem nihil dicens, ne quem vel initio culpasse videretur: Oportere autem inquiens, quæ com- munia essent foriter ferre, naturam belli cogi- tances, quodq. nūquam queñiat sine cōfuore va- gloria,

Gloria, iterumq. habeat fortuna regressum. Multis tunc Iudaorum milibus interfectis, exigua 4031. pro his stipem se inimicæ peperdisse fortunæ. Christo nascit. Atq. ut iactatiua esse, nimis secundis rebus infelicitate, ita esse ignauorum, in offensionibus a Incon-  
 fide, trepidare. velox enim est, inquit, in vtrumq. mu-  
 tatio: & ille vir fortis habetur, cuius sobrius erit stantia &  
 animus in rebus quoque infelicitate gestis: ut in-  
 dem scilicet maneat, rectis consiliis peccata  
 corrigen. Quanquam ea quæ nunc acciderunt, neque mollitia, neque Iudaorum virtus effecit.  
 nam & illis pugnæ melioris, & nobis deterioris,  
 causa fuit difficultas locorum. Quia in re nimi-  
 rum quis reprehederit alacritatis vestrae temer-  
 itatem? nam cum hostes in excelsiora loca re-  
 fugissent, manus continere debuistis, neque in  
 summo vertice constituta sequi pericula: sed  
 capta inferiori ciuitate, paulatim eos qui refu-  
 gerant, ad tutiorem vobis & stabilem pu-  
 gnam reuocare. nunc autem immoderata festi-  
 natione vincendi, quam id incantè fieret, non  
 curauistis. Inconsultus autem & futibundus im-  
 petus belli, à Romanis alienus est, qui b. cuncta b. Romanis  
 ordine peritiq. perficiuntur, Barbarisque conue- milites or-  
 niens, & quo Iudei maximè possidentur. Oportet dñe cuncta  
 set igitur nos ad propriam virtutem recurrere: peritiusque  
 atq. indignæ offensioni irasci potius quam mox perficiuntur,  
 tere. Optimum autem quisq. de sua matu solita-  
 tium querat. ita enim fuit, ut & amissos vlciscamur,  
 & in eos à quibus potempi sunt, vindice-  
 mus. Ipse autem, ita ut nunc feci, experiat & que  
 ac vos pugnando primus ad bella pergere, &  
 nouissimus inde discedere. Ille quidem his di-  
 etis recreauit exercitum. At Gamalensis bene  
 gesta re, paulisper animos exerceat: quæ nulla ra-  
 tione, magna magnificæq. prouenerat: maxime  
 reputatares ablatam sibi esse funderit spem,

*Anno mundi* quodq. minimè possent effugere (iam enim vi-  
4031. *ctus eos defecerat) vehementer dolebant, ani-*  
*Chr̄istianos* mōsque remiserant. Nec tamen quatenus vale-  
69. bant, salutem suam negligebant; sed tam distur-  
bas partes muri, qui erant fortissimi, quām in-  
tegras cæteri amplexi custodiebant. Romanis &  
a *Romanis* autem construentibus aggeres, iterūmque ten-  
*Gambala ir-* tantibus irruptionem, multi ex ciuitate per val-  
*ruptionem* les deuias, qua nulli custodes erāt, & per clo-  
*iterum ten-* cas diffugiebant: eos, qui metu ne caperentur  
tant. ibi remanerent, inopia consumebat. solis enim  
vndique alimenta qui pugnare possent, conge-  
rebantur. Sed illi quidem in huiusmodi calamiti-  
tibus perdurabant.

*Itaburius mons occupatur à Placido.*

C A P. II.

b *Itaburi* Vespasianus autem inter citras obsidionis,  
mons alii- subcisiuum opus aggreditur aduersus eos  
endo. qui moatem Itaburiū occupauerant, inter cam-  
pum magnum & Scythopolim situm: cuius b al-  
titudo quidem triginta stadiis consurgens, sep-  
tentriionali tractu inaccessa est. in vertice autem  
viginti stadiorum planicies patet, tota muro cir-  
cundata. Hunc autem tanquam ambitum quadra-  
ginta diebus edificaverat Josephus. & alias  
ei materias, & aquas suggestentibus locis infor-  
tioribus. solam enim incola pluvialem haber-  
bant. Magna igitur in eo multitudine congrega-  
ta, Vespasianus Placidum cum sexcentis equiti-  
bus mittit. Huic autem subeundi quidem mon-  
tis ratio nulla erat. multos autem feederis ac ve-  
nit spe hortabatur ad pacem: & descendebant  
ad eum ipsi quoque insidias molientes. nam &  
c *Aratella* Placidus eo studio mitissimè cum his loqueba-  
*littera arte.* tur, ut eos in planicie caperet: illique tanquam  
dictis obediret, ad eum veniebant, ut incautū-  
aggre-

aggrederentur. Vicit<sup>a</sup> tamen astutia Placidi. An. mundi  
cepto enim à Iudeis prælio, affumulat fugam: 4031.  
& postquam insequentes ad magnam partem A Christo  
campi pellexit, reflectit in eos equitum manus: nata 69.  
plurimisque in terga vertis, aliquos interfecit. a Placida  
semotam verò multitudinem cæteram, ab af-  
fensi prohibet. Itaque alij quidem itaburio re-  
licto, in Hierosolymā refugiebant, indigenz au-  
tem fide accepta, quod eis aqua defecerat & se,  
& montem Placido tradiderunt.

### *Excidium Gamala.*

#### C A P. III.

**A** Pud Gamalam verò degentium audacissi-  
mi quique fuga dispersi latebant, imbelles  
autem fame corrumpebantur. At verò pugna-  
tum manus obsidionem sustinebat, donec eue-  
nit secundo & vigesimo die mensis Octobris, ut  
tres ex decimaquinta legione milites, circa ma-  
tinas vigilias editissimam præ cæteris turrim,  
qua in sua parte fuerat, subirent: cámque oc-  
cultè suffoderent: cum appositi ei custodes ne-  
que adeuntes eos (nox enim erat) nec post-  
quam adiere, sensissent. Idem b autem mili- b Terra  
tes, cauendo ne strepitus fieret, quinque saxis quam Ro-  
durissimis euolutis resiliunt: subitōque turris mani suffe-  
cum magno fragore decidit, vnāque custodes decauit, cum  
præcipitantur. At verò qui per alias custodias magnus fra-  
erant, perturbati fugiebant: multosque evadere gare decidit  
ausos, peremere Romani: inter quos etiam Io-  
sephum, super dirutam muri partem quidam ia-  
culo percussum, interfecit. Intus autem in ciu-  
itate degentibus, sono concussis, multus erat pa-  
nor atque discursus, tanquam omnes essent ho-  
stes ingressi. Tuncq; Chares ægrotus & iacens  
defecit, cám timoris magnitudo mortuum eius

An. mundi plurimum iuvisset ad mortem. Romani tamen  
 prioris cladis memores, vsque ad vigesimam &  
 tertiam diem suprà dicti mensis oppidum non  
 sunt ingressi. Titus autem (iam enim aderat)  
 indignatione vulneris, quod Romanos se absen-  
 te perculerat, ducentis equitibus præter pedes  
 lectis, otiosè in ciuitatem introiuit. eoque pra-  
 tergresso, vigilis quidem vbi senserunt, ad arma  
 cum clamore properabant. cognito autem in-  
 tus constituti eius ingressu, alij raptis libertis,  
 trahentes etiam coiuges, cum vulnalu & exclama-  
 tionibus in arcem refugiebant: alij Tito oc-  
 currentes, sine intermissione trucidabantur: qui  
 verò prohibiti essent in arcem recurrere, nesciij  
 quid ficerent, Romanorum prædiis incide-  
 bant. vbiique autem infinitus erat morientium  
 gemitus pérque prona loca effusus cruentum  
 oppidum diluebat. In eos autem, qui arcem oc-  
 cupauerant, omnem Vespasianus induxit exer-  
 citum. Erat b autem saxosus & accessu difficult-  
 mus vertex, in immensum editus, & vndique  
 saxosum & circum rupium multitudine præceps: vnde Ro-  
 accessu diffi- manos ad se adeuntes parvum telis partim faxis  
 cilius. deuolutis arcebant Iudei, cum ipsis in excelsis  
 e Victoria loco positos nullæ sagittæ contingenterent. Verū c  
 Romanis ad eorum intericium, divino munere quodam,  
 divino mu- turbo exoritur, Romanorum quidē tela in eos  
 nero ecne- ferens: ipsorum autem à Romanis repellentur, &c  
 sa. obliqua traducens: ut neque in præruptis con-  
 sistere propter violentiam flatus possent, cum  
 nihil esset immobile, neque hostes ad se acce-  
 dentes videre. Itaque supergrossi Romanii, eos  
 circumueniunt: & alios quidem repugnantes  
 antecapiebant, alios manus dantea in omnes au-  
 tem vehementius sauviebant, illorum memoria  
 quos in primo aggressu perdidérant. Multi au-  
 tem vndique circumclusi desperatione salutis,  
 filios

filios & coniuges & semetipso in vallem præcipites dabant, quæ sub arce in profundum patetebat. Euenit autem, ut ipsorum in se qui capti fuerant, immunitate lenior existeret ita cundia nata 70. Romanorum ab his eorum quatuor millia perempta sunt: qui verè se præcipitauerunt, quinque millia sunt reperti. Neq; quisquam, præter duas mulieres, saluus evasit: quæ sorores erant, mala per Philippi filii: qui Philippus lachimo genitus erat, insigni viro, & qui sub Agrippa Rege dux exercitus fuerat. seruata sunt autem, quod excidi tempore Romanorum imperium latuere. nec enim vel infantibus pepercere, quorum multos singuli raptos ex arce proiiciebant. Gamala. quidem hoc modo excisa est, tertio & vigesimo die mensis Octobris: quæ vigesimo & primo die mensis Septembris cooperat rebellare.

*a Nenem  
Indorum  
milia Ge-  
empsa, solas  
dua mulie-  
res evadunt.*

### Giscale à Tito capitur.

### C. A. P. I I I I.

Amque solam Giscale oppidulum Galilæa restabat indomitum: cuius multitudo pacis studio tenebatur: quod erant plerique ag. icolæ, spemque suam semper in fructibus collocauerant. non parvæ autem manus latrocinalis permixtione corrupti erant, quo morbo etiam nō nulli ciuium laborabant. Hos b' autem ad defensionem impellebat atque confabat Lewæ cu... homo veniensdam filius nomine Ioannes: homo beneficus stet & fallax, variisque moribus, & immoderata lax Giscale sperare promptus, mihi que modo quæ speras. incolas ad fet efficiens: atq; omnibus iam cognitus, quod defunctione affectuanda sibi potentiaz causa bellum amaret, impellit. huic apud Giscale seditionum turba parebat: quorum causa populus etiam legatos forasse de-

# FLAVI FOSSEPHI

*Anno mundi 4032. A Christo anno 70.* traditione missurus, Romanorum tamen con-  
gressum in parte belli præstolabatur. At Vespasianus contra hos quidem Titum cum equitib.  
mille, decimam verò legionem circa Sythopoli-  
lim mittit: cum reliquis autem duabus Cæsareis  
ipse regreditur, dandam his ex labore continuo  
requiem putans. ex ciuitatum copiis eorūq;  
corpora, itēmque animos ad futura certamina

*a Vespasia.* existimans esse refouendos. nec enim exiguum  
nisi non erit. si bi laborem superesse de Hierosolymis, præqui-  
guum sibi la-debat, quæ & regalis esset ciuitas, & cunctæ na-  
tioni præstaret. His autem qui ex bello fugissent  
in eam cōfluentibus, etiam naturalis munitio,  
itēmq; murorum eius constructio, non minimè  
ei solitudinem comparabat: cum virorum spu-  
ritum & audaciam, & sine muris inexpugnabi-  
lem esse cogitaret: ob eamque rem milites, ve-  
lut athletas, ante certamq; oportere curari. Ti-

*b Titi erga Giscala.* autem ciuitas Giscala ( equitando enim ad  
Giscala ei- eam accesserat ) aggressione capi facilis videba-  
nes benigni- tur: scient tamen quod ea vi capta, passim à mi-  
litibus. populus absumeretur ( namque satiatus  
erat ipse iam cædibus ) miserans multitudinem  
etiam ipse sine ullo discrimine cum nocentibus  
intereuntem, pactione magis subigere ciuitatē

*& Titi ad Gi volebat.* Itaque plenis hominum rouris, quo-  
seala cines rum plerique perditæ factionis erant, mirari se  
eratio bla- ait, quonam freti confilio, cunctis iam ciuitati-  
bus captis illi soli Romanorum arma operiren-  
tur, cum viderent multo quidem munitiora op-  
pida uno impetu fuisse subuersa: securos autem  
fortunis suis potiri, qui Romanorū dextris cre-  
didissent: quas quidem etiam nunc illis ait se por-  
sigere, neque ob insolentia succēdere, quia spei  
libertatis ignoscendum putaret; non tamen, e-  
tiam si quis impossibilia velle perseueraret. Quod  
si dexteris humanissimis non parvissent, sed inque  
dextris

dextris non habuissent, expertiores arma crudel- An. mundi  
403 2.  
*A Christo  
nato 70.*  
 ita: iam iamq; cognituros esse, mœnia sub lu-  
 dum fore machinis Romanorum: quibus fiden-  
 tes, soli ex Galilæis sese ostentarent arrogantes  
 esse captiuos. His dictis, popularium quidem  
 neminem non modò respondere, sed ne ad mu-  
 rum quidem licuit ascendere: qui a totum latro-  
 nes occupauerant: & custodes erant portis  
 appositi, ne quis vel ad fœdus prodiret, vel e-  
 quitum quenquam in ciuitatem reciperet. Ioan-  
 nes<sup>a</sup> autem accipere se conditiones ait, & aut ~~acecum ad~~  
 per suasurum, aut necessitatem belli renitentis ~~Titi~~ exhor-  
 bus adhibitum. Illum tamen diem Iudeorum ratione  
 legi oportere concedi: quoniam sicut armâ mo- ~~bonis.~~  
 nere, ita etiam de pace conuenire nefas habe-  
 ront, Nam & Romanos scire, quod ab omni ces-  
 sare opere dierum septem circuitio, quam si te-  
 merassent, non minus coactos, quam qui coge-  
 rent, piaculum commissuros, ipsamq; Titum:  
 nullum enim illi ex mora esse dispendium for-  
 midandum, quod vnius noctis spatium propter  
 fugæ consilium ceperit, præsertim cum id ob-  
 seruare circumfidentem nemo prohibeat: fibi  
 autem magnum esse lucrum, nulla in re despici-  
 cere patios mores. Et illum decere, qui pacem  
 non sperantibus indulget, legem quoque serua-  
 re seruat. His Titum Ioannes fallere cona-  
 tur, non tantum pro septimi diei religione, quan-  
 tum pro sua salute solitus. verebatur autem,  
 ne statim capta ciuitate, solus destitueretur, qui  
 totam in nocte ac fuga vitæ spem collocasset.  
 Verum b prefecto Dei nutu in excidium Hiero- b Dei natus  
in excidium  
Hierosolym-  
æ mortuus  
Ioannes salutem  
disterzans est Tyiorum vicus validissimus, ~~manus.~~  
 solymotum Ioannem saluum esse cupientis, fa-  
 ctum est ut nō solum induciarum causationem  
 Titus admitteret, verum etiam in superiori par-  
 te oppidi castra poneret, ad Cydœssā, qui me-  
 diterraneus est Tyiorum vicus validissimus,

An. mundi 4032. Galilæis semper exosus. Nocte autem Ioannes  
 A Christo anno 70. cum nullas Romanorum excubias circa oppi-  
 dum videret, artepta occasione, non solum his  
 a Iudaorum summe Ioanne fugientium quos circa se habebat armatos, sed etiam senio-  
 paupor & si- ribus plurimis cum familiis abductis, in Hiero-  
 mor. solymam fugiebat. Sed usq; ad vigesimum qui-  
 dem stadium fieri posse videbatur, ut mulieres  
 ac pueros, aliisque multitudinem secum du-  
 ceret, homo quem captiuitatis, itemque salutis  
 metus urgeret. Ultra vero procedente eo, relin-  
 quebatur. & oriebatur atrox remanentium fle-  
 tus. quanto enim quisque longius a suis aberat,  
 tanto propiorem se hostibus esse credebat. Iam-  
 que affore qui se caperent existimantes, necesse  
 fatio pavitabant: & ad strepitum, quem ipsorum  
 cursus faciebat, assidue respectabant, velut in-  
 instantibus quos fugissent: multiq; simul ruebant,  
 & circa viam plurimos certaniens præcedentiū  
 conterebat. Miserebile autem fœminarum &  
 infantium erat exitium. Aut si quam iactarent  
 vocem, nonnulli viros aut propinquos, ut se o-  
 perirentur orabant. Sed Ioannis exhortatio su-  
 perabat, ut seipso seruarent inclamantis: eoque  
 configurerent, unde pro remanentibus etiam si-  
 raperentur, postnas a Romanis peterent. Multi-  
 tudo quidem eorum qui fugerant, ut cuique  
 vitium fuit, cito dispersa est. Luce vero facta Ti-  
 b. Titum Gi-  
 scalas ciues autem portis ei patefactis cum coniugibus oc-  
 benignè su- currentes, tanquam bene merito, & qui cu-  
 seipiunt. stodia ciuitatem liberasset, acclamabant: si-  
 mulumque Ioannis fugam significantes, ut & sibi  
 parceret obsecrabant, & eos qui ex nouarum  
 rerum cupidis reliqui superessent, vlciscere-  
 tur. Ille autem precibus populi postulatus e-  
 quitum partem ut Ioannem persequeretur,  
 mittit. Sed cum quidem occupare nequiere,  
 quod

quod antequam venerant, in Hierosolymam *An. mundi*  
se se receperat. vna verò fugientium propè ad 403.  
duo millia perimunt: mulieres ac pueros paulò *A Christo*  
minus quam tria millia circumactos reducunt. nato 70.  
Titus autem indignè ferebat, nō statim à Ioan-  
ne pœnas fraudis exactas, irato verò animo fa-  
cis esse quod spe deciderat ad solatium putans,  
captiuorum & qui trucidati fuerant multitudi-  
nem, in oppidum cum fauore ingreditur: ius-  
sisq; militibus minimam muri partem iure pos-  
sessionis abrumpere, minitando magis quam  
puniendo reprimebat perturbatae ciuitatis au-  
tores. Multos <sup>2</sup> enim propter odia domestica, a *Benignitate*  
vel proprias inimicitias, delatores innocentia *tu erga ho-*  
*fure credebat, si dignos pœna discerneret: me- fices excep-*  
*tiisque b noxiū relinquere metu suspensum, plu-*  
quam immeritum quenquam cum eo perdere, b *Noxiū*  
existimabat. Illum enim fortassis modestiorem *relinquere*  
futurum, vel metu supplicij, vel quod erubet- *metu suffi-*  
*ceret præteriorum criminum venia: sine cau- sum, quam*  
sa verò motientium pœnas, nullo modo corri- *immeritum*  
gi posse. Præsidiis tamen ciuitatem circumde- *quendam*  
dit, quæ tam nouarum rerum studiosos compe- *cum eo per-*  
scent, quam pro pace sentientes quos ibi re- *dere, præ-*  
licturus erat, maiore fiducia firmarent. *Gali- fias.*  
Iza quidem tota, postquam multo sudore Ro-  
manos exercuit, hoc modo subacta est.

### Hierosolymitanis excidij initium.

#### C A P . V .

**A** Pad Hierosolymā verò, ad Ioannis introi-  
tū, omnis populus erat effusus, & circa sin-  
gulos, qui vna cōfugerant, numerosa turba col-  
lecti, quas foris clades experti essent, perconta-  
bantur. Illorum autem feruens quidem adhuc

*An. mundi* atque interruptus anhelitus, necessitatem signis  
 sicabat. Veruntamen in malis quoque sibi arre-  
**4032.** *Archibelle* gabant: non Romanorum vim fuisse dicen-  
**4033.** *Archibelle* tes, sed sponte venisse, ut cum his ex tutiori lo-  
**4034.** *Archibelle* co pugnarent. Inconsultorum enim atque ins-  
 tium esse hominum, incaute pro Giscalis &  
 inuallidis oppidulis periclitari, cum arma vigo-  
 remque oporteat pro metropoli suscipere, at-  
 que seruare: significando tamen excidium Gi-  
 scalorum, etiam quam dicebant honestam di-  
 scissionem suam, ut multi fugam esse intellige-  
 rent, prodiderunt. Auditis autem quæ captiui  
 pertulere, non mediocris populum perturbatio-  
 tenuit, magnumque id esse argumentum pro-  
*a Penna* prij reputabant excidijs. At *Ioannes* eorū qui-  
 eni co fugion- dem quos fugientes reliquerat causa minus e-  
 sisca evada. rubescet. singulos autem circuēs, spe ad bel-  
*b Indas* lum incitabat, infirmitatem Romanorum asse-  
 ad bellū cō- rens, propriisque vires extollens, & imperito-  
*c Romano* rum ea cauillatione incitiam decipiens, quod  
 concitas. etiam si pennas sumerent, nunquam Hierosoly-  
 morum moenia transgredenter Romani, qui  
 pro Galilæorum vicis tanta mala pertulissent,  
 atque in eorum muris machinas contrivissent.  
*b Isroëlim* His eius dictis magna quidem corrumpebat  
*d Isroëlim* iuuenium manus: prudentiorum autem atque  
*f seditiones* seniorum ne no erat, qui non futura prospiciens, velut iam perditam ciuitatem lugeret.  
*in Indas.* Et *b* populus quidem in ea confusione tunc e-  
 diffida & rat. At vero per territorium manus agrestium,  
*g seditiones* ante seditionem quæ Hierosolymis oria est, di-  
 scordare iam corporat. Titus enim à Giscalacę-  
 saream, Vespasianus autem à Cæsarea Iamniam  
*c Indas* in & Azotum profectus, utramque subegit: im-  
 someripos positisque illic præsidiis reuertebar, maxi-  
 monum ver- main ducens eorum multitudinem, qui se fer-  
 bant. dæc sociauerant. Singulas & autem ciuitates  
 tumultus

tumultus bellumque intestinum exagitabat.  
 quantumque à Romanis respirassent, in semet-  
 ipsos manus verte banticum inter amatores bel-  
 li ac pacis cupidos esset sua contentio: du-  
 dumque discordium pertinacia primo inter  
 domos accenderetur: deinde inter se amicis-  
 simi populi dissiderebant: & ad similium volentes  
 quisque conueniens, aperte iam coacta multitu-  
 dine rebellaret. Itaque dissensiones quidem a-  
 pud omnes erant: novitatis autem armorumq;  
 cupientes senibus ac sobriis iuventute atque  
 audacia praestabant. Primo autem indigenarum  
 singuli praedari coeperunt: deinde ex compo-  
 sito confertis cuneis, per territorium latroci-  
 nabantur: ut quod ad crudelitatem atque iniu-  
 sticiam spectat, nihil à Romanis gentiles abes-  
 sent, atque ipsis qui vastabantur, illatum à Ro-  
 manis excidium leuius videretur. Ciuitatum  
 vero custodes, partim quia defatigari pigeret:  
 partim odio nationis, aut nulli, aut minimo e-  
 rant male affectis auxilio: donec <sup>a</sup> rapinarum a *Larrenis*  
 societate vnde congregati collegitorum la-  
 trocinium principes, atque in agmen conslati *Hie*  
*Hierosolymis* irumpunt: quæ ciuitas à nullo resolu-  
 regebatur: & more patris gentiles omnes sine rumpens.  
 obseruatione reciperat: tunc præcipue cunctis  
 existimantibus, vniuersos qui superinfluerent,  
 adiumento ex benevolentia venire. Quæ qui-  
 dem res etiam sine dissensione ciuitatem post-  
 ea pessundedit, eò quodd iners & inutilis multi-  
 tudo quæ pugnacibus sufficere possent, alimen-  
 ta consumpsit: hisq; præter bellum etiam sedi-  
 tionem famemque comparauit: aliq; latrones <sup>b</sup> Rapina  
 ex agris eò transgressi, ac multo sauvioribus quo  
 latius inuenere sociati, nullum atrox facinus <sup>c</sup> expolitatio-  
 ne remittebant. Nec enim rapinis & expolia-  
 tionibus metiebantur audaciæ, sed risque ad su-

An. mundi  
 4032. A  
 Christo nato  
 70.

*An. mundi 4032.  
A Christo anno 70.*

cades ruebant: non clām, neq; per noctem, anē  
quoslibet homines, verum luce palām nobilissi-  
mos quosq; adoriendo. Nam primum Antipam  
Regij generis vitum, & adeō potentissimum ci-  
vium, vt etiam publicos thesauros fidei suū per  
missos haberet, comprehensum custodiā tradi-  
derunt: post hunc etiam Læuiānū quendam, in-  
signem virum, & Sopham filium Raguelis, rega-  
lis similiter vtrunq; familiz, omnēsque præter-  
ea, qui præstare aliis videbantur. Grauis autem  
metus populum possidebat: & velut capta ciuitate,  
salutem propriam quisq; cutabat. Illi autem  
clausorum vinculis non fuere contenti, neq; tu-  
tum arbitrabantur ea potentia viros diutius cu-  
stodire. nam & ipsos, & domos eorum non pau-  
cis viris frequentati, ac per hoc ad vlciscendum  
esse idoneos, & præterea rebellaturum fortasse  
populum, iniquitate cōmotum. Decreto ergo  
eos occidi, mittūt quendā de suo numero Ioan-  
nem, ad cædes promptissimū, qui lingua patria  
Dorcadis filius dicebatur: cūmq; alij decem ar-  
mati gladiis secuti ad carcerem, ibi quos repe-  
rissent interficiunt. Fingebant autem huius im-  
manissimi sceleris causam, cū Romanis eos de  
traditione ciuitatis collocutos fuisse, cōmunisq;  
libertatis preditores interemisse dicebant progs-  
sus, vt audacia sua tāquam seruatores ciuitatis,  
ac bene de ea meriti gloriarentur. Euenit autē  
populū quidem ad hoc humilitatis ac formidi-  
*a Ciuitatis  
proceros d  
larronibus  
capit & tra  
cidati.*

nis, illos vēd̄ insolentia progredu, vt in eorum  
pro arbitrio esset arbitrio etiā pōtificū designatio. deniq; fa-  
miliis abrogatis, vnde per successionem pontifi-  
ces creabantur, incognitos atq; ignobiles cōsti-  
tuebant, vt impiorum facinorū socios haberent.  
nā qui supra meritum summos honores adepti  
erant, his obediebāt necessario, qui sibi eos præ-  
stiterānquoīā & dignitate præditos variis ma-  
chinalis

chinis fictisque sermonibus committebant, op. *Ad. mundi*  
 portunitatem sibi ex eorum, qui se prohibere *4032.*  
 poterant, contentione captantes: donec homi- *Ac Chrise*  
 num persecutione satiationem diuinitatem contu- *nato 70.*  
 melias transtulerant, pedibusq; pollutis in san-  
 ctum locum introire coepe:unt. Iam vero popu-  
 lo contra eos concurto(nanq; autor.e rat Ana-  
 nius, *xuo maximus pontificum, itemq; sapientis-*  
*simus: & qui fortassis ciuitatem conseruasset, si*  
*insidiatorū manus potuisset effagere) illi tēplū*  
*Dei aduersus populi turbam, castellū ac profu-  
 giū sibi fecere, quod pri domicilio habebat ty-  
 sānidia. Aerbis autem malis admiscebatur etiā*  
*cautillario, quē p̄z cētēs eorū factis erat dolo-  
 ri, tentando enim quanto metu populus tenere-  
 tur, suāsq; vites explorando, forte pōtifices crea-  
 te conati sunt, cum his( vt diximus) ex familiis*  
*successio deberetur. huic autem fraudi mos an- a Pōtificis*  
*tiquus obtendebatur. nam & olim forte pōtifi-electio con-  
 catum defetti solitum fuisse dicebant. re autem tra ritum*  
*vera, legis erat abrogatio firmioris, per eos qui vītarum al-  
 ad potentiam sibi designāderū magistratuū la- lacrūnib⁹  
 centiā compararent. Itaq; vna sacrataū tribuunt facta.*  
*accita que Eniachis appellatur, pontificem for-  
 tiebantur: casūq; b sors exit homini, per quem b Phanes*  
*maximē eorum iniquitas demonstrata est, Pha- rūsticus qui-*  
*ni cuidam, filio Samuelis, ex vico Aphthasi, nō dam poni-  
 solum ex pōtificibus orto, sed aperte quid esse, fax declarat,*  
*pōtificatus, propter rusticitatē penitus nescien- ius.*  
*ti. Deniq; inuituni eum rute abstractum, ut in*  
*scena fieri solet, aliena ornatore persona: indu-  
 tūmque sacra ueste, quid facere deberet, subito*  
*instituebant: ludūmque & iocum esse tantum*  
*nefas arbitrabantur. ceteri vero sacerdotes, pro-  
 cul spectantes ludibrio legem haberi, lacrymas*  
*vix zenebant, honorisq; sacrum solui grauiter*  
*ingemebant. Populus autē hanc confundaciam*

# PLATI Ioseph

**As.** m<sup>is</sup>sas non tulit, sed omnes quas ad deponendam ty-  
 40;3. **A**rannidem animos intenderant. nam<sup>a</sup> qui pr<sup>et</sup>  
**Christo natus** stare ceteris videbantur, Gorion, Josephi filius,  
 ~ 70. & Simeon Gamalielis, tam singulos circumveun-  
**a Praefatio-**  
**res ceteris**  
**populum ad**  
**vilicem**  
**horabantur.** tes, quam simuli vniuersos in cōcionibus horta-  
 bantur, quod tandem aliquando libertatis corru-  
 ptores ultum irent, sanctūmq; locum ab homi-  
 nibus sceleratis purgare properarent. Pontifices  
 etiam probatissimi, Gamala quidem filius Iesu,  
 Anani autem Ananus, populum frequenter in  
 coetibus exprobando eius segnitiem cōtra Zei-

**b Zelotes** pes lotas excitauerunt. ita<sup>b</sup> enim se ipse vocabant,  
 simam faci- vii bonarum professionū zemali, ac nos qui pes-  
 norū imma- simam facinorū immanitatem superassent. Itaq;  
 turatem su- in eocationem populo congregato, cunctisq; in-  
 peratu. dignitatibus occupationes sanctorum, itēmq; ra-  
 pinas & cædes, nōdum autem promptis ad vici-  
 feadum, propterea quod inexpugnabiles (id e-  
 nit verum erat) Zelotes putabantur, stans inter

**c Ananis cō-**  
**tra Zelotes** eos medius Ananus, & ad legem crebrè respe-  
 ardens era- stans, cum lacrymis opplesset oculos: Evidem-  
 do. inquit, mori poeius deberem, quam Dei domici-  
 lium videre tantis scelerum piaculis: atq; inae-  
 cessib<sup>c</sup> & sancta loca sceleratorū pedibus frequē-  
 tan: verudeamen sacerdotali ueste amictus, &  
 sanctissimum venerabilissimum nominum ferens: vi-  
 vo: atq; anima: amore teneor, nec pro senectu-  
 te quidem mea mortem sustinens gloriosem.  
 Igitur solos ibo, & tanquam in solitudine ani-  
 mam meā solam dabo pro Deo. nam quid opus  
 est viuere in populo, clades suas minimè senti-  
 te, & apud quos mala præficia nemo prohibet  
 siquidem spoliati patimini, ac verberati retice-  
 tis, & ne gemitu quidem aperte quisquam pro-

**d Ananus** Iudeas time sequitur interemptos. O acerbam dominatio-  
 nem. Quid<sup>d</sup> de tyrannis querat Nunquid non  
 & vobis regia potestis occisi sunt: nunquid  
 non

non despectis qui primi erant, cum adhuc pauci  
 essent, vos dum tacetis, plures eos fecistis? atq; 403. An. mundi  
 illis armatis quiescentes, in vosmetipso arma nrae Christi  
 vertitissimum primos eorum conatus opportu-70.  
 set infringi, quando cognatos conuiciis appete-  
 bant. Vos autem negligendo, ad deprehensionem  
 noxios irritastis, qui a vastatarum sedium nulla  
 ratio erat. Itaque iam domini ipsi rapiebantur,  
 cisque cum per mediam ciuitatem traherentur,  
 nemo erat auxilio. Illi<sup>2</sup> autem a vobis proditos, a Larrenses  
 etiam vinculis affecti: nō dico quales & quā-<sup>immunis</sup>  
 eos, sed quod non accusatos, indemnatos vin-  
 gatos nemo adiuvuit, restabat eosdem videre tru-  
 cidari. **hoo** etiam vidiimus: velut ē grege bruto-  
 rum animalium cum præcipua quæque ducere-  
 tur hostia, ne vocem quidem quisquam emisit,  
 pedum dexteram mouit. Patiemini ergo, patie-  
 mini, etiam sancta concutari videntes. Cū-  
 que omnes audacie gradus nefariis hominibus  
 subieceritis, eorum præstantiam reveremini:  
 nunc enim profecti ad maiora procederent, si  
 quid maius quod cuenterent inueniretur. Tene-  
 tur quidem munitionis ciuitatis locus, famum  
 b. appellatione, re arx quædam sine castellum. **b** *Fenū* aere  
 Tanta igitur rōtra vos tytannide munita, & ini-  
 quadēm fa-  
 milis super verticem positus ut videtis, quid co-  
 ne castellū  
 gitatisque quibus veltras sententias applicatis?  
An Romanos expectatis, vt sanctis vestris op-  
 portentur. Ita quidem se nostre ciuitatis habent  
 res, cōque iam calamitatis ventum est, ut misera-  
 reatur nostri etiam hostis. Non exurgetis ò mi-  
 seri respectisque vulneribus vestris, quod etiam  
 feras bestias facere videmus, non ultum ibitis  
 in hos, qui vos percussere? Non suas quisque  
 recordabitur clades, & ante oculos positis quæ  
 pertulerit, ad vitionem animos acuerit. Periit a-  
 pud vos (nisi fallor) affigionum omnipium co-

Anno mundi 4032. & Christi  
natus 70.

rissima, & maximè naturalis, cupiditas libertatis. seruitutis autem ac dominorum amantes facti sumus, tanquam subiugari à maioribus dicerimus. Atque illi quidem multa & maxima bella, ut in libertate viuerent, pertulerunt, ne aut Egyptiorum aut Medorum potentiae cederent, dummodo ne facerent quæ iuberentur. Et

Bella liber quid opus est de maioribus loqui? Hoc ipsum a seipsum causatum bellum, quod cum Romanis nunc gerimus, vobis habent. trum commode an contrà incomni odè refessam, palam quid habet causę, nisi libertatē? Ergo qui dominis totius orbis seruire non patimur, gentiles nostros ferimus tyrannos? Quanquam externis obedientes, ad fortunam semel id reserunt, cuius iniuria ricti sunt. at verò pessimis suorum cedere, ignariorum est, & cupientium seruiendi. Ad hæc autem, quia Romanorum mentio facta est, non vos celabo, quid dum loquor interuenerit, menémque retraxerit: quod etiam si ab his capti fuerimus ( absit autem huius dicti periculum) nihil acerbius experiemur, quam isti nos affecere. Quo pacto autem nō lachrymis dignum sit, illorum quidem in templo donaria cernere, gentilium verò spolia, qui nobilitatem huius maximæ omnium civitatis compilauerunt: eisque viros trucidatos viderit quibus etiam illi post victoriā obtemperas-

Cōparatiō sent? Et b. Romanos quidem nunquam trans-Romanorū gredi ausos esse huiusmodi profanorum aut sacrat. & Iudeorū, ex quicquam consuetudinis præterire: sanctoru ac virtusq. autem ambitum, quamuis procul aspectum perhorreficeret: quosdam verò & in his locis natos, ac sub nostris moribus educatos, & qui Iudei vocetur, inter media sancta deambulare, manus adhuc suis gentili cōde calébibus? Quis igitur exterrit bellum metuat, ex cōparatione domestici? Multo nobis æquior est hostis. nam si pro-

si propriè rebus sunt aptanda vocabula, fortasse  
 reperiatur, legum quidem conseruatores nobis  
 fuisse Romanos, hostes vero intus haberi. Verū  
 hos insidatores libertatis exitio deberi, neq; fa-  
 cinorum eorum dignum excogitari posse sup-  
 pliciū, certū est. idēmq; omnibus vobis, & ante  
 orationē meā esse persuasum, atq; ipfis vos re-  
 bus quas pertulisti, in eos esse cōmotos. pleriq;  
 autem fortasse multitudinem eoram, atque au-  
 daciam reformidant: & præterea quod in loco  
 superiore consistunt. Sed hęc vt vestra negligē-  
 tia conflata sunt, ita nunc magis proficiet, si mo-  
 rabimur. nam & numerus illorum in dies singu-  
 los alitur, eō quod nequissimus quisque ad simi-  
 les profugiat: & audaciam plus accedit, quod  
 nullum adhuc eius impedimentū interuenit:  
 hocque superiore videntur, & quidem cum ap-  
 paratu, si his tempus demus: Quod si aduersus  
 eos ire cōperimus, humiliores erunt, mihi cre-  
 dite, conscientia: & celsioris loci beneficium, re-  
 putatio scelerū perdet. Fortasse autem Dei parti-  
 ter spreta maiestas, in ipsos tela retorserit, suisq;  
 misilibus consumentur impij. Videant nos tan-  
 tammodo, & deiecti sunt: quamquam pulchritudine  
 est, vt etiam si quod periculum itamineat, pro  
 facris ianuis mōriamur, ac si non liberis & con-  
 iugibus, pro Deo tamen eiusque sanctis animas  
 profundamus. Præbebo autem manum, atq; sen-  
 tentiam: & neq; consilium vobis vellum deerit  
 ad cautionem, neque me corpori meo parcere a Epilogus  
 videbitis. His <sup>a</sup> Ananus contra Zelotas populū oratione A-  
 hor tabatur: non quidem nesciens iam expugna-  
 ri vix posse propter multitudinem ac iuuentu-  
 tem animorū inque pertinaciam, multoque ma-  
 gis propter conscientiam commissorum: nec e-  
 nim cōcessum iri veniā his, quæ perpetrauerat,  
 sperabat: verūtamen quiduis perpeti prestabilitus

An. mundi  
 4032.  
 A Christo  
 anno 70.

*Anno mundi existimabat, quām in tanta rerum perturbatione  
4032. ne Rempub. negligere. Populus autem duci se  
nato Christo clamabat in eos, contra quos rogabatur: & ad*

**70.** subeunda peticula quisque promptus erat. Sed  
*et Ananus* dum Ananus magis idoneos discerneret, atq;  
milites suos ordinaret ad p̄flium. Zelo: et cunctis conatis bus  
contra Zelo. eius cognitis (certos enim qui omnia sibi nun-  
ciarent habebant) in Pontificem commouentur:  
ac modo per cuneos, modò simul vniuersi pro-  
filiunt: neq; obuio cuiquam parcebatur. Cūd autē  
& Ananus populum congregavit, multitudine  
quidem superiorem: armis verò constipatis, non  
erāt Zelotæ inferiores. alacritas verò, quod de-  
erat, in utrisque supplebat. nam & ciues armis  
itam conceperant fortiorē: & qui de templo  
exierant, quāvis multitudine mā. orēm audaciā  
quippe illi quidem se in ciuitate minime posse  
arbitrabantur, nisi Zelotas eximerent: bi. verò  
nisi vicissent, nullum se non subdituros esse sup-

**b Pugna si-** plicum. Manus **b** autem conseruare pro duci-  
mūm & Ze- bus obedientes motibus animorum. Et primò  
lorum in quidem in ciuitate ac p̄o templo eminus mis-  
templo His- sis lapidibus semet inuicem appetebant. si verò  
rosolymita- aliqua pars terga vertisset viatores gladiis vte-  
m. bantur, cūmq; plurimi sauciarentur, multe ce-  
des utrobique siebant. Et populares quidem in  
domos referebant à suis. Zelotarum atem  
quicunque vulneratus fuisset, in templum ascē-  
debat, sacra in humum cruore perfundens: ve  
solo eorum sanguine violatam religionem re-  
ctè quis dixerit. Semper quidem latrone's ex-  
cutiendo in congressionibus praualebant. Irati

**t Ciuium** & verò populares proficiente quo idie nume-  
numeros co- ro suo, cum desides increparent, quique à  
tra Zelotae tergo sequebantur non aperiendo fugientibus  
quocidie an- viam, inuitos eos repugnare compellerent, vni-  
gunt, uersos quidem suos in hostes convergant. Ilijs  
auxili

sotem, quia vim ferre non poterant, paulatim *An. mundi*  
 ad templum recendentibus, irrumpit vna cum 4032.  
 sociis Ananus. Vnde factum est, ut eos quod *Chr. I.*  
 ambitu exteriori expulsi essent, metus inuade- nato 70.  
 set: ideoque <sup>a</sup> in murum interiorem fugare rece-  
 pti, maturè ianuas occluderent. Verum Anano  
 portis quidem factis manus afferte non place-  
 bat, hostibus quoque defuper tela torquenti-  
 bus nefas esse existimanti, etiam si vicisset, non  
 ultratum prius populum introducere. Ex o-  
 mni autem suorum multitudine sex fere arma-  
 torum millia sortitus, custodes eos in portici-  
 bus collocat. his autem qui succederent, in ex-  
 cubiis alios per ordinem ponit. Multi autem  
 honestorum ab optimatibus ad id electi, mer-  
 cede conductos pauperes vice sua præsidis de-  
 stirabant. Fit autem his omnibus exitij causa  
 Ioannes, quem ex Giscalis effugisse prædixi-  
 mus, is <sup>b</sup> enim dolis plenus, & vehementem do- *Ioannes*  
 minationis cupiditatem mente circumferens, dolis plena-  
 iamquod rebus communibus moliebatur in- ac ciuium-  
 fidias. Itaque tunc eadem quæ populus sentire proditor:  
 se simulans, aderat Anano tam diebus cum pro-  
 teribus capienti consilium, quam noctibus pe-  
 rigranti custodias: omniaque secreta Zelotis  
 renunciabat, nullumque populi consiliū prius  
 quam caperetur, inimici sciebant eius indicio,  
 immoderatis verbis & Ananum, & populi prin-  
 cipes placabat obsequiis, ne in aliquam suspi-  
 cionem veniret affectans. Sed hæc eius hono-  
 rificentia in contrarium verrebatur. Erat enim  
 ex adulacionum varietate suspicior: eoque i-  
 pso quod etiam non accitus assiduus erat, arca-  
 norum proditor habebatur. Etenim perspicie-  
 bat Ananus omnia sua consilia hostes intellige-  
 re: & quæ Ioannes faceret, suspicionem prodi-  
 sionis habebant, submodic autem illam non.

**An. mundi** erat facile, neque possibile, quod malitia pra-  
4032. ualeret: ac præter hoc multorum non ignobi-  
**Christians** lium, qui summis rebus adhibebantur, patroci-  
70. nio succinctus erat. Vixum est igitur ab eo sacra-  
a Irenes  
fidem se po-  
pulo seru-  
turu iurauit.

mentum benevolentia et cuncta peti:ni:hi que du-  
bitans, & fidem populo se seruaturum iurauit,  
neque factu eius inimicis viliū, neque consilium  
proditum: vñaque deponendis rebellibus, &  
manu & voluntate operam collaturum. Itaque  
**Ananus** eiūsque socij quoniam iurato credide-  
runt, nulla iam suspicione suis cum consiliis ad-  
hibebarat: moxque ab iisdem concordia causa  
legatus intromittitur ad Zelotas, curæ namque  
habebant, ne fanum culpa sua pollueretur, neque  
quisquam in eo procumberet ludorum. Ille  
**b**ut autem, quasi Zelotis ac non contraria pro bene-  
volentia iurauisset, ingressus ad eos medius co-  
stitit: & s̄a:pe dum se illorū causa in magno pe-  
cum secreta riculo fuisse dixit, ne quid secretorum ignora-  
rent, quæ in eos **Ananus** cum sociis cogitasset.  
nunc autem ingens, cum ipsis omnibus subitu-  
rum esse disertimen, nisi diuinū quoddam præ-  
sto fuerit auxilium, nihil enī iam morari **A-**  
**natum**: sed persuasissime quidem populo, ad Ve-  
spasianum legatos mittere, ut ad capiendam ci-  
uitatem quam primū venire properaret, indi-  
xisse autem lustrationem postero die, vt reli-  
gione simulata intromissi, vel etiam vi prælio  
manus consererent. Se autem nō videre, quām  
diu aut obsidione in sustinebunt, aut cum tanta  
manu acie congrederentur. Ad hæc addebat,  
quod ipse Dei providentia transactiois esset  
causa legatus. hanc enim spem Ananum his

**c** Irenes proponere, quod nihil suspicantes eos subito ag-  
**Zelotis er-** gredieretur. Itaque oportere, si quis haben-  
ga cines ir- dam vitæ rationem duceret, aut obsidentibus  
tum. supplicare, aut foris aliquod præsidium pete-  
re.

re. Quos autem si victi essent, venia spes foueret, immemores audaciae suae credere, simul ac factores penituerit admissorum, in gratiam statim eos qui perpepsi sunt reddituros. Sed nocentium quidem sapè invasam etiam poenitutinem fieri: laesis autem iram in licentia scuorem: imminente autem illis ait intersectorum amicos atque cognatos, totumque populum pro dissolutis legibus ac iudiciis indignatione flagrantem: ubi etiā si qua pars misericordiaz fuerit, maiorem irascentium turbaz cessuram. Talia quidem variabat Ioannes, tetrorem incutiens multitudini. externum vero auxilium aperte quidem indicare quod diceret non audebat. Idumæos autem significabat, utque principes Zelotatum priuatim etiam commoueret, crudelitatis Annunzi arguebat, ipsis eum maximè minitati confirmans.

Anno mense  
4032.  
A Christo  
anno 70.

*Idumæorum aduentus pro Hierosolymitanis &c. &c.*

C A P. V I.

**E**RAT autem Eleazarus Simonis filius, qui e-  
tiam præter alios idoneus esse videbatur, & cum Zelotis  
recte consulere, & quæ consuluisset efficere, i-  
temque Zacharias filius Amphicali, uterque à aduocari  
sacerdotibus genus ducet. Hi præter cōmunes, suaderet  
etiam priuatis interminationib. cognitis, quod  
que Arani: factio potentiaz sibi comparadæ cau-  
sa Romaios accerseret (nam & hoc Ioannes af-  
finxerat) diu quidem quid agerent, dubitabant,  
angustiis temporis conclusi, populū enim haud  
multo post eos aggredi paratum esse cogitabant:  
externi vero sauidij facultatem, insidiatum  
sibi celeritate præceptam, priusque fore ut o-  
mnia paterentur, quam auxiliarium quisquam Idumæos  
ista cognosceret, aduocari tamen Idumæos suppeditare  
placuit, scriptaque breviter epistola, quod perim-

**a** mundi circumuento populo Ananus vellet Romanis  
40;2. ad metropolim prodere. Ipsi autem pro libertate  
**Christi** nato dissidentes, in templo ob siderentur, minimūm-

**b** que temporis salutem sibi promitteret: ac nisi  
maturè subuenirent: ipsos quidem Anano at-  
que inimicis, at verò civitatem Romanis illicè  
subiugandam: pleraque nuncis ad rectores I-  
dumtorum referenda mandant. Ad hoc autem  
lecti sunt duo viri strenui, & diceardi peritissimi  
& ad persuadendum satis idonei: quodque his  
rebus esset utilius, pedum velocitate praestan-  
tes. nam Idumæos confessim parituros certum  
erat, quod à turbarum cupiens, & incondita es-  
set natio, sempérque ad motus facilis atque su-  
spensa, & rerum mutationibus lata, minimisq.  
perennium blanditiis ad bella promptissima: &  
velut ad festorum quandam solenitatem. sic  
ad prælia properans, celeritatè autem nuncij  
exigebant, atque istis nihil deerat alacritatis, &  
terque aucteu Ananias vocabatur. Nonque apud  
rectores aderant Idumæorum. Illi autem simul  
epistola mandatisque attoniti, quasi furibundè  
circumcursare gentem, militiamque denuncia-  
re cœperunt. Itaque mox & dicto citius multi-

**c** Idumæo tido conuenerat, omnésque pro libertate me-  
sum viginti tropoleos arma rapiebant. Congregati b autem  
milia Hier. propè ad xxm. cum ducibus quatuor Hierosolyma-  
ensem veniunt: hoc eit Ioanne & Iacob. Soſas  
filiis, & præterea Simone Cathiz, & Phineas  
Clusoth filiis. Ananum autè profectio legato-  
rū, itémque vigiles eius latuit, sed non etiā im-  
petus ludorum: hoc enim antè cognito, por-  
tas eius clausit, & mati custodes apposuit. non

**d** Oratio &  
exhortatio  
Iesu ad I-  
udeos.  
Tamen visus est bello cum his congre-  
di, sed  
verbis eis ante persuadere concordiam. Stans  
ergo in aduersa turri Iesus, post Ananum ad  
Pontificum maximus. Cum multaz, inquit, &  
variaz

variz turbæ tenuerint ciuitatem. in nulla re sic  
 miseranda fortuna est, vt in eo quod pessimis  
 etiam inopinata cōspirant. etenim perditissimis  
 hominibus contra nos auxilio venistis. tanta  
 cum alacritate, quanta nec in barbaros aduocā-  
 te vos metropoli venisse decuisset. Et siquidem  
 viderem consensionem vestram similem esse  
 horum hominum qui vos rogauerunt, non exi-  
 stimarem impetum carere ratione. nihil enim  
 sequē ac morum cognatio concordiam firmat.  
**Nunc** verò illi quidem, si quis eorum singulos  
 explorauerit, mille mortibus digni reperientur,  
 nam & ludibria & purgamenta totius tuſtice  
 plebis, luxu absumptis patrimoniis suis, postquā  
 in vicis & ciuitatibus proximis audaciam exer-  
 cuēre, postremò in sacram ciuitatem clām in-  
 fluxerè vt latrones, solūmq. religiosum imma-  
 nitate polluerunt scelerum: eoque videoas sine  
 metu inter sancta ebrios, & auditate ventris  
 peremtorum spolia consumentes. vestra verò  
 multitudo armatorūmque talis ornatus est,  
 qualem deceret esse, si publico vos consilio  
 metropolis inuitaret, ad alienigenas laturos  
 auxilia. quid igitur hoc esse quis dixerit, nisi  
 fortunæ iniuriam: cum pro nequissimis con-  
 tentisse & integræ nationis vestræ arma video-  
 tur conspirare? Iamdudum quidem reperire  
 nequeo. quidnam fuerit, quoꝝ vos tam citio  
 commouerit, nec enim sine magna causa fieri  
 potuisset, vt arma pro latronibus aduersus co-  
 gnatum populum caperetis, quid? Romanos au-  
 distis & proditionem? his enim quidam vestrum  
 obſtrepebant nunc, liberanda metropoleos  
 causa venisse dicentes, vnde mirati sumus præ-  
 ter alia, noxiorum tale commentum. viros  
 enim natura libertatis amatores, eoque cum  
 externis hostibus pugnare patatissimos: alitec

Anno millesimo  
 403. M  
 Christi anno  
 70.

*An. mundi 4032. Et 70.* **Contra nos efferrare non poterant, quam vastatæ libertatis proditione mentita. Sed enim vos considerare oportet, qui vos insimulauerint: fidemque in vos veritatis ex rebus communibus, non ex ficto sermone colligere. Quid**

**a Deputatio** enim pasit, nunc demum nos dedimus Romanis, cum ab initio licuerit aut ab his non defisi. **Zelosorū de cere,** aut quia deficitus, citè redire in gravissima tiam priusquam circa nos omnia vastarentur? **liberato & námque iam ne volentibus quidem nobis, transiisse pro factio** facilis est: cum & superbos eos effec-  
donda.

**b Pax moris** placare. Evidem b quod in me est, pacē mor-  
**prostas: ea** ti antepono. semel autem bello appetitus. post-  
terū tamen quam pugna commissa est, gloriosam mortē vi-  
paribꝫ.

li principes aīunt clām misisse aliquem ad Ro-  
manos, an etiam totum populum communi suf-  
fragio? Siquidem nobis dicant, quos amicos mi-  
serimus, qui serui fuerint proditionis ministri.  
Cūm iret aliquis deprehensus est, iudicis ca-  
ptus est, literas nocti sunt? Quemadmodum au-  
tem tantam ciuium multitudinem lateremus,  
cū quibus omni hora versaremur? Paucis autem,  
atque his inclusis, qui de templo ne in ciuitate  
quidem prodire possent, quo pacto sunt cogniti,  
qua occulte extra ciuitatem fierent? An vero  
nunc cognouere, quando ausorū poenæ reddenda  
sunt? donec autem sine metu fuere, nem-  
inem nostrum proditorem suspicabantur? Sin ad  
populum causam referunt, publicū habuit nem-  
pe concilium, nemo aberat concioni: ideoque  
manifestior ad vos nuncius fama ciuius prope-  
rasset. Quid autem opus erat legatos mittere,  
cū cetera nobis esset de transactione sententia?  
Et quis designatus sit dicant. Sed haec quidem ma-  
jor peri-

¶ periturotū, & instantes pēnas evitare cupiē.  
Cum causationes sunt. Quin etiam si ciuitatem  
prodi in fatis esset, id quoque ipsos qui nos cri-  
minantur ausuros opinor: quorum audaciae v-  
num malū videtur deesse proditio. Vos autem  
oportet, quia semel cum armis adestis, primū  
(id quod est iustissimū) adiuuare metropolim,  
& vñā nobiscum tyrānos eximere, per quos iu-  
dicia dissoluta sunt: qui calcatis legibus iura suis  
gladiis permisere: deniq. nobiles viros non in-  
dusatos, ex medio raptos fore primū vinculis  
truciarunt: deinde non voce neque prece eorū  
morati, nec tradiderunt. Licet autē vobis non  
belli lege ingeffis, horum videre argumentum,  
quæ dixi, desolatas domos rapinis: coniuges in  
veste lugubri ac familias p̄emptonum, & per  
totam ciuitatem v̄lulatus & fletus, nullus enim  
non persecutionem expertus est impiorum.  
Qui ad hoc insaniz prorupere, vt latrocinalem  
audaciam nō solū ex aggris atque alienis ciui-  
tatibus in hāc, quæ & caput & facies gentis est,  
sed in phanum etiam ex ciuitate transferrent.  
Denique b̄ hoc sibi & ad excursus & ad perfu- b Zelotæ rē-  
gium elegerunt, isque fiscus illis est eorū quæ in plū ad ex-  
nos comparantur: & locus toti orbis terræ vene- cursu &  
rabilis, quiq. ab vniuersis alienigenis, ab extre- ad perfugij  
mo-limite mundi venientibus, honoratur per elegamus.  
hac quæ apud nos pata sunt, potenta cōculā-  
tur. Exultant autē rebus desperatis, populos cō-  
mitti populis, & ciuitatibus ciuitates, gentesque  
in sua viscera delectum habēte: cūm debueritis  
(vt dixi) quod factu esset optimū ac deceret, no-  
biscum nocentes eximere: atq; hanc ipsam fal-  
laciā vltum ire, quod auxilio vos aduocare ausi  
sunt, quos metuere vindices debuissent. Quod  
si eiusmodi hominum preces reverendas puta-  
atis, attamen licet vobis armis depositis, co-

*Anno mundo  
4033.  
A Christo  
nato 70.*  
*a Lejwidae  
maes ut in  
ciuitate cō-  
tra Zeletas  
auxiliū se  
pant, horis-  
sur.*

*Anno mudi* gnatorum habitu introire etiitatem: mediisque  
 4032. <sup>a</sup> inter hostes atque auxiliares suscepto nomi-  
*¶ Christo* ne , de nostris discordiis iudicare : quanquam  
 70. reputare quid habebunt commodi , cum de  
*¶ Iesu Idu-* manifestis ac tantis criminibus apud vos cau-  
*matorum de dis-* sam dicturi sunt , qui hominibus non accusatis,  
*cordiis sud-* ne verbum quidem facere permisere. Ferant i-  
*bare regas.* gitur hanc ex vestro aduentu gratiam. Si vero  
 nobiscum indignari neque iudicare vultis , ter-  
 tiū restat, ut relictis virisque partibus , nec no-  
 stris cladi bus insultetis , nec cum insidiatoribus  
 metropoleos maneatis. Nam et si maxime quen-  
 quam nostrum suspicamini Romanis colloctū ,  
 obseruare vobis itinera licet , tūmque demun-  
 tueri metropolim , cum factum aliquid huius-  
 modi patuerit , quale delatum est , & in autores  
 eius , si coniuncti fuerint , vindicare. Non enim vos  
 præueniunt hostes , iuxta ciuitatem sedibus pos-  
 tis. Sin <sup>b</sup> horum nihil vobis gratum aut medio-  
 cre videtur , ne portarū claustra miremini , qua-  
 tenus arma portabis. Hæc quidem Iesu loqu-  
 batur. Idumatorum autem multitudo nequa-  
 quam animum aduertebat , ardens iracundia ,  
 quod non pararam habuisset introitum , proque  
 armis inter se duces indignabante captiuitate  
 esse existimantes , si ea quibusdam iubentibus  
 depositissent. Unus <sup>c</sup> autem ducum Simon fi-  
 lius Cathalæ , vix placato suorum tumultu , stans  
 in eo loco unde exaudiri à Pontificibus posset:  
 non iam mirari se ait , si libertatis propugna-  
 res in templo ob siderentur inclusi , cum illi cu-  
 ette genti communem clauerint ciuitatem : &  
 Romanos quidem fortasse , coronatis etiā por-  
 tis recipere sint parati. Idumatorum autem ex tur-  
 ribus alloquantur , capraque iubeant , pro libe-  
 rate arma proiecere , cognatisque non creden-  
 tes custodiam ciuitatis , iudices eos . discediari  
 fieri

*¶ Iesu ad I-  
 dumatorum ora-  
 tionē finis.*

*c Simonis I-  
 dumatorum  
 ducis ad Ie-  
 su orationē  
 refonfio.*

fieri velint: & alios accusando quodd indemnatos  
 ciues occiderent, ipsi totam damnent ignomi-  
 nia nationem, denique <sup>a</sup> urbem omnibus alieni. *A Christo*  
 genis religionis causa patentem, nunc domesti-  
 cis præclusis. Valde enim contra vos festina-  
 mus, & ad gerendum cum gentilibus bellum: *a Idumæis*  
 qui ob hoc adesse properauimus, ut vos seruare-  
 mus liberos. Nempe taliter vos etiam hi quos  
 obsidetis læsere, tamque verisimiles puto suspi-  
 ciones in illos quoque colligitis. Deinde <sup>b</sup> qui  
 Reipub. defensores sunt intus in custodia ten-  
 tes, genere coniunctissimis gentibus simul uni-  
 versis ciuitatem præclusam tyrannidem perfec-  
 te dicitis, cum tam contumeliosis nos iubeatis  
 obtemperate præceptis: noménque potentia  
 liis, qui vos tyrannos patientur, annectitis. Quis  
 cauillationem vestri sermonis tulerit, cum re-  
 rum repugnantiam videat? Etenim vobis etiam  
 nunc Idumæos excludentibus ciuitate (namque  
 ipsi nos à patriis sacris arctis) recte quis eos in-  
 cusaverit qui custodiuntur in templo, quod cum  
 ausi essent plebare proditores, quos viros nobi-  
 les & innocentes pro societate facinoris dicti-  
 sis, non à vobis inceperint, summāq. proditio-  
 nis membra præciderint? Sed licet illi moliores  
 quam res poscebat inventi sint, nos tamen do-  
 miciliū Dei seruabimus Idumæi, & pro com-  
 muni patria propugnabimus: tamq. fortis irruen-  
 tes, quam intus insidiantes, hostes pariter vlcis-  
 cemur. Hic autem manebimus pro muris arma-  
 ti, donec aut vos Romani respiciendo liberent,  
 aut ipsi recuperata libertatis cura mutemini.

### De clade Idumæorum ab Idumæis facta.

#### C A P. VII.

**H**is dictis Idumæorum quidem multitudo  
 clamore consensit. Iesus autem tristis se-

*An. mundi* cessit, cum nec Idumæos quicquam sentire mod  
4032. *A*derarum, & duplice bello oppugnari ciuitatem  
*Christo nato* videret. Quippe nec Idumæorum tumor & spi-  
ritus quiescebat, indignè ferentium contumeliam  
70. quod essent ciuitate prohibiti: & quod Zelot-  
atum vires esse firmas crediderant, erubescen-  
tium, postquam nihil eos sibi auxiliari posse vi-  
derent, ut iam venisse pœniteret. Pudor autem nul-  
la re penitus gesta redeundi, pœnitudinem su-  
perabat. Itaque <sup>a</sup> ibidem propè murum temerè  
tabernaculis positis, manendum esse statuere.  
*a Idumæi* Infinita <sup>b</sup> enī hyems nocte illa venit, ventiq.  
*propè murū* tabernacula violenti cum imbribus orti sunt, & crebra ful-  
*tabernacula* gura, horrendaq. tonitrua, concussaq. terræ vasti  
*ponunt.* mugitus: certamq. erat apud omnes, hominū ex-  
*b Infinita* exitio mundi statum esse turbatum, neq. patrum  
*hyems.* quid rerum hæc signa portendere. Una verò Idu-  
mæis & oppidanis erat opinio: illis quidem, ira-  
sci Deum militiæ causa, existimantibus neq. se  
posse evadere, si aduersus metropolim arma-  
monissent: Anano autem eiūsq. sociis etiam sine  
prælio viciisse: Deumq. pro se bellum admini-  
strare credentibus. Sed profecto falso erant in-  
terpretes futurorū, & quæ sui passuri essent, cō-  
tra hostes fore diuinabant. Verum Idumæi qui-  
dem cateruatim densatis corporibus inuicem se  
fouebant, scutisq. contextis protecti capita, mi-  
*c Zeletes en-* minus pluuiia lœde bantur. Zelotæ autem magis il-  
*fidei, inna-* lorū quam suo periculo cruciabantur: collectiq.  
*dere, arg. in-* deliberabāt, si quā reperire subsidij machinam  
*ciuitati im-* illis possent. Horum autem ardenterib. videba-  
*petu facto* tur, vi armorum custodes inuadere: atq. in ciu-  
*facto palam per-* palam portas auxiliatorib. ape-  
*sau auxilia-* rite. nā & custodes ex improviso, & quod plu-  
*toribus apo-* res inermes ac belli expertes essent, facile tur-  
*rare conau-* batū iri, & multitudoē civium difficulter collig-  
*gi posse: quoniā* domi quisq. proprietatem  
*conti-*

cōtinetur, quia etsi periculum aliquod interuenit, quidvis subire satius, quam negligere tot copias sui causa turpiter perituras. at qui prudenter erant, ut m̄ adhibeti dissuadebant. nō enim sui tantum causa custodes ampliari, sed etiam ciuitatis murum videbant propter Idumæos diligentius custodiri: & ubiq. adesse Ananum, omnibūsq. horis invisere custodias existimabant, sed hoc aliis noctibus ita habuerat: illa verò, non sua desidia requieuerat, sed ut & ipse & custodum manus fato duce interirent. Nam-

que a iā nocte proiecta, & gliscente hyeme, cū a Custodes stodes in porticu dispositos opprimit somnus. in porticu At Zelotis consiliū subit, ut seīris templo sacra- dispositos zis portarum vētes fecerent. affuit autē illis, ne somnus op- exaudiretur crepitus, ventorum sonus, & c̄ eb a primis.

tonitrua, fanq. b̄egressi, ad murum clanculo ve- b Idumæi niunt, seratāmque portam, quæ versus Idumæos erat, aperiunt. Illi autem primū Ananum conari aliquid suspicati, unusquisque dex- noctū Zelo-

trā ad gladium, quasi repugnaturi applicant manū, deinde his qui ad se venerant agnitis, introdūuntur.

ibant. Qui quidē, si tunc manus vertere in ciui- tatem voluissent, nihil obstat quò minus totus populus interiret: ranta ira ferebantur. vē- ram Zelotas primò eximere custodia festina- bant: illis quoque multum precantibus, qui eos receperant ne despicerent malis obsecros quoru- gratia venerant, neque his acerbius pericu- lum importarent. capessi enim custodibus, fati- liorem illis in ciuitatē impetum fore: sed si se- mel eos concitassem, tam illos cōtineri non posse, quin si senserint congregentur, & per astensus nitentib. se opponant. Idē Igitur Idumæis visum est: iamque in templum per ciuitatem subibant, cum suspensi Zelotæ aduentum eorum praesolarentur. Denique c̄ his ingressi,

An. mundi  
4033. A  
Christo natu  
70.

c Idumæi  
Zelotæ in  
templo sefa-  
conspicuntur.

An. mundi etiā ipsi confidenter ex interiore fano progres-  
 4032. A si sunt, mixtiq. Idumæi in custodes irruperunt.  
Christus na- Cæsis autem nonnullis, quos somnus oppres-  
 170. rat, omnis multitudo ad clamorem vigilantium  
 suscitata est, raptisque armis ad repugnandum  
 non sine stupore properabant. Ac primum qui-  
 dem Zelotas solos conari aliquid suspicantes,  
 quasi eos superaturi numero confidebant: ubi  
 vero foris alios circumfundi viderent, Idumæos  
 irrupisse sensere. Et maior quidem pars eorum,  
 armis pariter animisq. depositis in questibus e-  
 rant, pauci vero iuueni fortiter communiti, oc-  
 currendo Idumæis aliquandiu segniorem mul-  
 titudinem protegebant: alij cladem ciuitatis ha-  
 bitatoribus nunciabant. Illorum autem auxilio  
 venire nullus audebat, cognito Idumæos irru-  
 pissem: sed ipsi quoq. irrita vociferantes, cum fleti-  
 bus respondebant: plurimùsq. mulierum vulna-  
 tus suscitabatur, si quando custodum quisquam  
 a Immanu-  
les Idumæo-  
ri & Zelo-  
tarii in His-  
rosolymita-  
nas. in periculum aliquod incidisset. Quin & Zelo-  
 tas Idumæorum clamore geminabant, magisq.  
 horribiles tempestas faciebat omnium voces.  
 Netnini autem Idumæi pepercere, quod natu-  
 ra crudelissimi ad cædes erant, & hyeme graui-  
 ter afficiebatur, proprieatæq. his qui se exclusive-  
 rant ut inimicis vtebantur, tam supplicantibus  
 quam repugnantibus infensi. Multos enim co-  
 gnationem referentes, vtque commune planū  
 reuerterentur orantes, gladiis transfigebant. Nul-  
 lius autem fugiendi locus, neq. spes salutis erat.  
 Compulsi autem circa se, magis quam vi oppres-  
 si lanabuntur, cum recessendi spaciū non da-  
 getur, nec interfectores à cædibus temperarent.  
 Incerti autem quid agerent, in ciuitatem se pre-  
 cipitabant: miseri (vt mihi videtur) eò quod fu-  
 giebant crudelius subeuntes exitium, donec  
 sempli extenu sanguine redundauit. Osto  
 antem

atque millia & quingentos mortuos dies inuenit. Nec tamen his Idumaeorum ira satiata est, sed versis in ciuitatem manibus, omnes domos Christi diripiebant: quemque fortuitò inuenissent, morti dabant. Et ceteræ quidem multitudinis cedem superuacuum esse ducebant: pontifices autem a Ananias peruestigabant, & in illos plerique cerebantur, statimq. comprehensos obruncabant: stantesque sacerdotes obtruncabant super eorum cadavera, nunc Anano populi benevolentiam, nunc Iesu quæ de muro dixerat exprobrabant. Ad hoc autem impietatis progressum sunt, ut etiam infelitos eos abicerint: cum presentem Iudeis tantra sepulturæ cura sit, ut etiam iudicio cruci suffixos, ad occasum solis deponant atque sepeliant. Et b<sup>a</sup> quidem non errauit Ananias, si Ananu mortuam dixerat excidijs, ciuitatis fuisse principium, & ex illo die muros cuieres, ciuitatem semper publicam Iudeorum petisse, quo pontificis principium rectore inq. salutis suæ iugulatum in media c. Lata Accinctate viderat. Erat c<sup>a</sup> autem & alias vir laudabilis Pompeius atque iustissimus, & prater nobilitatis ac dignitatis honoris, quo erat praeditus, amplitudinem infamis amabat æquari. Libertatis autem maximæ fautor erat, & is qui populi affectaret impietatem. Commodis autem propriis ciuitates semper utilitates anteponebat, super omnia paci studens. Sciebat enim Romanos nos posse expugnari: ac prospiciebat, si pacisci utiliter nequisarent Iudei, omnino eos periturae. ut autem breviter dicam, cum Anano viuo ad transactionem venissent. Mirus enim erat dicere, mirus populo persuadere quæ vellet. Iam vero: impediétes bellantesq. subegerat. Plurimum autem mortuæ subali duce attulissent Romanis. Huic iunctus erat Iesus, illo quidem comparatione inferior, sed præstans ceteris: ut putem Deum, qui tanquam violatam ciuitatem perire flammis, purgari que-

An. mundi 4032. sancta vellet, consulto defensores eorum, & quia  
A Christo nato 70. ea charissima ducent, amputasse. Itaque paulo  
ante sacris indumentis amictos, & toto ore celeberrimæ religionis autores, quique vndeque  
in ciuitatem coimeantibus venerabiles habebantur, iacere nudos prædam canibus ac feris  
videtes. Quos quidem viros ipsam puto gemulæ  
se virtutem, rautum licuisse vitiis hacentem.

## SUMMA CAPITVM LIBRI V. DE BELLO IVDAICO.

- I. De altera strage, & reditu Idumaeorum, Zelotarumque crudelitate.
- II. De inestina discordia Hierosolymiorum.
- III. De Gadarenium deditione & strage.
- IV. De capite oppedita quibusdam, descripsiisque insulae Hierichonie.
- V. Lacus Asphaltites.
- VI. Gerasa denastatio: simul de Neroni morte, Galba & Othoni.
- VII. De Simone Geraseno nonne conspiratione principe.
- VIII. De Galba, Othone, Vitellio & Vespasiano.
- IX. De Simonis gessu contra Zelotas.
- X. De Vespasiano in Imperatorem electio.
- XI. Egypti descripsio & Phari.
- XII. Vespasianum Iosephum captivitate liberat.
- XIII. De Vitellij morte & morib. ut.
- XIV. Tunc miscitur contra Iudeos à patre.  
 De altera strage, & reditu Idumaeorum, Zelotarumque crudelitate.

## CAP. I.

NANO quidem & Iesu eiusmodi finis evenit. Post illos vero tam Zelotæ quam Idumæi passim plebem, quæsi ne-

a Zelotarum  
 & Idumæorum  
 crudelitas.



Si nefandorū animalium gregem, irruendo ma-  
& abant. Et vulgus quidem in quolibet loco de-  
prehensum necabatur: correptos autē nobilēs  
& adolescentes, vincitos in carcerem conclude-  
bant, spe nonnullos eorum sibi posse sociari ne-  
ce dilata. Verum hæc nullum mouebant, sed  
eunati mortem p̄ceptauerant, dummodo ne  
aduersus patriā communem nequissimè conspi-  
rarent: sc̄uissima tamen ante cædem verbata su-  
stinebant, exulcerati plazis atq. tormentis. cūm-  
que iam corpus non sufficeret cruc. atib. tandem  
gladium merebantur, quos autem die cepissent,  
eos in custodiam nocte ducebant: extractō ique  
iude, si quos mori contigisset abiiciebat, ut vin-  
ctis aliis locus esset. Tantus autē populū pauor  
occupauerat atq. formido, ut ne flere quidē pa-  
lām quisquam, siue sepelire proprium tunus au-  
deret: sed erant occultæ clausorum etiam lacry-  
mæ, & ne quis inimicorū auditet, circūspectan-  
tes gemebant, paria nanq. his qui lugebantur,  
etiam qui luxissent illico patiebantur. exiguum  
verò nocte sublatā terram manibus, corporibus  
iniiciebant, & nonnunquam die, si quis fuis-  
set audacior. Duodecim autē millia hoc mo-  
do nobilium periēre. Illi autem iam ob cædes  
exosi, nullo pudore iudicii vim & cognitionis  
cautlando imitabantur. Itaq. cum illustriū quē-  
dam Zachariam Baruch filiū interficere decre-  
uissent (irritabant enim quod nequissimus i-  
nimicus nimis erat, & probis amicus, itēmq. lo-  
cuples) neque solum fortunarum eius direptio-  
nem sperarent, sed etiam remotum iri virum  
ad se deiiciendos potente, septuaginta plebeio-  
rum honestissimos ex p̄cepto conuocat, iudi-  
cum specie potestate carentes, & apud eos Za-  
chariam, quasi res proderet Romanis, accusant,  
quodq. ad Vespasianum proditionis causa mi-

An. mundi siffet. Sed neq. argumentum neq. vlla probatio  
 4032. criminis erat. ipsi aut misisse dixerunt, & hoc ha-  
 a Christo  
 nate 70. beri pro fide veritatis volebant. Zacharias autem  
 a Zacharias vbi nullam spem salutis sibi reliquam esse vidit,  
 à Zelotis ca- per insidias non in iudicium, sed in carcerem du-  
 prius dom- catus, vix suæ desperatione libertate non priua-  
 maria. uit: sed exosus veri quidem similitudinem obie-  
 citorum derisit, & illata sibi crimina breuiter di-  
 luit: in accusatores aut oratione conuersa, om-  
 nes eorum iniuriantes per ordinem prosecutus est,  
 multaque de perturbatione rerum querebatur. Ze-  
 loti vero obstrepentes, vix a gladiis temperabant,  
 speciem cauillationemque iudicij sui usque ad finem permanere cupientes, & præter hoc iudi-  
 ces experiri, an periculoso tempore iustitiae me-  
 more forent. Igitur omnes septuaginta pro eo  
 b. Sepua- sententiam ferunt, & pro eo mori, quam sibi as-  
 ginea Indi- cribi eius interium maluere. Illo vero absoluto  
 ces pro Za Zelotarum clamor tollitur, & vniuersi quidem  
 abaria sen- iudicibus irascebantur, qui simulationem datæ  
 dentem fe- sibi potestatis non intellexerant. duo vero ex  
 rati. audacissimis aggressi Zachariam, in medio tem-  
 c. Zacharias plo interficiunt: & illudendo, habes, inquit, &  
 in medio st- à nobis de absolutione sententiam certiorem:  
 atio interfici- cùmque statim in subiectam vallem de templo  
 tur. proiciunt. Iudices vero, cötumelias causa versis  
 gladiis ferientes, templi ambitu pepulere, cædi  
 enim eorum peperoerant, ut disiecti per ciuitatem,  
 nuncij fierent apud omnes seruitutis. Idumzios  
 autem iam venisse poenitebat; neq. his gesta place-  
 d. Idumzios bant. Quibus collectis, Zelotarum quidam se-  
 Zelotarum oreto indicabat vniuersa: & quæcunq. hi qui eos  
 scelerata fa- aduocauerant sceleratè fecissent, omnia domo-  
 cinora qui strabat arma quidem cepisse eos, quasi Roma-  
 dum prodierunt. nis a pontificibus metropolis proderetur, repe-  
 risse autem nullum proditionis iudicium. Illos  
 vero qui tutati eam simularent, & belii facino-

tra ausos & tyrannidis ab initio quidem prohibitos fuisse. Verum quia semel in societatem intestinæ eisdem incidissent, finem delictis adhibendum, neque vires hominiibus suggestendas morem patrium destruentibus. Nam et si portas grauites ferrent sibi atque in oppidum aditum esse præclusum, poenas ab his qui prohibuerant esse repetitas & Ananum quidem peremptum, una verò nocte populum totum penè consumptum. Quarum rerum multos quidem suorum poenitentia sentirent: eorum autem viderent, à quibus rogati essent, crudelitatem immensam nec ipsos quidem per quos salvi erant erubescerunt, in oculis enim auxiliatorum pessima facienda committere, illorumque iniurias. Idumq; amputari, quatenus ea non prohibeant, neq; ab his separentur. Debere igitur (quoniam de predicatione quæ dicta sunt, calumniam fuisse persuaserunt, nullusque Romanorum impetus timeretur, aduersus ciuitatem verò inexpugnabilis esset potentia corroborata) illos domum redere: malorumque societatem vitando cuncta diluere flagitia, quorum non sponte, sed decepti participes extitissent. Persuasus est Idumæus. Et primum eos qui erant in custodiis soluuntur, propè ad duo millia popularium, statimque reducta ciuitate ad Simonem venient, de quo paulo post conmemorabimus: deinde domum ex Hierosolymis abire. Euenit autem eoru discessum variisque pariter inopinatum videri. nam & populus nescius poenitutinis, paululum fiducia aldam ei dozeat, velut inimicis leuatus: & b Zelota. b Zelotarum crevit insolentia, quasi non auxiliis caruis. post Idumæus fecit, sed iis essent liberari, quorum pudore ac reverentia criminibus temperabat. Deniq; nulla facinora tam erat facinorum mora neque cunctatio: sed scelerata festinatio quidem cōsiliis in rebus singulis ut.

bantur: quæ vero placuerint, ipsa cogitatione  
 citius peragebant. Maximè autem in viros for-  
 tes atque insignes cædibus scuiebant: cum iuvi-  
 dia nobilitatem absumerent metu virtutum,  
 vnamque cautionem putarent, nullum optimam  
 superesse. Itaque <sup>2</sup> occisus est cum multis  
 aliis Gorion, dignitate simul & genere prestantes,  
 & plus posse populum gaudens, plenusque spi-  
 ritu, libertatis amator, ut nullus alius Iudeorū  
 quem tamen libertas præter alias virtutes per-  
 didit. Sed ne Peraita quidem Niger eorum ma-  
 nus effugit, bellis cum Romanis gestis vir stren-  
 uus comprobatus: qui etiam sepe vociferans,  
 & cicatrices ostendens, per medium ciuitatem  
 trahebatur. Ductus vero extra portas, desperata  
 iam salute, ne sepultura careret supplicabat. Illi  
 autem prius intermixtati, quod humum ei quam  
 desiderabat concessuri non essent, mox etiam  
 mortem intulere. Qui <sup>b</sup> tamen cū occideretur,  
 Romanos eis vltores imprecatus est: famemq;  
 præter bellum ac pestilentia, & ad hæc omnia  
 ipsorum iniurias manus: eaque vniuersa cōfir-  
 mavit apud impios Deus, & quod iustissimum  
 esset effecit, ut audaciam suam quam primū ex-  
 perirentur inter se dissidentes. Niger quidem  
 occisus, quem habebant de oppressione sui me-  
 tu eos leuauit. Pars autem plebis nulla erat, cui  
 non ad interitum excogitabatur occasio. Nám-  
 que alij quod iamdudum aliis ciuibus restitui-  
 sent interficiebantur: qui vero nihil offendie-  
 rant, subitas pacis tempore causas excipiebant.  
 Et qui omnino liberè eos non adissent, pro cō-  
 temporibus: qui vero obsequentes, pro infida-  
 totibus habebantur: vnaq; maximorum etiam  
 & mediocrium poena, mors erat, neque e-  
 uasit quisquam, nisi aut ignobilitate aut fortuna  
 per humiliis.

**b** Niger pre-  
 ces reip̄a  
 fuisse adim-  
 pletus, exi-  
 tui declar-  
 rat.

## C A P. II.

A Christo

**R**omanis autem omnes ad ciuitatem animos <sup>natio 70.</sup> intendebant, hostium dissensionem lucrum a <sup>b</sup> Vespasianis esse censentes: & <sup>a</sup> Vespasianum, penes quem nam Roma summa rei potestas erat, incitabant, diuinaz pro ni milites uidentaz dicentes auxilio in semet hostes esse incitare. conuersos: veruntamen velox esse momentum, & Iudeos citè in concordiam reddituros, aut in- testinis malis defessos, aut redactos in paenitun- dinem. Ad quos Vespasianus ait: Plurimum eos quid fieri conueniat ignorare, tanquam in thea- tro cupientes quantum armis ac manibus pos- sent ostentare potius cù periculo, quam secum quidquid esset utile reputare. Nam si statim ci- uitatem aggredierentur, ipsos causam hostibus fore concordiaz, ac vires eorum etiam nunc vi- gentes in se prouocaturos. Sin b operirentur, paucioribus ac moderioribus his usueros do- mestica seditione consumptis. Deum namque melius quam ipsos disponere, qui sine labore Iudeos Romanis traderet, nulloque periculo exercitui viato: iam condonaret. Proinde mani- bus propriis intereuntibus inimicis, maximè <sup>c</sup> peditat.

que malo, hoc est seditione turbatis, debere se potius periculorum spectatores esse, quam cum hominibus mortem appetentibus arque in- testina rabiie insani entibus configere. Si quis au- tem putauerit victoraz gloriam sine pralio fieri viliorem, sciat, inquit, armorum incerto exi- tu commodiùs esse commode perficere quod intendat. Neque enim manu praeciaros esse mi- nus laudabiles, qui paria gesserint moderatio- ne acque prudentia. Simul autem dum hostes imminuerentur, etiam milites ex laboribus as- fiduis recteatos valentiores ducunt. iri. Pm.

Anno mundi 4032. A Christo 70. terea non id esse tempus, ut maturè ocepan-  
da videatur victoriz claritudo, nec enim armis  
fabricandis aut muris, vel auxiliis congregandis  
Iudeos operam dare, atque ideo moras differ-  
entibus nocitutas: sed bello domestico ac dis-  
sensione tumidos, miserabiliora pati quotidie,  
quam ipsi eos captos afficerent intromissi: Pro-  
inde siue quis securitatem consideret, finendos  
esse qui semet absumerent: siue facti gloriam  
clariorem, nequaquam manus intestino mor-  
bo laborantibus afferendas: siquidem ratione  
recta diceretur, non ipsorum, sed discordia  
fuisse victoria. Hoc Vespasianus: eisque di-  
centi retores militum consentiebant: mox  
que apparuit quam utile fuisse eius consilium.

a Scultiliu- Namque <sup>a</sup> in dies singulos multi ad eum con-  
dici frigido fluebant fugiendo Zelotas. Erat autem fuga  
Zelotarum ad difficultis, quod omnes exitus custodibus obside-  
Vespasianum bantur. Et <sup>b</sup> si quis ibi qualibet ex causa depre-  
conjurare. hensus fuisset, velut ad Romanos ire cuperet,  
<sup>b</sup> Zelotarum interficiebatut. qui tamen eis dedisset pecu-  
nia mortuos saluus abibat: & qui non dabat, soles  
parcer aq. proditor habebatur. Restabat igitur, pecunio-  
vinoz crux. suis fugam redimentibus, solos pauperes iugula-  
dolus. Mortui verò per omnes vias coaceruabantur  
ianuméri, multique etiam transfugere cupien-  
tiunt, rursus in ciuitate petire praoptabant.  
nam spe sepulturæ in patria mori tolerabilius  
videbatur. Illi autem ad hoc crudelitatis de-  
mouerant, ut neque intus, neque per itinera oc-  
cisi humum concederent: sed veluti cum pa-  
triis legibus etiam naturæ iura disturbare pe-  
gigissent, suaque in homines iniustitia diuini-  
tatem quoq; polluere, ita sub sole puere  
mortuos relinquebant. Sepelientibus ante suo-  
rum corpora, idem quod transfugis, imminebat  
Opplicium mortis: statimque sepulta a indige-  
bat.

bat, qui hanc alteri præsticisset: & ut breuiter *An. mundi*  
*dicam, nullam tam bona, quam misericordia,* 4032.  
*perierat in illis cladibus mentis affectio: hisq; A Christo*  
*irritabantur noxij, quæ miseranda vidissent, à nro 30.*  
*vivis in mortuos, à mortuis in viuos iſacun-*  
*diam transferentes. Modum autem excedente*  
*metu, superstitionibus mortui adepti requiem bea-*  
*tiores videbantur: & qui erant in custodiis co-*  
*paratione sui cruciatus, insepultos quoque for-*  
*sunatissimos demonstrabant. Omne quidem ab*  
*illis ius hominum calcabatur, ridebatur etiam*  
*divinitas, prophetarumque responsis tanquam*  
*wulgaribus fabulis illudebant. Cùm verò multa*  
*contemplissent de virtute ac vitiis statuta ma-*  
*iorum, etiam quæ de patria olim prædicta fue-  
*rant, vera esse exitu probauere. Vetus enim qui-*  
*dam sermo ferebatur, tunc demum ciuitatem*  
*caput iri, sancta quoque Hammis exurenda*  
*esse lege belli, cùm seditio fuisset exorta, fa-*  
*nūnque Dei propriez manus ante violassent.*  
*Quibus Zelotz, nihil de eorum fide dubitan-*  
*ter, ministros se præbuerunt.**

### De Gadarenis deditio & strage.

#### C. A. P. III.

**A**T<sup>3</sup> Ioannes iamdudum tyrannidem affe- *allegantibus*  
*ctans, parem cum similibus honorem ha-* *perbia de*  
*bere dedecus existimabat: paulatimque sibi ne- *ambitione**  
*quiores adiungens, ab eorum affectione separa-*  
*batur. Semper autem aliorum decretis non o-*  
*bediendo, siveque iubendo imperiosius, quod*  
*solus dominari cuperet non latebat. cique so-*  
*cibasque omnium meru, alijs gratia mirus enim*  
*erat oratione arq; fallacia persuadere quæ vel-*  
*let, multo vero proponere quod sibi tunc esse:*

*An. mundi 4032.  
a Christo  
anno 70.  
a Magna  
pars contra  
via factio-  
nū deficit à  
Ioanna.*

ducebant, priorum delictorum causas vni potius ascribi quam omnibus. Ad hęc quia manus strenuus erat, & bonus consilio, satellites non paucos habebat, et si magna pars eum cōtrarię factionis reliquerat, apud quos etiam luxor nihil valebat, graue putantes, ut paulo ante partem succuniberent. Plus autem metus eos, ne sub vnius potestate viuerent, exagitabat. nec enim ci posse: occasionēmque in se habiturum timebant, quod in principio restitissent. Proinde quisque bello potius quidvis pati decteuerat, quam sponte seruiens mācipiij loco perire. Hinc igitur seditio dividitur, & Ioannes in contraria dissidentibus parte regnabat. Sed inter ipsoe quidem munita omnia erant custodibus, nihile que aut parum agebatur, si quando armis prælium lacescebat, in populum verò vel maximè contentionem suscepserunt, & quis maiorem bryam ma prædam caperet, virinque certabant. Cùm b. tasorum ingēmen civitas trium malorum ingentium tempore state laboraret, hoc est belli, dominationis, iustici Hierosolymis. tēmq. seditionis, eorum comparatione bellum solymis.

popularibus mediocritus videbatur. deniq; reliquias sedibus patriis ad alienigenas profugiebāt: & Romanorum beneficio salutem, quam inier suos desperauerant, assequebantur. Quartum verò præterea malum commotum est gentis exitio. Haud procul ab Hierosolymis castellum erat validissimum, reponendis opibus ad munitamenta belli, tutandisq; corporibus ab antiquis Regibus ædificatum, quod Massada dicebatur:

*c. Desicarij, id ē occupauerant qui vocantur sicarij, quod à qui Massa rapinis amplioribus timore continebantur. Hidem castellum cum Romanorum exercitum otiosum esse viderant, cum Romani exercitum otiosum esse viderant, apud Hierosolymam verò Iudeos dominabantur. minationē atq; discordia secessisse, maiora fa-*

et non aggrediuntur. Die festo azymorum ( qui An. 70  
apud Hebreos ad memoriam salutis qua ex E- 40:3. A  
gyptiorum servitio liberati, in terram patriam natus Christus  
deuenerunt, solenniter celebratur) nocte dece- 70.  
ptis qui sibi erant oppositi, municipium quod-  
dam Engaddi inuasere: ubi pugna quidem Iu-  
dæos autè præuentos atque dispersos, quām ar-  
ma caperent siue concurserent, ciuitate pepule-  
re, eos verò qui in fuga defecerunt, mulieres:  
videlicet ac pueros, supra septingentos interfec-  
terunt. sedib[us]que deinde compilatis, fructus  
quoque iani maturos depopulati in Massada  
portauerunt. & illi quidem omnes circum ca-  
stellum vicos, rotamque regionem populaban-  
tur, non paruo undique perditotam ad eos nu-  
mero in dies singulos confluente: simul & autem <sup>a</sup> Cedes &  
concitati sunt etiam per singulos Iudeæ tractus <sup>b</sup> denegatio  
in latrociniis, qui interim quiescebant. Ac <sup>b</sup> ve- per univer-  
sus in corpore, si quando principale membrum <sup>c</sup> sanum Iudaæ.  
tumor afficit, omnia pariter ægrotare neces- <sup>b</sup> Simile.  
se est: ita propter ciuitatis tumultum atque  
discordiam, etiam qui foris erant nequissimi,  
prædarum inuenere licentiam. Singuli verò vi-  
cis propriis dilaceratis, deinde in solitudinem  
retedebant. Congregati autem & cateruatis  
coniurantes, exercitu quidem pauciores, plu-  
res verò quām latrocinialis conspiratio, in tem-  
pla & oppida ferebantur. Et sequebatur qui-  
dem, vt in bello fieri solet, ab his eos male af-  
fici quos petiissent. verūm præueniebatur vi-  
tio, cùm mox latrones à præda refugereat: nul-  
laque pars erat Iudeæ, quæ non uia sum Hie-  
rosolymis præcellentissima ciuitate intetaret. <sup>c</sup> Transfuga-  
to Vespasianus  
licet onines exitus à seditionis custodirentur, &  
cum quis ad eos accessisset interficeretur, ta-  
men erant qui ad Romanos claram profugere  
recipiuntur, & resurguntur.

ducētque Romanorum & opem ferre ciuitatis,  
 & reseruare populi reliquias hortarentur. mul-  
 tos enim, quod bene Romanis vellent, perisse,  
 Christus natus multos adhuc in periculo dicebant esse super-  
 stites. Ille autem iam tum miserans eorum ca-  
 lamitates, propius ad eos velut Hierosolymata  
 obsecrurus accedit, re autem vera ut ciuitatem  
 obsidione liberaret: spe autem rancore reliqua su-  
 bigendi, nullumque impedimentum extrinse-  
 cus obsidioni relinquendi. Cām igitur venisset  
 in Gadara, transiannianæ regionis metropolim  
 validissimam, mensis Martij quarta die ciuita-  
 tem ingreditur, iam enim optimates, ignoran-  
 tibus seditionis, legatos ad eum de traditione  
 miserant, tam paeis desiderio quam suis patri-  
 moniis metuentes. multi enim apud Gadara lo-  
 cupletes habitabant, quorum legationem ini-  
 mici nesciebant, nisi quod Vespasiano appro-  
 pinquante id cognoverunt. Et ciuitatem qui-  
 dem se retinere posse desperabant, quod & id.  
 sekinis inimicis numero inferiores erant, no-  
 que procul abesse videbant à ciuitate Roma-  
 nos, si vero fugere decrevissent, sine sanguine  
 id facere, nullaque à noxiis pena repetita,  
 non honestum sibi putabant. Itaque Dolosum  
 comprehensum (nangis) is non dignitate solum  
 ac nobilitate ciuitatis princeps habebatur, sed  
 etiam legationis autor erat) interficiunt: nimia-  
 que iracundia mortuo verberato, extra ciuita-  
 tem dilapsi sunt, iam a vero propius accedente

a Gadaren-  
 sum popu-  
 lum Vespfa-  
 sianum cum acclamationibus in ciuitatem re-  
 cepero, fidei dextræ ab eo accepit: equitumque  
 diu tamen reluctatus, quod renuebat imperium  
 postremò cum his, qui se designauerat, minimè  
 dissuadere posset, accepit.

### Egypti descriptio & Phari.

C. A. P. X. I.

**M**itiano namque ceterisque rectoribus, qui eū  
 ad imperium impitauerant, & exercitu &  
 lio vociterante, ut se in hostes omnes diceret,  
 prius res Alexandinas procurandas paravit:  
 sciens Egyptum plurimam esse partem impe-  
 rij, propter frumentarium functionem: eaque si  
 potitus esset, vi quoq. si perstaret, Vitellium de-  
 liciendum sperabat, nec enim perpetuum esse  
 populum fame oppressum. Simul etiam duas  
 legiones, quæ apud Alexandriam degereant, sibi  
 expiebat adiungere. Cogitabat etiam pro-  
 pugnaculo sibi fore illam regionem, aduer-  
 sus incerta fortuna. Nam b. & terra diffici-  
 lis accessu, marique importuosa est: & ab os-  
 vidus quidem auctus Libyam habet, obli-  
 gitam

b **Terminus**  
**Magnum.**

nam, à meridie vero limitem qui Syenem ab Aethiopia dirimit, naubasque inuias Nilis flu- 4033. A minis cataractas. itemque ab oriente mare ru Christo nato brum, ad Copron ciuitatē usque diffusus. Sep. 72. sentrionale vero munimentū habet terrā usq. ad Syriam, & quod dicitur Egyptium pelagus, totum portibus carens. Hoc quidem modo E.

Egyptus ex omni parte tuta est. Inter Pelusium a Longitudo veid & Syenē, per duo millia stadiosū porrigitur latitudo tur. Ex Plintine autem ad Pelusium, navigatio Egypti, est stadiorum-trium millium & sexcentorum. Nilus autem ad Elephantinē oppidum usque naubas ascenditur. manque vietius progredi, ut supra diximus, cataractæ non sunt. Porrus autem Alexandrinus etiam in pace naubas adiu- tu difficultis est. nam & ostium perangustum ha- bet, & usque latentibus à directo curvū deflecti- tur: & laua quidem pars mactu fractis brachis singitur: à dextera vero Pharus obiecta insula, b Tarrā al- terrim maximè sustinet, ad trecenta usque stadiosū in in dia naugantibus igne lucent, ut quād longis- sula Phara, simē difficultatem applicatārum nauum præ ad trecentos caueant. Circum hanc autem insulam, opere in- usque structo ingentes muri sunt: quibus afflictum pe- des val- lagus, & aduersis obicibus fractum, asperiorē garrisbus i- facit meatum, eoque periculosum per angustiā gne huc- viditum. Intus ramen portus ipse turissimus est, & erigite stadiis magnus, in quem tam quæ de- sunt illi terre ad beatitudinem decebuntur: quād quæ superant ex bonis domesticis & in- digenis, in totum orbem diuisa exportātur. Ita quo non sine ratione, Vespasianus Alexandrinā- rū rerum etat cupidus, ad totius imperij firmam & Tiberius mēntū. Proinde statim ad Tiberium Alexandrum Alexander literas dedit, quis Egyptum & Alexandriam re- Egyptum gebat, indicans militum alacritatē: quodque ipse & Alexan- (quod necessitatis suscepit) mānūs principa- dnō regis.

*ad. mundus, operum atque adiumentum eius assumet.*  
 403. *A Christo* *et. Alexander autem, simul ut Vespasiani legit epistolam, prompto animo, & legioes eius sacramento rogauit & populum; utriusque autem libentissime paruere, virtutem viri ex proxima administratione scientes. Et ille quidem permissa sibi potestate, omnia quae imperij usus exigeret, aduentui quoque principis necessaria iam parabat.*

*Vespasianum Iosephum cappitale liberas.*

### C A P . X I I .

*a Vespasia-  
num communi-  
ni suffragio  
Imperator  
declaratur,  
& corona  
donatur.*

**O**pinione vero citius declaratum in oriente Vespasianum Imperatorem, ubique fama aunciauit. Et vniuersitate quidem ciuitates festos dies habebant, nunciisque letitiam pro eo simul & sacrificia celebrabant. legiones vero apud Moesiam Pannoniamque degentes, quae propriae Vitellii audaciam paulo ante fuerant concitatae, insurandum Vespasiano maiore gaudio praehoerunt. Vespasianus autem Cæsaream reuensis, iam Berytum venerat, ubi multe quidem e Syria, multaque ab aliis prouinciis legationes aderant obuiam, coronas ei & gratulatoria decreta a singulis ciuitatibus offereentes. Affuit autem rector etiam prouincie Mutianus, populum & lacritatem, iuratique per ipsum principem sacramenta renuncians. Vbique autem Vespasiani votis obsecundante fortuna, rebusque ad eum plurima ex parte inclinatis, cogitare coepit, & sine Dei prouidentia sumpississet imperium: sed iusta quedam fati ratio, ad eius potestatem circumduxisset rerum omnium principatum. Recordatus autem signa, & alia (multa enim sibi contigerant imperium premonstrantia) & Iosephi dicta, quibus eum Netone viuo ausus fuerat appellare Imperatorem, admirabatur virum quem

quem adhuc habebat in vinculis : aduocatusq. a M. mundi  
 Mütiano cum amicis & rectoribus aliis , primū 403. A  
 quād strenuus fuisse Iosephus : quantumque Christo nato  
 Iosephatis expugnandis propter eum laboras- 71.  
 set exponit. deinde vaccinatione eius , quas i. a Vespasia-  
 pse quidem timoris causa suspicaretur esse fig. non cum a-  
 mēta tempus autem diminas fuisse , & rerum e. misere & Re-  
 situr probauisset. Tumque in honestum esse , ait , Horib[us] , de  
 ut qui sibi augurasset imperium , vocisque Dei Iosepho li-  
 minister ac nuncius extitisset , adhuc captiui Iosepho liberando de-  
 co haberetur , fortunamq. sustineret aduersam liberat.  
 vocatumque ad se Iosephum solui iubet. Hoc  
 autem facto ; alij quidem rectores ex ea gratia  
 quād alienigena reuulisset , p[re]claras etiam de  
 se sperandas esse arbitrabantur. Titus vero , qui  
 cum patre aderat , iustum est inquit , pater vna  
 cum ferro etiam probro Iosephum solui , erit e-  
 nim tanquam nos initio vincitus fit , si nō dissol-  
 uerimus , sed inciderimus catenas. namque id a-  
 gi soleat in his , qui non recte fuerint vinciti. Ea-  
 dem Vespasiano placebant. & quidam interve-  
 niens securi catenas abrupit , Iosephus b quidem b Iosephus  
 pro his quād prædicterat , præmio famæ donatus , præmio fa-  
 & de futurisiam dignus cui erendum esset ma donans  
 habebatur.

### De Vitellij morte & morib[us].

#### C A P. XIII.

V Espasianus c autem responso legationibus c Vespasia-  
 redito , iuste q. pro meritis administratio- um Romani  
 nibus ordinatis , Antiochiam venit. Et quonam tendens co-  
 primum tenderet cogitās , Alexandrino itinere gressus.  
 præstabilius esse duxit , quād Romæ agerentur  
 curare. Alexandriam enim stabilem esse , Roma-  
 nas autem res à Vitellio perturbari. Mitterit igitur  
 in Italiam Mutianum cum multis equitum po-  
 dictumque copiis . qui tamen propter hyacinis

asperitas veritus nauigare, per Cappadocia de  
 Phrygas ducit exercitum. Inter haec autem An-  
 tonius Primus adducta legione tertia ex his qua  
 spud Moesiam morabantur (illam enim regebat  
 provinciam) bellum generare cum Vitellio pro-  
 perabat. Vitellius autem cum magna manu  
 Cæcinnam obuiam ei nuntiavit. Is autem Roma  
 profectus, quamprimum circa Cremonam Gal-  
 lia Antonium consequitur, quæ confinis Italiae  
 cuitas est: ubique conspecta hostium ordinatio-  
 ne ac multitudine prælio quidem congregari non  
 audebat: discessum autem periculoso repu-  
 tans, de proditione delibecabat. Conuocatis  
 autem centurionibus & tribunis sibi subditis, ut  
 transirens ad Antonium suadebat: Vitellij quidem  
 rebus detrahens: Vespasianum autem vires  
 extollebas: & alterum nomen imperij tantum  
 alterum virtutem habere commenorans, ipse  
 quoq. melius esse si id sponte fatiantur, quod  
 necesse est: cùmq. se multitudine superatum ini-  
 sciant, voluntate periculum praevenire. Nam &  
 Vespasianum quidem idoneum esse etiam sine  
 ipsis ad reliqua vindicanda: Vitellium vero ne  
 cum ipsis quidem praesentia posse feruare. Mu-  
 lta loquutus in hunc modum quod voluit persuad-  
 it: & cum milite transfugit ad Antonium. Ea-  
 dem vero & e milites paenitudo summa ac me-  
 tus eius, si viciisset: a quo misericordia, occipauit,  
 eductisq. gladiis Cæcinnam obtruncare volu-  
 runt, fecissentque nisi his adiuncti tribuni sup-  
 plicasset, quamobrem bœde quidem se abiti-  
 nuerunt, viactum autem quasi proditionem Vi-  
 tellio transmittendum habebant. His auditis  
 Primus Antonius continuo suos mouet, eis  
 que cum armis in defensores ducit. illi autem in-  
 structi ad prælium, paulisper quidem restitu-  
 entur, mox autem loco pulsi Cremonam fugerunt.  
Primus

Primus autem comitatus equiti bus cursus eorum praeuerit: & ante ciuitatem circumclusam pleramque multitudinē peremit , aggressus autem reliquos oppidum militibus prædari permisit. in quo multi quidem hospites mercatores, multi verò indigenæ periere , totusque Vitellij exercitus, virorum triginta millia & ducenti. quin & Antonius eorum quos de Mœsia adduxerat quatuor millia & quingentos amittit. solutum autem vinculis Cœcinnam , rerum gestarum nuncium ad Vespasianum mittit. qui

An. mundi  
4933. A.  
Christiano  
71.

<sup>a</sup> ad eum intromissus & collaudatus est, & pro- a Vespasia-  
ditoris dedecus insperatis protexit honorib. Ro <sup>b</sup> *Cœcinn-*  
<sup>c</sup> autē Sabinus vbi Antoniū appropinquare <sup>d</sup> a prodito-  
cognouit, fiducia recreatus est: collectisque vi- <sup>e</sup> *rus dedecus*  
gilum cohortibus, nocte occupat Capitolium, <sup>f</sup> *insperata*  
luce verò facta multi nobilium sociati sunt ei. <sup>g</sup> *prosegit he-*  
& Domitianus fratri filius, pars ingēs obtinens, <sup>h</sup> *noribus,*  
da victoriæ. Sed Vitellius de primo quidē mi-  
nimè curabat. his autem iratus qui cum Sabino  
defecerant, & nobilium sanguinem pro ingenii-  
ta crudelitate sitiens, immittit <sup>b</sup> Capitolio quā <sup>b</sup> *Sabinus*  
secum adduxerat militum manū. vbi nūlta ab <sup>c</sup> *Roma Capit-*  
his itēque ab illis qui templum tenebant pu- <sup>d</sup> *solium occu-*  
gnantibus audacter admissa sunt: postremò au- <sup>e</sup> *par, & d Vé-*  
tem Germani , quod multitudine superabant <sup>f</sup> *cellio defecit,*  
collem obtinuerunt. Et Domitianus quidem <sup>g</sup> *Vitellius*  
cum multis Romanorum viris insignibus, diui- <sup>h</sup> *interficiend*  
na quadam ratione saluus evasit: reliqua verò <sup>i</sup> *ex*  
multitudo tota laniatur. Et Sabinus quidem ad <sup>j</sup> *longiore luxu prodigia mœst*  
Vitellium duxus occiditur. milites autem dire-  
bris donatiis, templum incendunt. Tumque <sup>c</sup> *Vitellius*  
postero die cum exercitu venit Antonius, cūm-  
que Vitellij milites excipiunt: & trifario com-  
misso intra urbē prælio , omnes intericere. Pro-  
cedit autem ebrius de palatio Vitellius, & ut ap-  
solēt in extremis longiore luxu prodigia mœst

*An. mundi* refertus. *tra&us autem per populum, variisque*  
*4033.* *cotumeliarum genere de honestatus, in media*  
*A Christo* *vrbe iugulatur, octo menses ac dies quinq[ue] po-*  
*nate 71.* *titus imperio : quem si viuere diutius contigif-*  
set, *vt opinor, eius luxuriaz minimè sufficete*  
*potuisset imperium, aliorum verò mortuorum*  
*supra quinquaginta millia numerata sunt. Hæc*  
*quidem gesta sunt die tertio mensis Octobris.*  
*Postero autem die Mutianus cum exercitu Ro-*  
*mam ingreditur, & Antonij militibus à cedere re-*  
*pressis (adhuc enim hospitia perscrutando, &*  
*Vitellij milites, & ex populo plurimos qui cum*  
*illo senserant, occidebant, examinationis dili-*  
*gentiam iracundia præuenientes) Domitianum*  
*productum populo rectorem insinuat, usque ad*  
*patri aduentum : populus autem iam timore*  
*liberatur, imperatorem prædicat Vespasianum*  
*similque & illum confirmatum, & Vitellium*  
*esse deiectum festa lætitia celebrabat.*

*a Populus*  
*Roma. Ve-*  
*spasianum*  
*Imperatore*  
*prædicat.*

*Titus militans contra Iudeos à patre.*

### C A P. XIII.

**T**um autem Vespasianus Alexandriam ve-  
nisset: gesta ei Romæ nunciata sunt, & le-  
gati ei ex toto orbe congratulantes affuerunt,  
cūmque maxima post Romanam ciuitas esset, an-  
gustior multitudini videbatur. Firmato autem  
iam torius orbis imperio, rebusque popu. Ro-  
ma. præter spem conseruatis, Vespasianus in Ju-  
deæ reliquias intendit animum. Et ipse quidē  
exacta hyeme Romanam proficiendi parabat, esque  
apud Alexandriam mature componere propo-  
**T**itum His nebat: filium verò Titum cum selectis copiis  
*Hierosolymam* ad excidendam Hierosolymam mittit. Qui ter-  
reno itinere Nicopolim usque progressus, ab  
Alexandria ciuitate viginti stadiori interuallo  
distantem,

distantem, inde militem longis nauibus impo- An. mundi  
403.  
nit; Nihilque fluminis post Medocum retractum,  
Thumin usque vehitur. hinc autem egressus in A Christo  
71.  
terram apud Tabin cœtitatem diuertit. unde se-  
unda ei manu suo ciuitas Heraclea, & Pelu-  
sum terræ. Hic autem milite per biduum re-  
creato, tertio die Belusij fides transit: unam  
que mansionem profectus per solitudines, ad  
Cafij Iouis templum castra posuit, posteró quo  
die apud Ostracinen, quæ mansio aquæ inops  
est, ob quam causam aduenit utuntur indi-  
genæ. Hinc apud Rhinocoloram requiescit: &  
inde progressus in quartam mansionem, Raphiā  
venit, quæ p̄fme dictuæ Syræ ciuitas. Gaza  
verò quintæ mansionis castra suscepit: & po-  
stea in Ascalonem, atque hinc Ianniam, dein-  
de loppen, & ex loppe a Tigris Ca-  
saream per-  
menit, aliás  
que militum  
copias con-  
decreto apud sc̄, alias militum copias congre-  
gare.

## SVMMA CAPITVM LIBRI VL gregat.

### DE BELLO IUDÆICO.

- I. De triplici seditione apud Hierosolymam.
- II. Tigris explorator Hierosolyma periclitans.
- III. De erupcionib⁹ Iudeorum contra Romanos.
- IV. De stragâ Hierosolymæ.
- V. De iustissima pugna agnitorum diebus.
- VI. De Iudeorum dolo in Romanorum milites.
- VII. Descriptio Hierosolymorum.
- VIII. Dedicationem Iudei recusat, & Roman. ador-  
antur.
- IX. De Castore Iudeo Romanis illudente.
- X. De secundo mense obituario à Romanis.

- Anno mūdo XII. De aggeribus in ieritum marum & oratione  
prolata Iosephi pro deditione faciendo, &  
fame obfessorum.
- A Christo 4034.
72. XII. De Iudeis crucifixi & aggeribus combustis.  
XIII. De muro exterto ab exercitu Romano circa  
Hierosolymam iriduo.  
XIV. De fame Hierosolymorum & secundo aggere  
exterto.  
XV. De cade Iudaorum iusta & extra Hiero-  
solymam.  
XVI. De sacrilegio circa templum & relatū ex ur-  
bo Dacanibw, & fame:

### De triplici seditione apud Hierosolymam.

#### C A P . I.

**T**hus quidem ad eum modum quem prædictimus, emensa vlt̄ Egyptum ad Syriam vsque solitudine, Cæsarēa venerat. ibi enim exercitum decreuerat ordinare. Illo autem adhuc apud Alexandram vnā cum patre imperium, quod nuper ei Deus permiserat, disponente, cōtigit <sup>a</sup> etiam seditionem, qua apud Hierosolymam erat, auctā trifariam diuidi, & affam partem in aliis verti. quod ut in multis opertissimis quis dixerit, factumq; iusticie, nam' Zeotaram quidem in populum dominatio, quæ autor erat excidijs ciuitatis, vnde cōperit, & per quos creuerit, diligentem superius declaratum est. hanc autem non errauerit quisquam, dicens seditionem in seditione esse factam, ac veluti rabida fera; externorum penuria, in sua viscera sanguire solet: sic Eleazarus Simonis filius, qui & ab initio Zeotas in templum à populo separauerat, velut indignari simulans ob ea quæ dies singulos Ioannes auferet, cum ne ipse quidem à cæribus quiesceret:

<sup>a</sup> Triplex a-  
pud Hiero-  
solymam se-  
dicio.

spt : se autem vera se se posteriori tyranno sub-  
 ie&um esse minimè ferens , summæ rei deside-  
 rio , proprièque potentiaz cupiditate , ab aliis  
 defecit : ascitis etiam Iuda Chelciz filio , &  
 Ezronis Simone potentissimis : præter quos e-  
 rat etiani Ezechias Chobari filius , non igno-  
 bilis. Horū singulos Zelotæ non exigui seque-  
 bantur: occupatōque interiore templi aditu , su-  
 per eius portas in saecis foribus armis ~~bonis~~  
 abundare quidem se suis necessariis conve-  
 baat : sacrarum enim rerum copia supperebat ,  
 nibil impiu existimantibus: paucitati verò suo-  
 timentes , plerique in locis suis occisi ma-  
 nebant. Ioannes<sup>a</sup> autem quanto superior erat a ~~Pugna~~  
 vitorum multitudine , tanto loco superabatur: Ioannes &  
 hostesque habens à vertice , neq; sine metu co- ~~Elezari.~~  
 nabatur incursum , & præ iracundia cessare non  
 potefat. Plus autem mali perfidens quām Elea-  
 zari partem afficiens , tamen non remittebat ,  
 crebri enim fiebant impetus , & missiliū iactus ,  
 tocumque polluebatur cædibus templū. Filius<sup>b</sup> b Simon &  
 autem Giorz Simon , quem rebus desperatis in- ~~populum eius~~  
 uitatum , vtrò sibi tyrannum spē auxilii popu- ~~Ioanne in~~  
 lus introduxit: & superiorem ciuitatem reti- ~~templo con-~~  
 nens , & inferioris plurimam partem , animosius ~~stento pñ-~~  
 iam Ioannem eiusque socios adoriebatur , quasi ~~gnana.~~  
 qui desuper impugnarentur. subiectus autem il-  
 lorum manibus erat , sicut & illi superiorum. Et  
 Ioannem eveniebat duplex prælium perferen-  
 tem. Iedi pariter ac Iædere: quan: òque vinceba-  
 tur , eo quod Eleazar esset humilior , tanto plus  
 Iædebat. Simone celsior constituitur: cum infe-  
 riores aggressus eriagi sola manu sic labore  
 prohibetur: desuper verò ex fango iaculantes  
 machinis deterretur. Quidque balistis & non  
 pñctus lanceis vrebatur , saxonumque tormentis:  
 quibus non solùm bellantes valescabantur

**An.** mundi sed multos etiam sacra celebrantium petime-  
 bat. Quanquam enim ad omne impieatis ge-  
 nus rabidi ferebantur, tamen eos qui sacrifici-  
 bus 73. care cuperent recipiebant, cum suspicione &  
 custodibus indigenas perscrutando. Hospites e-  
 nimir etia qui exortassent eorum crudelitatem, post  
 exituri subcisia seditionis opera consumeban-  
 tur. Missilia nanque machinatum, vi ad aram  
 usque templumque peruenientia, in Sacerdo-  
 tes sacra celebrantes cadebant: ac multi, qui  
 properantes ab ultimis finibus terrae ad sanctissimum  
 locum venissent, ante ipsas hostias pro-  
 tribuerunt: aramque vniuersis Græcis & Bar-  
 batis adorandam, suo sanguine imbuere. In-  
 digenis autem mortuis alienigenæ, ac sacerdo-  
 tibus profani miscebantur: perteque atria diui-  
 na, stagnum fecerat diversorum cadauerum  
 sanguis. Quid tantum passa es à miserrima ci-  
 uitate à Romanis, qui tua intestina scelera pur-  
 gaturi flamnis introiere? iam enim Dei locus  
 non eras, neque manere poteras, domestico-  
 rum funerum facta sepulcrum, & quæ fanum  
 ciuili bello tumulum constitueras: poteris au-  
 tem denuo fieri, poteris, si vñquam vastato-  
 rem tu Deum placaueris. Sed enim reprimen-  
 da sunt quæ dolent, lege scribendi: quando  
 non domestici luctus, sed exponendarum re-  
 tum hoc tempus est. Prosequar autem seditio-  
 nis facinora cætera. Ergo diuisis trifariam in-  
 fidiatoribus, Eleazarus quidem eiisque socij,  
 qui sacras primicias conseruabant, in Ioannem  
 ebrij ferebantur. Qui vero huic partent, ple-  
 bem diripientes in Simonem rebellabant, cùm  
 b Iudeus: Ipsi quoque Simoni contra diuersæ partis sedi-  
 ex vtraque tiosos adiumento esset ciuitas. Si b quando igi-  
 parte appelletur ex vtraque parte appetebatur Ioannes, ob-  
 tenebat socios suos: & de ciuitate quidem sub-  
 euntes.

eantes, missis ex porticibus telis; de templo  
 verò iaculantes, machinis vlciscebatur. Quo-  
 ties autem desuper instantium molestia caruis-  
 set (frequenter enim ebrietate & lassitudine  
 cessabant) liberius in Simonem eiusque socios  
 cum pluribus irruerat. Semper autem quan-  
 tum in ciuitate pepulisset in fagam versos, &  
 des frumenti plenas omniumque utensilia  
 incendebat: idemque hoc illo regrediente, Si-  
 mon insecutus agebat: veluti consulo pro Ro-  
 manis omnia corrumperent, quæ ad obsidio-  
 nem ciuitatis erant præparata, suatum virium  
 neruos abscinderent. Denique contigit una e-  
 xuri omnia circum templum, & inter proprias  
 acies solitudinem atque aream pugnæ fieri ci-  
 uitatem: concremati <sup>a</sup> autem paulò minus o-  
 mne frumentum, quod non paucis annis suf-  
 ficeret potuisse obsexisse: denique fame capti  
 sunt, qua minime quiuisserent, nisi eam sibimet  
 comparavissent. Undique autem insidiatori-  
 bus & cōfinibus oppugnantibus ciuitatem, me-  
 dius populus velut aliquod magnum corpus la-  
 terabatur. Senes verò ac mulierculæ intesti-  
 nis malis attonitæ, pro Romanis vota facie-  
 bant: externumque bellum, quod domesticis  
 malis libertarentur, expetebant. Grauis autem  
 metus ac terror foedissimus occupauerat: & ne-  
 que confiliij capiendi tempus erat, ut volunta-  
 tem mutarent, neque pactionis aut fugæ spes  
 cupientibus. Etenim <sup>b</sup> custodiebantur omnia: <sup>b</sup> Ingens.  
 dissidentesque latronum principes, quos cura-<sup>c</sup> Hierosolym.  
 que Romanis pacatos esse, vel transfugere ad mā salam-  
 eos velle sentirent, quasi communes hostes.  
 interficiebant: solumque in occididis vita di-<sup>c</sup> Lamenta-  
 gnis concordes erant. Et pugnantium quidem <sup>tio</sup> & vla-  
 noste diéque clamor perpetuus erat: sed metu <sup>larm</sup> Hiero-  
 acerbiores erat lugentium questus: Et cæsarius <sup>solyma</sup>  
 Ann. mundi  
 4034  
 A Christo  
 anno 72.

An. mundi  
403.  
A Christo  
mense 69.

vulgus erant Trachonii,  
peni, plurēsque Gadari,  
quibus probra pacis ha-  
bunt autem sexto Idus.

## SUMMA CAPIT.

### DE BELLO I.

- I. Obſidio Gamalenſium.
- II. Itabriuſ mons occupa-
- III. Excidiuſ Gamala.
- IV. Giscale à Tito capi-
- V. Hierosolymitanis occi-  
ſis.
- VI. Idumaeriuſ adueni-  
tia.
- VII. De clade Iudaicoruſ ab

### Obſidio Gamala.

#### C A P.

 **V**ICINIS QVIS  
Iotapatis excisis  
rant, hi se ad eos p-  
superati sunt, app-  
Romani castella & ciuitate  
Giscale, & qui montem Itab-  
Cum his autem rebellari  
tra Tarichæas posita super-  
nes pertinebat Agrippa  
Seleucia. Et hæc quidem  
nis erant ambæ: Sogana  
nomen est Gaulana: & in  
feucia b' verò ad laeum Se-  
latum, & sexaginta stadiis  
suas ad Daphnen usque te-  
nere aliæ fit deliciosa, pr-

a Romano-  
rum contra  
Iudeos vi-  
ctoria.

b' Samosco-  
mitis laeu.

Cæsaream profectus est. E-  
 Ann. Mys. 4034.  
 giones, quæ pridem sub eius  
 affauerant, & duodecima, quæ A Christo  
 male pugnauerat, quæq; licet nata 72.  
 ne esset insignis, tunc tamen eo-  
 toria quæ pertulerat, alacrius ad  
 erbat. Harum quidem quintam  
 sibi per Ammaunta occurrere,  
 descendere per Hierichunta. Ipse  
 aeris egressus est, quas Regum  
 plura quam dudum, multiq; Syr-  
 itabantur. Suppletum est autem  
 cum quantum Vespasianus sele-  
 bano miserat in Italiâ, ex his qui  
 esserant. duo namq; millia de A-  
 eritu lecta, tria millia verò ab  
 sequebantur, & amicorum specta-  
 violentia simûlq; prudentia, Tibe-  
 ri qui antea quidem Ægyptum ad-  
 dulc autem dignus qui exercitum  
 ea iudicatus, quod primus inci-  
 des imperio, & cum fide clarissi-  
 mæ sociatus est: idemq; con-  
 ciliros çtate ac peritia præciput

Hierosolyma percolitur.

### A. P. I. I.

in verò in hostilem terram Ti-  
 bant regia omniâq; auxilia, post  
 gores, castrotumq; metatores.  
 sum sarcinæ atque armati. Post a Titem in  
 & alios lectos habens & signife- Indeam qd-  
 quen equites sequebantur. Hi ve- sis.  
 nas ibant, & secundum illos vna  
 uoi, & prefecti sum cohortibus

# FLAVII Iosephi

*An. mundi 4034. ac Christo nato 72.* Post autem circum aquilam signa, & ante signa tubicines, deinde acies senum virorum ordinibus dilatata. Seruile autem vulgus à tergo cuiusque legionis, & ante hos sarcinæ. Omnium vero nouissimæ mercenarij, eorumque custodes coactores agminis. Procedens autem decenter cum exercitu, ita ut mos est Romanis in Gophnam per Samaritudem venit, quæ & prius ab eius patre fuerat occupata, & tuc præfidiis tenebatur. Ibi autem unam moratus vesperam, manè inde proficiscitur: peractaque diei mansione, castra ponit in loco quem Iudei sermone patrio Acanthonaulona vocitant, iuxta vicum quendam Gabath Saul nomine, quod significat vallem Saul, distantem ab Hierosolymis stadiis ferè triginta. Hinc sexcentis propè lectis equitibus comitatus, perexit in ciuitatem, quam tuta esset, Iudeorumque animos exploraturus: si forte se conspedio, prius quam ad manus venientiumque ante- retur, metu cederent, audierat enim quod erat mos explorare veram, à seditionis & latronibus oppressum posse pergit. pulum desiderate quidem pacem: sed quod rebellantibus infirmior esset, nihil conari. Quandiu quidem per viam quæ ad mūrum duceret equitabat, nemo ante portas apparuit: ubi vero itinere ad turrim Psephinon declinato, transuersum agmen equitum duxit, infiniti subito prosiliunt, quæ Muliebres turres vocantur: & per eam quæ contra monumentum Helenæ porta est egressi, equitatum intercidunt atque alios quidem etiam tunc via currentes, ne cum his qui diuertebant sese iungerent, à fronte oppositi, prohibuerunt: Titum vero cum paucis separauit. Ille autem ultra quidem minus progrederetur: à muro enim cuncta fossis patebant, & transuersi erant horti, multisque macteriis impediti: ad suos autem in aggere constitutos

a Titum invitatorem, quam tuta sit, Iudeo  
rumque ante-retur, metu cederent, audierat enim quod erat  
mos explorare veram, à seditionis & latronibus oppressum posse  
pergit. pulum desiderate quidem pacem: sed quod re-  
bellantibus infirmior esset, nihil conari. Quan-  
diu quidem per viam quæ ad mūrum duceret

b Titum pe-  
niciuntur.  
equitabat, nemo ante portas apparuit: ubi b ve-  
ro itinere ad turrim Psephinon declinato, trā-  
uersum agmen equitum duxit, infiniti subito  
prosiliunt, quæ Muliebres turres vocantur: &  
per eam quæ contra monumentum Helenæ  
porta est egressi, equitatum intercidunt atque  
alios quidem etiam tunc via currentes, ne cum  
his qui diuertebant sese iungerent, à fronte  
oppositi, prohibuerunt: Titum vero cum pau-  
cis separauit. Ille autem ultra quidem minus  
progrederetur: à muro enim cuncta fossis  
patebant, & transuersi erant horti, multisque  
macteriis impediti: ad suos autem in aggere  
constitutos

constitutos recursus, intercedente hostili manu, desperabatur. *Quorum plerique imperato-*  
*ris periculum nesciebant: sed existimantes eum*  
*secum reuerti, etiam ipsi fugiebant.* Titus autem in sua tantum fortitudine fidam esse prospiciens spem salutis, flebit equum: & se ut sequentur cum clamore comitantes adhortatus, in medios hostes ieruit, vi ad suos transire festinans. Quo quidem tempore maximè intelligi potuit, & belli momenta & imperatorum pericula Deum curare. Tot enim aduersus Titum missilibus iactis, cùm neque galea neque thorace septus esset ( non bellator enim sed explorator, vt dixi, processerat ) nullum in eius corpus delatum est: sed tanquam ne eum ferirent, ex industria mitterentur, omnia pretteruolabant, gladio verò semper à lateribus instantes dirimens, multosque ante ora subnervens, super cadentes agebant equum. Illorum autem clamor erat, propter audaciam Cæsaris, vt eum aggrederentur, cohortatio: fugaque & discessio repentina, quocusque diuerteret cursum. Huic autem se periculi participes, cùm à tērgo & à lateribus funderentur, adiunxerant. Vna enim erat vnicuique spes salutis, viam cum Tito patefacere, priusquam circumuentus opprimeretur. Desiqueb duorum ex nimis pertinacibus, alter cum equo percussus est: altero verò deiecto & occiso, equus eius abductus est. Titus verò cum ceteris in castra saluus evadit. Iudicis quidem, quod aggressione prima superiores fuerant, inconsulta spes animos exalit, magnamque his in postustum fiduciam monumentum temporaneum comparavit.

An. mundi  
4034.  
A Christo  
mato 72.

De eruptiōnibus Iudaicorum contra Romanos  
caſtrationes.

## C A P. III.

**C**æſar autem, postquam ex Ammaunte ſe-  
gio ſibi coniuncta eſt nocte, luce inde di-  
gressus ad Scopon accedit, vnde iam & ciuitas  
& clara templi magnitudo cōſpici poterat: qua-  
parte septentrioſalem regionem ciuitatis con-  
tingens locus humilior & propriè Scopos nomi-  
natur. Cœſar natus eſt, distans à ciuitate stadiis septem: i-  
n ei stadijs tri bique duabus legiouibus ſimul, quintæ legionis  
bus ab urbe verò retroſum stadiis tribus caſtra muniri iu-  
diſtans.

b Seditionis  
concordiam  
inter ſe in-  
ſtituit.

milites progredi viſum eſt, vt ſine formidine mu-  
rūm ſtruere. Mox autem cœptō aedificio, de-  
cima quoq; legio per Hierichunta aderat à Ve-  
ſpasiano p̄occupatam: vbi quādam pars arma-  
torum in praſidio fuerat collocata. His autem  
p̄ceptum erat ſexto ab Hierofolymis studio-  
caſtra ponere, qua in parte mons, qui appella-  
tur Elæon, cōtra ciuitatē ab oriente ſitus eſt, al-  
iaq; interiacente valle diſcipitur: cui nomē eſt  
Gedron. Intra b ciuitatem verò ſine requie cō-  
fligentium diſſenſionem, tum primum ingens  
ſubitō bellum foris interueniens refrenauit: &  
cum stuþore ſeditiosi Romanorum caſtra inſpe-  
ctantes, trifariam diſtributa mala, inter ſe iniere  
concordiam: rationēmq; inuicem requirebant,  
quidnam exp̄etarent, quidve perpeſi, tres mu-  
ros contra vitam ſuam patenterū opponi: bel-  
lōque tanta ſe fundente licentia, tanquam ſpe-  
ctatores bonorum operum ſibiq; utiſum reſi-  
derent mænibus clausis, remiſſisque armis ac  
manibus. In nosmetipſos profeſō exclamat, ali-  
quis, tamummodo fortes ſumus, Romanorū  
autem

An. mundi  
4034.  
A Christo  
malo 72.

autem lucro ex nostra seditione sine sanguine oppidum cedet. His <sup>a</sup> alios atq; alios congregantes exhortabantur: raptisque armis subito in legiōnē decimā ruunt: pētque vallem factū imperiū, cum ingenti clamore murum adificantes Romanos aggrediuntur. Illi autem in opere distributi, armis ob eam causam plenique dū positis ( nec enim excusum Iudeos ausuros esse credebant, & si maximē vellent, animos eorum seditione distractam iri arbitrabantur) præter opinionem perturbati sunt: atque opere qui; sq; derelicto, confestim alijs recessore: multi autem ad arma properantes, priusquam se in hostes conuerterent, feriebantur. Plures autem Iudeis semper adiiciebantur, eorum freti victoria qui præcesserant, & quod cām pauci essent, multiplex numerus & sibi & hostibus videbatur, quod secunda fortuna veterentur. Romani autem maximē ordinari consueti, & cum decorre atque præceptis bellum gerere scientes ex perturbatione trepidabant. Vnde tunc quoque præuenti aggressione cedebant. Si quando tamē fese conuerterent ab insequentibus occupati, & à cursu reprimēbant Iudeos, & ob impetu minus tautoſ feriebant. Semper b verò h Romanos excursione gliscente magis magisque turbati, Iudei capistrēdū castris pulsi sunt: totaque legio tunc stru polluta, in periculum ventura fuisse videbatur, nisi hoc maturè sibi aunciato Titus eis tulisset auxilium: multisque increpans ignauiam, & suos à fuga reuocasset: Iudeisque à latere ipse cum his irruens, quos circa se habebat electos, multos quidem occidisset, plures verò sauciasset, omnes autem in fugam vertisset, atque in vallem præcipites compulisset. Illi autem prono in loco multa mala perpetri postquam in adversam partem emulere, stectunt se iterum &

**An. mundi** <sup>a</sup> valle intercedente cum Romanis dimicabant  
**40<sup>4</sup>.** **A** Igitur ad medium diem ita bellatum est.. Paucum  
**Christo nato** lo autem post meridiem Titus his qui secum erant  
 in subsidio collocatis, aliisque de cohortibus aduersus excurrentes oppositis, reliquum

**72.** **a** **Pugna In-** agmen ad murum in summo montis adificandum remisit. Iudeis autem hæc fuga esse videbatur. Cumque speculator quem in muro posuerant, amictu agitato signum dedisset, frequentissima multitudo tanto impetu profiliuit, ut eorum cursus immanissimus bestiis esset assimilis. De-

**b** **Romani à** **Iudeis dif-** sustinuit: sed **b** tanquam machina percussi, continuò dissipati, pulsique in montem refugiunt. In ascensu autem medio Titus cum paucis reliquis est: multumque monentibus amicis, qui pro imperatoris reverentia contemptu periculo perdurauerant, ut mortem appetentibus Iudeis cederet, neque pro his in discrimen veniret, quos ante ipsum saluos esse non oportere: sed potius fortunam suam reputaret, quod nominis officio fungeretur, verum & belli & orbis terrarum dominus esset: neve in tanta fuga subsisteret, in quo omnia nitentur: hæc <sup>c</sup> ne audi dire quidem sianulas, & ad se accurrentibus obstat: eosque in ora fetiens, cum vi obnitementur, occidebat, & per declive repente inueniens, multitudinem proturbabat. Illi autem & viribus eius & obstinatione perterriti ne tum: quidem in ciuitate fugere: sed in virtuaque latutus ab eo declinates, sursum fugientes insequebantur, quos tamen aggressus a latere, ipsorum quoque impetum prepediebat. Dum hæc auguntur, etiam illos qui superiora castra munie-

**e** **Tibi contra** **Iudeos feris** tuta. susteret, in quo omnia nitentur: hæc <sup>c</sup> ne audi dire quidem sianulas, & ad se accurrentibus obstat: eosque in ora fetiens, cum vi obnitementur, occidebat, & per declive repente inueniens, multitudinem proturbabat. Illi autem & viribus eius & obstinatione perterriti ne tum:

quidem in ciuitate fugere: sed in virtuaque latutus ab eo declinates, sursum fugientes insequebantur, quos tamen aggressus a latere, ipsorum quoque impetum prepediebat. Dum hæc auguntur, etiam illos qui superiora castra munie-

**d** **Mens ac bant,** vbi fugere inferiores videre, metus <sup>d</sup> ac turba iner turba occupat: totumque agmen dispergitur, suplicantium excusum quidem Iudeorum ferrum nom.

non posse, Titum verò in fugam versus: nec enim vñquam illo manente alio fugitujos fuisse. & tanquam Panico terrore circundati, alius aliò ferebantur: donec quidam, cum in media pugna versari imperatorem vidissent, plurimū metuentes, vniuersalē legioni eius periculum cū clamore nunciauerunt. Itaque pudore revocati & fuga maius aliquid sibi exprobrantes, quod Cæsarem deseruerint, totis viribus in Iudeos vrebantur, & semel impulsos vrgebant per deūliuia. Illi autem paulatim recedentes pugna- a Indiā re- bant. cūmq; Romani plus possent, eō quod su. cedentes pro- periores erant, in vallem omnes coacti sunt. Ti- gnans & iu- tus autem cōtra se positis imminebat: & legio, vallem sa- nem quidem ad muti fabricam redire iubet: i- guntur. ipse verò cum his quibus antea, resistēdo hostes accebat. Itaque si me nihil addentem obsequio, neq; inuidia detrahentem, verum dicere oportet, ipse Cæsar bis totam legionem periculo li- berauit, atque ita castra muniendi copiam mi- litibus præbuit.

### De iniusta pugna azymorum diebus.

#### C A P. I I I.

**R**emisso autem paulisper bello externo, iterum intestinum seditio suscitauit. Azymorum decimus (hoc enim se primū tempore opib; serviu- tib; annos in- tis decimus esse liberatos) Eleaza- pli omnib; q; rius quidem cum sociis portam subaperiens, in- eis appa- troire capiebat ex populo qui templū adorare rur occupat, cuperent. Joannes b autē die festo ad protegen- Zelotarū sū- das insidias vsus est: & suorum quosdam igno- gat, ac singe- ti, armis sub vestibus latentibus instructos, rem seduo- quorum plerūq; impuri erant, occultè intet alios nem conci- fani occupandi gratia submittit. illi autem post- sar-

Ann. mundi  
4034.  
A Christo  
nato 72.

**An. mundi** quam intrauere, vestimentis abiectis, subito armati apparuerunt. **4034.** **et Christo** **anno 72.** Ma:na vero statim turba circa templum ac tumultus erat, cum alienus quidem à seditione populus, omnibus sine discrimine putaret, Zelotæ vero sibi et solum insidias cōparatas. Vecum hi quidem relicta portarum custodia, & alij ex propugnaculis desilientes, priusquam manus consererent, in tem̄ pli cloacas confugē. e. Populares vero ad aram delati, & circum templum appulsi cōculabantur, cum lignis passim ferrōque cōdarentur. Multos autem occisorum inimici priuato odio, quasi diuersæ factio[n]is socios interficiebant. Et quicunque ante hac insidiatorem aliquem offendiverat, runc agnitus quasi Zelotes ducebatur ad mortem. Sed qui atrocitate magna innocentibus progressisque ex cloacis dimiserunt. ipsi autem interius templum & omnes eius apparatus tenentes, confidentius oppugnabant Simonem. Seditio & quidem hoc modo, quo tripartita fuerat, in duas partes diuisa est. Titus autem castra proprius ciuitatem transferre cupiens de Scopo, contra excursus quidem ledos equites ac pedites, quos satis esse arbitrabatur, posuit: alium vero exercitum iussit totum quod erat utique muros spaciū complanare. Cunctis igitur maceris ac sepibus dirintis, quibus hortos ac prædia incolebant, præmunierant, omniq[ue] oppositi.

**b** **Quicquid** ta quamvis frugifera sylva excisa, repletum bestiæ Hieronimæ saxorum autem eminentissimis ferro truncatis, num est, & humiliorem totum illum tractum à Scopo usque vallibus impeditum, que ad Herodis monumenta fecerunt, septentrum stagnum continentia, quod olim Bethora vocabatur.

## C A P. V.

**H**is denique diebus Iudai Romanis huiusmodi insidias parauere. Seditiosorum audacissimi extra muliebres (quaes sic appellabantur) progressi tutres, simulato quod pacis studio si pepulissent, & quod timerent impetum Romanorum ibide versabantur: & alter sub altero vitabundi latebant. Alij verò per muros dispositi, populūmque se esse simulantes, clamore paucem implorabant, sed usque poscebāt, portāsq. se patefactos esse pollicentes, invitabant Romanos. Hoc autem vociferantes una etiam contra suos, veluti portis eos abigentes, lapides iacebant. illique se vi pertumpere aditus velle simulabant, & ciuibus supplicare, cùmque ad Romanos saepissimè ire conarentur. reuersi perturbatis similes videbantur. Verum hæc eorum calliditas, apud milites quidem fide non carebat: sed tanquam hos in manib[us] haberent patatos ad supplicium, illos verò ciuitatem tibi aperitos sperarent, opus aggredi festinabant. Tito autem suspecta erat invitatio, quia rationem non haberet. pridie namque prouocatos eos ad passionem per Iosephum, nihil mediocre sentire cognoverat, etiam tunc igitur milites manere loco suo præcepit. Iam vero qui a Romanis operibus oppositi, raptis armis ad portas rum militum excurrere ceperant. Hi autem qui expulsi videbantur, primò quidem cædebant: deinde ubi ad præceptum turres portas propinquabant, cursu eos circumveniunt, & à tergo prosequabantur. qui vero in muro stabant, lapidum his multitudinem, omnigenūmque telorum simul inserviunt: adeò ut multos quidem necirent, plurimos vero sauerent, nec enim facile erat à muro diffugere.

aliis retro violenter instantibus. & præter hos  
 An. mundi 4034. *A* pudor quod rectores peccauerant, itemque  
 Christo nato metus, in delicto perseuerare suadebat. Quam-  
 obrem cum hoste diu decernentes, multis vul-  
 neribus acceptis, noque paucioribus redditis,  
 postrem eos à quibus circunuenti fuerant re-  
 pulere. quos tamen recedentes usque ad Hele-  
 nz monumentū, iudei urgendo iaculis seque-  
 bantur, deinde insolenter fortunæ maledicen-  
 tes, & Romanos vituperabant fraude pellectos:  
 scutaque altè sublata crispantes tripudiabant, &  
 cum læticia vociferabantur. Milites autem in-  
 terminatio principum, & Cæsar itatus, huius-  
 modi oratione corripuit: Iudei quidem, quos so-  
 la regit desperatio omnia cum deliberatione fa-  
 ciunt atque prudentia, fraudes & insidias com-  
 ponendo, eorumque dolos fortuna prosequitur,  
 quod sunt morigeri: sibique inuicem benevoli  
 ac fideli Romani verò, quibus ob disciplinam  
 & consuetudinem obediēdi rectoriibus fortuna  
 famulatur, nunc contraria peccant: & intemperā-  
 tia manuum debellantur: quod omnium est pessi-  
 mum, præsente Cæsare, sine rectore dimicantes.  
 Certè a inquit, plurimum ingemiscant militiæ  
 leges, plurimum pater, cùm hoc vulnus audie-  
 rit. ille quod cùm bellando senuerit, nunquam  
 isto modo peccarit. leges autem, si cùm in eos  
 qui minimum quid præter ordinem mouerint,  
 morte vindicent, nunc totum desertorē exerci-  
 tūna videant. Modò autem scituros esse eos ait,  
 qui arroganter egere, quod apud Romanos etiā  
 vincere sine præcepto ducis, infamiz est. Hæc  
 b Romanus Titus ad rectores locutus cùm indignatione, cer-  
 milites Ti-  
 sum pro com-  
 munitonibus  
 obsecrantur, circumfusæ bretò legiones Titum pro  
 cōmilitonibus obsecrabat: paucorumque teme-  
 ritatem

ritatem condonari cunctorū obedientiæ prece.  
 batur, emendaturos eam peccatum præsens, futu-  
 ra cōpensatione virtutis. Placatus est Cæsar, ut  
 tate simul ac precibus, namq. unius hominis a-  
 nimaduersionem usque ad factum promoven-  
 dā putabat. multitudinis vero ad veniam. Mili-  
 tibus quidē reconciliatus est, multum monens  
 ut post hæc prudentius agerent. Ipse vero quē-  
 admodum Iudeorū viceretur insidias, cogita-  
 bat. Intervallo autē quod usque ad muros ciu-  
 tatis erat, per quatinus coquato, sarcinas a-  
 liamque multitudinem cupiens tutò traducere.  
 milium validissimos à septentrionali træctu in  
 occiduum septemplici ordine contra murum  
 prætendit, peditibus in fronte, ac post eos equi-  
 bus acie terna dispositis, mediisq. inter utros-  
 que sagittariis. Excursibus autem Iudeorum tâ-  
 co præsidio præclusis, impedimenta trium le-  
 gionum, itēmque alia multicudo sine timore  
 transfiit. Ipse quidem Titus cum propè duobus a Quomodo  
 stadiis abesse à muro, ad anguli eius partē con- & quibus in  
 tra turrim quæ appellatur Psephinos, castella po- locū Hiero-  
 nit: ad quam muri ambitus ex Aquilone verti- solymam Tâ  
 nens, flectitur ad occidentem, altera vero pars tamen obficio-  
 exercitus eā turrim versus quæ appellatur Hip- ne cinxerit.  
 pisos, muro circumdatu, duūm stadiorū spacio  
 similiter à ciuitate discedens. decima tamen le-  
 gio in Elæon monte, ubi erat manebat.

### Descriptio Hierosolymorum.

#### CAP. V I.

Cluitas tamen trino muro circundata erat, b Trinum  
 nisi quæ vallib. inuiis cingebatur, ex ea nā. Hierosolyma  
 que parte, unius muri habebat ambitum, & ipsa  
 quidem super duos colles erat condita, contra-  
 riis fontibus semet inspicientes, interueniente  
 alijs & discretos, in quam domus creberimæ

**An. mundi 4034.** **A**nno Christi 7<sup>2.</sup> desinebant: collum verò alter, quo superior ei- uitas sedet, multò excelsior & in prolixitate di- rectior: adeò ut quoniam tutus erat, castellum à David quondam Rege vocaretur (is pater Sa- lomonis fuerat, qui primus templum ædifica- **a Castellum.** uerat) à nobis autem forum superius, alter autem **David.** qui b appelleretur **A**cræ, inferiorem sustinet ciu- b **Aera infestatem,** & vndique declivis est. Contra hunc au- torum ciuitatem tertius collis erat, natura humilior, quam- **zam suu** Aera, & alia lata valle antè diuisus. verùm po- posi.

**Fœs Silon.** Ita qua tempestate Asamonzi regnabant, & vallem aggeribus repleuerunt, ut templo coniū- gerent ciuitatem, & Acræ altitudinem cæsam humiliorem fecerunt, ut ex ea quoque fanum supereminens cerneretur. Vallis autem quæ Ty- ropon appellatur, qua diximus superioris ciui- tatis collem dirimi ab inferiori usque ad <sup>c</sup> Si- joam pertinet. ita enim fontem, qui dulcis est ac plurimus, vocabamus. Foris autem duo col- les profundis vallibus cingebantur, & veri nque obitantibus rapibus, nulla ex parte adiri poten- **d Murus ve- estissimus.** tant. Trium <sup>d</sup> Verò murorum vetustissimus qui- dem, propter valles imminentemque his desu- per collem quo erat conditus, facile capi nō po- terat. ad hoc autem quod pro loco praestabat, e- tiam firmissime structus erat, David & Salomo- nis, aliquaque interea Regum largissimis im- pensis operi insomptis. Hac autē parte incipiens à turri, cui nomen est Hippico, & ad eā quæ di- citur Xyitus pertinens, deinde curia coiunctus, in occiduum templi porticum desinebat. parte autem altera ad occidentem ex eo loco ductus, per eum qui vocatur Betiso descendens in Esse- norum portam: deinde supra fontem Siloam in- meridiem flexus, arque inde rufus in orientem versus, qua stagnum Salomonis est, & usque ad locum pertinens, quem Ophlan vocant, cum orientalē.

orientali porticu templi coniungitur. Secundus autem viarius à porta quidem habebat initium, quam Genath appellabant. hæc autem fuerat muti prioris. s' p̄tentio nālēm verò tantummodo iactum ambiens. usque ad Antoniā ascendebat. Tertio muro turris Hippicos principia Secundus cipium dabat: vnde ad Boreas tractum pertinet, deinde ad Psephinam turrim veniens contra b' Tercius monumentum Helenæ, quæ Adiabenorum Regum fuerat, Izatæ Regis mater, & per speluncas regias in longum ductus, à turri quidem in angulo posita flestebatur cōtra Fullonis quod dicitur monumentum. cum vetere autem ambi- tu iunctus in Cedron vallem, quæ sic dicitur, de- finebat. Hoc muro eam partem ciuitatis, quam ipse addiderat Agrippa cinxerat, cùm esset o- mnis antè nuda. exuberans enim multitudine, paulatim extra mœnia serpebat: templique se- p̄tentio nālē regione colli proxima ciuitati ad- iuncta nō paululum processerat. quin & quar- tus collis incolebatur, cui nomen est Bezetha: situs quidem ex aduerso Antoniæ, fossis autem altissimis separatus: quæ de industria ductæ sunt, ne Antoniæ fundamentis colli coherentibus, & accessui facilis sit, & minus edita, vnde etiam fossæ altitudo plurimum turribus celsitudinis adiiciebat. Nominata est autē pars addita ciuitati voce indigena Bezetha, quod Latino ser- mone dicitur noua ciuitas. Eius autē partes incep- sis protegi desiderantibus, pater huius Regis eo- deni nomine Agrippa, murum quidem ita ve- prædiximus inchoarat. veritus autem Claudium Cæsarē, ne magnificentiam constructionis ad nouarum rerum ac discordiæ suspicionem tra- heteret, fundamentis tantummodo iactis ab ope- re destitit. Nec enim expugnabilis esset ciuitas, si perfecisset muros ut coepit. Saxa & caementia Agrippa in eum necesse erant, invenit enim de muro sumptus.

*An. mundi* 4034. *Christo nato* 72.  
vigiñi cubitis longa, & decem lata contexebā-  
tur: quæ neque ferro facile suffodi possent, ne-  
que machinis dimoueri: hisque murus dilata-  
batur, profecto altitudinis quoque plus habui-  
set, si eius magnificetia qui ædificium aggressus  
erat minimè fuisset inhibita. Ruris autem i-  
dem mutus, etiam Iudæorum studio fabrica-  
tus, ad viginti cubitos crevit, & minas quidem  
binis cubitis, propugnacula verò trinæ habe-  
bat, toraque altitudo ad viginti quinque cubi-  
tos ergebatur. Murum autem supereminabant  
tuttes viginti quidem cubitis in latitudinem,  
viginti verò in altitudinem, quadratis angulis  
structæ, & sicut ipse murus plenæ ac solidæ præ-  
terea structura ac pulchritudō saxonum nihil e-  
rat templo deterior. post altitudinem verò tur-  
rim solidam viginti cubitis elatam. cellæ desu-  
per ac cœnacula erant, aquarūmque pluvialium  
receptacula, & tortuosæ latique singularum as-  
**a Terminus** 50. **turus ha-**  
**b. Psephina** 70. **cubitus at-**  
**ternum** 90. **bitos ducentenos**, mediis verò munitis in qua-  
tuordecim tuttes, & antiquis in sexaginta, diui-  
si erant, omne autem ejusmodi in gyro spaciū  
triginta tribus stadiis finiebatur. Cùm autem  
totus admirabilis esset, tertius b. murus admira-  
bilius Psephina tutris ad septentrionem occi-  
dentemque surgebat in angulo, qua parte Titus  
castra posuerat. ex ea namque per septuaginta  
cubitos æd. ta, sole orto Arabia prospici poterat,  
& usque ad mare, itemque ad ultima finium  
Hebreorum. Erat autem octo angulis. Contra  
eam verò tutris Hippicos, & iuxta duæ, quas  
Herodes Rex in antiquo nuto ædificauerat:  
quæque magnitudine suis pulchritudine ac fir-  
mitate, uniuersis quæ toto orbe essent, prestabat.  
nam præter naturalem animi liberalitatem,

Rex

Rex pro amore ciuitatis, operum excellentiam  
propriis affectibus indulgebat: personisq; <sup>a</sup> tri-  
bus charissimis, quarum nominibus turres ap-  
pellauit, fratti & amico, & coniugi memoriam  
dedicando, huic quidem, ut dixi, amoris causa  
peremptæ, iis autem bello amissis, cum forti-  
ter decertassem. Hippicos <sup>b</sup> quidem turris, ami-  
ci vocabulo dicta, quatuor angulis erat. Singu-  
la autem viginti quinque cubitos in latitudi-  
ne itemque longitudine habebant, & excelsæ  
XXX cubitos erant nusquam inanes, supra soli-  
ditatem verò satisque adunatam compaginem  
putrus viginti cubitus altus erat imbris exci-  
piendis: super hūc autem duplice tecto domus,  
viginti quinq. cubitis alta, inque varia mem-  
bra diuisa: & desuper eas minæ quidem binis,  
propugnacula verò ternis cubitis ambiebāt: ut  
omnis altitudo ad octoginta quinque cubitos  
numeraretur. Secunda verò turris, quam frattis <sup>c</sup> Phasaeli  
nomine Phasaelon appellauerat, à quæ lata fue-  
rat ac longa, cubitis quadragenitis: per totidem <sup>altitudo 90.</sup>  
autem cubitos in pilæ modum facta & solida e-  
ius altitudo surgebat, & super hanc decem cubi-  
tis ædita porticus erat, inserviæ brachiis, item-  
que propugnaculis septa. In media verò parti-  
cu supereminens alias turris stabat, in membra  
magnifica & balneas diuisa, ne quid regalis ei  
vitus videretur doesse: in summo autem propu-  
gnaculis minisq; erat ornata, cum omnis eius  
celitudo propè ad nonaginta cubitos tollere-  
tur, & specie quidē videbatur assimilis Phari tur-  
ri, quæ Alexandriâ nauigantibus ignem procul <sup>d</sup> Mariam-  
ostendit: ambitu verò ampliore dilatabatur. tūc mes tertia  
autē tyranicū domicilium exhibebat Simoni, turri pul-  
Tertia <sup>d</sup> verò turris Mariamnes, (sic enim Re-  
gina vocabatur) usque ad viginti cubitos facta, <sup>e</sup> cubitorum  
per viaginti alios cubitos in latitudine tenebatur; <sup>f</sup> alta:

An. mundi  
4034.  
A Christo  
anno 72.

a Herodes  
tres turres  
nominibus  
personarum  
charissima-  
rū appellat.  
b Hippicos  
altitudo 85.  
cubitorum.

& magnificentiora cæterisque ornatoria diuer-  
 soria sustinebat: cum id proprium, sequere di-  
 4034. A gnum esse Rex putauisset, ut uxoris nomine ap-  
 Christs nato bellata turris, plus haberet pulchritudinis, quæ  
 72. quæ virorum nominibus vocitatae sunt: sicut  
 illæ hac munitiones erant, cuius feminæ nomen  
 dederat, & cuius omnis altitudo per quinqua-  
 ginta quinque cubitos erigebatur. Sed quanquam  
 tres turres tantæ magnitudinis erat, ex loco ta-  
 men, quo erant sitæ, multò videbantur esse ma-  
 jores. nam & ipse antiquus murus, in quo erat,  
 excuso loco fuerat conditus, & ipsius collis ve-  
 lut quidam vertex altius propè ad triginta cu-  
 bitos eminebat, supra quem turres positæ mul-  
 tum sublimitatis assumperant. Mirabilis etiam  
 fuit lapidum magnitudo. nec enim ex vulgaribus  
 saxis, aut quæ homines ferre possent, ve-  
 rum seculo marimore candido, & singulis perva-  
 ginti cubitos longis, latisq; decem, ao per quin-  
 que altis erant ædificatae, quæ ita inter se copu-  
 latæ erant, ut singulæ turres, singula'saxa vide-  
 rentur: sic autem manibus artificum in faciem  
 angulæque formata, ut hisquæ iunctura com-  
 paginæ appareret. His autem in septentrionali  
 a Aula re- parte positis, intus aula regia coniungebatur:  
 gia. narratione omni præstavior. Nec enim vel ma-  
 gificentia, vel structura operis, aliqua ex parte  
 superari poterat: sed tota quidem muro per xxx.  
 cubitos edito cincta erat. æqualis autem distan-  
 tia turribus ornatisimis ambiebatur, ornata vi-  
 torum receptaculis & coenaculis reformatim cen-  
 tum capacibus: Inenarrabilis autem fuit mar-  
 morum varietas in ea, collectis ibi plurimis quæ  
 ubique rara videbantur, & fastigia immul proce-  
 ritate trabium & ornamentorum claritudine  
 mirabilia. membrorum etiam multitudo, & in-  
 numeræ species ædificij, pleriqueq; vingia & sup-  
 pellecti-

pellestilis, cum pleraque in singulis ex auro es-  
sent, atque argento. ad hæc multæ porticos, alia  
per aliam in circulum flexæ, columnæq; in sin-  
gulis, & quæ inter eas sub diò patebant spacia,  
cum essent utique viridariis siluisque variata.

An. mundi  
4034. A  
Christo nato  
74.

tum prolixas ambulationes habebat, altis euri-  
pis cinctas, cisternas vbiq. signorū æneorū ple-  
nas, quibus aqua effundebatur: multisque tut-  
tes mansuetarū circum latices columbarū. Sed  
enim neq; pro merito exponi regia, qualis fue-  
rit, potest: habetq. memoria cruciatum, refe-  
rens. quantas res latocinalis flama consump-  
xit. nec enim hæc à Romanis incensa sunt, sed ab insidiatoribus intestinis, vt supra memo au-  
tem in principio dissensionis, & ab Antonia qui stina infida  
dem omnia corripuit ignis: transiit autem in re-  
toribus aula  
giā triūmque turrium tecta corripuit. Panū b regia incen-  
autem conditum erat, vt dixi, supra durissimum sa-  
collem: Et initio quidem vix templo atque a-  
b templum  
se sufficiebat, iacens in summo planicies quod supra duris-  
vndique præceps erat atque declivis. Cum au-  
tem Rex Salomon, qui etiam templum ædifica-  
uerat, muro eius partem ab oriente cinxisset, v-  
na porticus aggeri est inposita: & manebat ex  
alii partibus nudū, quoad seculis posterioribus,  
semper aliquid aggeris accumulatè populo co-  
quatus collis latior esse & us est. Perrupto autem  
septentrionali quoque muro, tantum assu-  
mptere spaciū, quantum postea totius fani am-  
bitus incluserat. Triplici c autē muro colle cir-  
cumdato, spe gravis opus extructum est: in quo de templo e-  
longa secula consumpta sunt, omnesq; thesau-  
ri sacri, quos toto orbe missa Deo munera reple-  
verant, tam in superiore ambitu, quam inferio. /sumpsi.  
te templo ædificatis: cuius quod humilium fuit,  
trecentenis cubitis munierant, in quibusdam  
verbis locis pluribus, non camen emplais adicte-

An. mundi do fundamentorum videri poterat ; multum  
 4034. A vallibus obtutis, ut angustas vias oppidi coe-  
Christo nato quarent. Saxa vero quadragenitum cubitorum  
 magnitudinis erant. nam & pecuniarum copia, &  
 72. populi largitas, maiora dictu conabatur: quodque  
 nunquam posse perfici sperabatur, diuturnitate  
 ac perseverantia explicabile videbatur. Tantis  
 autem fundamentis digna erant opera imposi-  
 ta. Duplices porticus omnes, quas columnæ su-  
 stinebant & quinque & vicenis cubitis altæ , de  
 singulis saxis marmore candido, & laquearia ce-  
 faxu mar- drina protegebant. quorum naturalis magnifi-  
 more candi- centia, quodque ligno rafili erant, apteq. cohære-  
 do columnæ bant, operæ preciū spectantibus exhibebat: nul-  
 lusq. aut pictoris, aut sculptoris opere extrinse-  
 cus ornabatur. Latæ autem per X X X. cubitos  
 erant omnisq. gyrus earum sex mensura stadio-  
 rum cum Antonia concludebatur. Totum au-  
 tem sub dio spatium variabatur, omnium qui-  
 dem generum lapidibus stratuni: quæ vero ad  
 secundum templum ibatur, cancellis septum  
 saxeis ad tres cubitos altis, nimiumq. grato ope-  
 re factis: ubi & quis depositæ internalis columnæ  
 stabant, legem castimoniz præmonentes, aliz  
 Græcis, aliz Latinis literis, in locum sanctum  
 transire alienigenas non debere. Sanctum e-  
 nem vocabatur alterum fanum, & quatuorde-  
 cim gradibus ascendebat à primo: quadratum  
 que sursum erat, & proprio muro circumcatum:  
 eius exterior celsitudo quamvis quadraginta  
 cubitis surgeret, tamen gradibus tegebatur. in-  
 terior autem X XV. cubitorum erat: quoniam  
 in altiori loco per gradus ædificata non tota  
 pars interior cernebatur, colle obiecta. Post  
 quatuordecim autem gradus, spacium erat usq.  
 ad murum CCC. cubitis planū. Hinc rursum alij  
 quinq; gradus, & scalæ ad portas ducebantur se-  
 ptem.

**a Porticu****de singula****saxu mar-****mōre candi-****do columnæ****subfinient.**

pturentione quidem ac meridie octo , quaternæ <sup>An. mundi</sup>  
 vtrinq. videlicet, duæ verò ex oriente. Necessa- 4034. A  
 riò namq. proprius locus , religionis causa mu- <sup>Christo nato</sup>  
 lieribus destinatus, muro discernebatur : altera <sup>72.</sup>  
 quoque porta opus esse videbatur. Contra <sup>a Locum pre-</sup>  
 primam verd, secreta erat ex aliis regionibus v- <sup>primi rel-</sup>  
 na porta metidiana, & vna septentrionalis , qui- <sup>gionis causa</sup>  
 bus ad mulieres introibatur : per alias enim <sup>mulieribus</sup>  
 transire ad mulieres non licebat. Sed nec suam <sup>destinatum.</sup>  
 portam interiecto muro transgredi licebat. Pa-  
 tebat enim locus ille pariter indigenis & ho-  
 spitibus foeminiis , religionis causa venientibus,  
 occidua verò pars nullam portam habebat , sed  
 perpetuus ibi murus erat extritus. Inter por-  
 tas autem porticus , à muro intrò propè à the-  
 sauro aduersæ , magnis & pulcherrimis colum-  
 nis sustinebantur, erant autem simplices. ac præ-  
 ter magnitudinem nulla re ab inferioribus abe-  
 rant. Portarū <sup>b</sup> autem , aliæ quidein auro & ar- <sup>b Portarum</sup>  
 gento vndiq. testæ erant, itēmq. postes ac fron. <sup>alia auro &</sup>  
 tes: vna verò extra templum ære Corinthio, quæ argento , u-  
 multum argento inclusas & inauratas honore su- <sup>na verò æro</sup>  
 perahat. Et binæ fores quidem in singulis ianuis Corinthiis ,  
 erant tricenis cubitis altæ, quinidenis etiam la- <sup>sæca.</sup>  
 tæ, post introitum verò, vbi latiores siebant, tri-  
 cenis vtrinq. cubitis exedras habebant: exem-  
 pli quidem turrium longas & latas, suprà ve-  
 rò quam viginti cubitis celsas. singulas autem  
 binæ columnæ duodenum cubitorum crassitu-  
 dine sustinebant. Et aliarum quidem portarum  
 magnitudo par fuit. quæ verò suprà Corinthiam posita, quo mulieres conueniebant, ab e-  
 siente aperiebatur, porta templi sine dubio ma-  
 ior erat , quinquaginta enim cubitis surgens:  
 quadraginta cubitorum fores habebat, ornatu-  
 que magnificentiorem : quoniam crassiori ar-  
 gento atq. auro vestiebatur: quod quidem no-

**An. mundi** uem portis infuderat Tiberij pater, Alexander.  
 4034. **Gradus** autem quindecim à muro, qui mulie-  
**A Christo** res segregabat ad maiore portā ducebāt, namq.  
 nato 72. illis, qui ad alias portas iter dirigerent, quinque  
**a Fanum sa-** gradibus erant breuiores ipsum verò templum  
**cresanctum.** in medio positum, hoc est fanum <sup>1</sup> sacrosanctū,  
 duodecim gradibus ascendebat. Et à fronte  
 quidem altitudo eius & latitudo, centenos cu-  
 bitos habebat: ponè autem quadraginta cubitis  
 angustius erat aditus enim, veluti quibusdam  
 humeris, utrinq. vicenum cubitorum produce-  
 bantur. Prima verò eius porta septuaginta cubi-  
 tis alta erat, & viginti quinq. lata, neque fores  
 habebat: cœlum enim vndique conspicuum la-  
 té, patens significabat, erantque totæ frontes  
 inauratae: ac prima ædes omnis perlucebat ex-  
 terius: aurō que circum interiore fani par-  
 tem splendida cuncta cernentibus occurrebat.  
 Cum autem interior eius pars coignatione  
 inter septa esset, adiacens ei prima ædes patebat  
 in altitudinem perpetuam: pérq. nonaginta cu-  
 bitos tollebatur, cum longa quadraginta cu-  
 bitos esset, ac viginti transuersa. Interior verò  
 porta tota inaurata erat ut dixi, & circum eam  
 auratus paries desuper autem habebat aureos  
 pampinos, vnde racemi statura hominis depen-  
 dabant. & quia contignatio iam intercedebat,  
 templum exteriore humilius videbatur: & fores  
 habebat aureas, quinquaginta & quinq. cubitis  
 altas, sexdecim verò latas. ad hæc aulæum lo-  
**b Aulaem** gitudine par: hoc est, velum Babylonium, hya-  
 fino velum cintho, & byssō, & coco, & purpura variatum,  
**Babylonii** mirabili opere factum, neq. contemplationis ex  
 colorum pers colorum permixtione, sed velut omnium  
 permixtio- rerum imaginem præferens. coco enim vide-  
 no mirabilis batur ignem imitari, & byssō terram, & hyacin-  
 thos aerem, ac mate purpura: partim quidem co-  
 loribus

lorisbus, byssō autem ac purpura origine: quo-  
 niam byssum quidem terra, mare autem pū-  
 ram gignit, ei átq. ia eo perscripta omnis celi ra-  
 tio, præter signa. Introgressus autē inferior pars  
 excip. ebatur: cuius altitudo quidē habebat sexaginta  
 cubitos, & longitudo totidem ac latitu-  
 do viginti. rursus autem quadraginta cubiti di-  
 uisi erant. Et <sup>4034.</sup> prima quidem pars, ad quadraginta  
 cubitos auulsa, hæc tria mirabilia & prædi-  
 canda opera cunctis hominibus habebat, candela-  
 brum, & mensam, & thuribulum. Septem ve-  
 rō luceroꝝ, stellas etiāantes significabant: tot e-brum, men-  
 sam ab ipso candelabro oriebantur. Duodecim sa-  
 verō panes in mensa positi, signorum circulum.  
 atque annum. Thuribulum autem per tredecim  
 odores quibus replebatur, ex mari & inhospi-  
 to & inhabitibili, designabat omnia Dei esse,  
 Deoque seruire. Intima vero templi pars, vi-  
 ginti cubitorum erat. discernebatur autem si-  
 militer velo ab exteriore, nihilque proorsus in  
 ea erat posicūm: inaccessa vero, & inviolata, &  
 inuisibilis omnibus habebatur, sanctique san-  
 ctum vocabatur. Circa latera vero inferioris  
 templi multa erant membra peruvia, triplici te-  
 sto suspenso, & ad verticem, latus, ad ea introitus  
 à porta patebat. Superior autem pars eadem  
 membra non habebat, quo minus erat angu-  
 stior, celsior autem XI. cubitis, nec ita ut infe-  
 rior ambitiosa. Colligitur enim centum cubito-  
 rum celsitudo vniuersa, cum in solo LX. cubi-  
 tos habuerit. Exerior autem facies, nihil quod  
 animus aut oculi mirarentur, non habebat, cru-  
 stis b<sup>e</sup> enīm aureis grauissimis vndiq. te&t, vltra templi facies  
 primos ortus igneo splendore lucebat: vt cum crux au-  
 intueretur contendentium oculi, quasi solis ra-  
 reū grauifluis auerterentur. Hosptibus quidem aleconti-  
 bus, procul monti nuceo similia videbantur, nam quis se dñe.

An. mundi  
 Christi nato  
 73.

**An. mundi** ubi deauratum non erat templū , candidissimū  
**4034.** & erat. In summo autem aereis veribus hōrrebat  
**Christo nato** acutissimis, ne ab insidentibus aribus polluere-  
**72.** tur. Nonnullorum autem saxonum eius lōgitu-

**a Ara sine ferro cōstruēta.** do XLV. cubitorum erat, altitudo quinque , &  
 latitudo sex. Ara<sup>2</sup> verò pro templo, quindecim  
 cubitum alta, lata verò & longa cubitis quadrage-  
 nis, quadratāque. Stans, veluti cornutis angulis  
 eminebat, & à meridie ascensus in eā clemēter  
 arduus resupinabatur. sine ferro autem constru-  
 ēta erat, nec vñquam eam ferrum retigerat. Tē-

**b Lorica populum à Sacerdotibus segregat.** plum autem arāmq. cingebat ex pulcherrimo sa-  
 xo lorica b gratissima, vsque ad cubitum surgēs,  
 quæ populum à sacerdotibus segregabat. Go-  
 norrhœos, hoc est, semine fluētes, itēmq. lepro-  
 fos tota ciuitas arcebat, & fœminis mēstry a sol-  
 uentibus clausa erat. prædictum autem limi-  
 tem, ne puris quidem mulieribus transgredi  
 permittebatur. Viri autem, qui non per om-  
 nia casti fuissent, ab interiori aula : & qui puri  
 essent, à sacerdotibus prohibebantur. Qui verò  
 ex origine sacerdotum genus ducētes, cœxitatis  
 causa munere non fungebantur, cum incolumi-  
 bus intra limitē aderant, partēsq. generis conse-  
 quebantur: vestibus tantum vrebantur plebeis:

**c Sacerdotes in veteri testamento abstinēti nobis reli- gione me- su.** quoniam sacerotali solus qui sacra celebrabat,  
 amiciebatur. Ad altare verò templūmq. accede-  
 bant carentes omni vitio. Sacerdotes, veste qui-  
 dem amicti byssina: maximè verò mero abstine-  
 tes, ac sobrii religionis metu, ne quid rem diui-  
 nam faciendo peccarent. Pontifex dautē cum i-  
 psis non tamen semper ascendebat, sed diebus  
 quibūsq. septimis, & per singulos menses Calē-  
 dis: vel si quando patria festivitas atq. annua ab

**d Pontificis operimenta.** omni populo agebatur. Et sacrificabat velamine  
 præcinctus, eōq. testus fémora vsq. ad genitalias  
 lunctē verò habens intrinsecus demissum vsq.

adpedes, & hyacinthinum desuper indumentum rotundum, ex quo fimbriæ pendebant, alternis nodis aurea tintinnabula, malaq. granata sustinente: tintinnabulis quidem tonitrua, malis verò fulgura designantibus. Pectoris autem vestimentum vittæ cingebant quinque variatæ coloribus: hoc est, auri purpuræ, cocci, byssæ, & hyacinthi: quibus etiam vela templi diximus esse contexta: iisdem auten habebat etiam eponidem temperatam, in qua plus auri erat: & habitu quidem indumento thoraci similis videbatur: duabus autem fibulis aureis, aspidum specie vinciebatur: quibus inclusi erant optimi maximiq. sardonyches, scripta tribuum gentis Iudææ nomina præferentes. ex altera verò parre, duodecim pendebant alij lapides, in quatuor partes terni diaisi, hoc est, sardius, topazius, smaragdus, carbunculus, iaspis, sapphirus: achates, amethystus, lyncutium: onyx, beryllus, chrisolitus. quorum singulis singula item cognomina erant scripta. Caput autem byssina tincta tegebat, hyacinthis coronata. fit circa eam illa corona erat aurea, scriptas ferens sacras litteras, quæ sūt quatuor elemēta vocalia. Ea quidē veste non semper, sed alia ambitiosa vtebatur, illa verò si quādo adyta introibat. solus autem atq. semel in anno intrabat, quo die cunctos ieiunare Deo mos erat. Sed de ciuitate a templo & moribus & legibus iterum diligenter referemus. non enim pauca super his expōnenda sunt. cæterām<sup>b</sup> Antonia in angulo quidē duarum porticuum sita erat prioris templi, quæ ad occidentē septenterionēmq. spectarent. in saxo autē fuerat extructa, quinquaginta cubitis alto, & vndique pterupto: quod opus Herodis Regis fuit, ut maxime ingenij sui magnificientiam demonstrauit. Primum enim à radiis

An. mundi  
4034. A  
Christo nato  
72.

a Gemma  
in Pontificis  
ornata pre-  
eclissima.

b Antonia  
descriptio;

*An. mundi* cibus saxum ipsum leuibus crustis obregebatur,  
*4034.* que & deçus adderet operi, & facile dilaberentur, qui vel ascendere vel descendere tentauissent. deinde ante turris ædificium murus erat  
*A Christie* cubitorum trium. intra hunc omne spaciore  
*naro 71.* Antoniæ in quadraginta cubitos erigebatur. In-  
 tus autem regiæ latitudinem ac descriptionem  
 habebat, diuisam in omnem usum habitationis  
 & specie, id est, atria, & balnea, & aulas castris  
 aptissimas: ut quantum ad usum necessarium  
 a Antonia pertinet, ciuitas videbatur, magnificentia vero  
 civitatis non palatum. instar vero turris tuto habitu forma-  
 absumus. quatuor aliis per angulos turribus cingeba-  
 tur: quarum extremer quinquaginta cubitis e-  
 rant altæ: quæ vero ad meridianum orienta-  
 lémq. angula sita erat, LXX. cubitis etinæbat,  
 ut ex ea totum templum videti posset. Qua ve-  
 ro porticibus iungebatur, ut inq. descensus ha-  
 bebat, unde custodes commeabat. semper namque in ea Rom. milites residuebant: & cù armis  
 appositi custodes, ne quid populus festis diebus  
 noui committeret, obserabant. castrum enim  
 erat impositum oppido quidem templum, tem-  
 plu vero Antonia. In hac autem portico custo-  
 des erant, & superioris ciuitatis aliud castel-  
 lum, regia Herodis erat. Bezetha autem collis,  
 ita ut dixi, ab Antonia separabatur: qui cum or-  
 annum esset altissimus, etiam parti nouæ ciuitati-  
 tis coniungebatur, temploque septentrionali  
 solus obstabat. De ciuitate quidem, ac muris e-  
 bus, iterum scribere plenius cupiens in praesentia  
 satis dixi.

*Deditionem Iudei recensant, & Roma-*  
*de circa Si- aderuntur.*

*b Multum*  
*de circa Si- monem 15.*  
*millia.*

*C A P. V I I.*  
*P*ugnacissim. b autem maximq. dissidentes  
 multudo circa Simonem erat, hominum de-  
 cem.

eem millia, præter Idumæos, quinquaginta verò An. mundi  
4034.  
 decem millium daces, quibus ipse quasi domi-  
 nos omnium præserat. Idumæi autem qui erant A Christo  
anno 71.  
 eius partium, cùm essent numero quinque mil-  
 lia duces decem habebant. Horum autem prin-  
 cipes videbantur, Sosz Jacobus, & Cathlæ filius  
 Simon, Ioannes autem qui templum occupauer-  
 rat, sex armatorum millia habebat, quos virgin-  
 ti duces regebant: tunc autem illi accesserant  
 etiam Zelotatum, depositis discordiis duo mil-  
 lia quadringentia: qui Eleazar, quem ante ha-  
 buerant, & Simone Arini filio vtebantur duci-  
 bus. His autem (ut diximus) bellum inter se ge-  
 rentibus, populus erat præmium: & plebis pars,  
 quæ non eadem quæ illi committeret, ab utris-  
 que diripiiebatur. Tenebat <sup>a</sup> autem Simon qui-  
 dem superiorē ciuitatem, murumque maiorem a Simonis  
contra Ioseph  
nemiciis,  
 usque ad Cedronem, & antiquioris muri, quan-  
 tum à Siloa flectitur ad orientem, & usque ad  
 Monobazi aulam descendit. Is Rex erat Adia-  
 benz gentis, ultra Euphratēm habitantis. Te-  
 nebat etiam montem Aceræ, quæ inferior est ci-  
 uitas, usque ad Heienz regiam, quæ Monoba-  
 zi fuerat mater. Ioannes autem, templum &  
 circum templum aliquatenus, itemque Oph-  
 lam, & vallem quæ Cedron appellatur. & aliis  
 quæ interiacebant incensis, medium bello quod  
 inter se getebant spaciū aperuere. Nec enim  
 castris Romanorum prope murum positis, in-  
 tra ciuitatem sedatio quiescebat: sed ad primum  
 eorum imperii paulisper sanitate recepta, mox  
 ad pristinum morbum rediere. Rursusque dis-  
 creti, pto sua quisque parte pugnabat: omnia  
 ciendo, quæ obdidentes optarent. nihil enim  
acerbius à Romanis passi sunt, quam ipse se tra-  
tarunt: neque post illos ciuitas aliquid nouæ  
calamitatis expecta est. Sed illa quidem grauior-  
 Tom. iij.                      ff j

res prius casus pertulit, antequam subuerteretur, qui verò eam debellarunt, maius aliquid perfecere. Dico & enim, quod seditio ciuitatem, Romani verò seditionem cepere, quæ multò erat mœnibus rutilior. & res quidem aduersas suis, iusticiam verò rectè quis Romanis ascriberet. intelliget autem quod dies cuique suggesserit. Veruntamen his intra ciuitatem ita se habentibus, Titus b cum leuis equitibus foris circuiēs, quæ muros aggredieretur explorabat. Hæsitanti autem, quia nec ab ea parte adiri poterat pedibus, qua valles erant, & ab alio latere, prior murus machinis firmior videbatur, placuit ad Ioannis pontificis monumentum (hic enim tantummodo & primus humilior erat, nec secundum muro coniungebatur) inquadre. neglecta enim fuerat munitio, propterea quia non satis noua ciuitas frequentabatur. Sic in tertium murum facilis aditus illac erat: per quem superiorē ciuitatem, & per Antoniam, templum capi posse cogitabat. Hæc eo collustrante, quidam ex amicis eius, Nicantor c nomine ad humerum ad humerū laevum sagitta percutitur: cum propius vna cum laevo sagittis Iosepho accessisset: pacemque in muro stantis perennib[us] (dicendi enim peritus erat) suadere tentaret. Vnde cognitis eorum conatibus Cæsar ex eo quod nec ad salutem se horrueribus abstinueret, excitatur in obsidionem: simū! que suburbana militibus vastate permittit, collectaque omni materia, iubet aggerem construi. Tripartito autem exercitu ad opera, medios in aggeribus iaculatores & sagittarios constituebat, & ante eos ballistas, aliique machinas atque tormenta: quibus & excursus hostium in opera prohiberet, & quæ ex artis obstatæ tentarent. Cæsis autem urbibus, momento suburbana nudare sunt, quæ civile pars in aggeres cun-

cum totus operi intentus esset exercitus, nec  
 Iudei segnes erant, populum quidem in rapi-  
 nis ac cædibus constitutum fiducia tunc habe-  
 bat, quod respiraturus esset: illis aduersus ho-  
 stes distractis, existimantē poenas se ab noxiis  
 repetiturum, si Romani superassent. Ioannes au-  
 tem quāvis in extēnos socij sui irrūpere pro-  
 perarent, metu tamen Simonis manebat. Ve-  
 rum Simon non quiescebat, proximus enim e-  
 sat obsidionis missilibus per murum dispositis,  
 quæ pridem Romanis abstulerat, quæque apud  
 Antoniam capta fuerant. Sed a horum possesso, a Missione  
 propter imperitiam plerisque non erat utlis, possesso in-  
 pauci autem à tranfugis docti, male vivebantur & propter  
 instrumentis. Sed cum lapidibus & sagittis ag- imperitiam  
 gerem iacentibus militibus immininebant, pér- mutili.  
 que cuneos excurrentes, manus etiam consere-  
 bant. Operantes autem crates super yallum op-  
 posita protegebant, omnibusq; legionibus con-  
 tra excursus erant machinæ comparatae mira-  
 biles, præcipue vero decimæ legionis ballistæ  
 vehementiores, & tormenta saxorum, quibus  
 non solum irruentes, sed etiam super mūrū ura-  
 stantes auerterebantur. nā & singula saxa talenti  
 pondus sequabant, & ultra stadij modum tor-  
 quebantur. iustus autem non solum primis, quos  
 offendisset, sed aliquando posterioribus quoq;  
 intolerabilis erat. Iudei sane cauebant à lapidi-  
 bus, quod erant candidi: nec tantum sono ac  
 fremitu noscebantur, sed etiam claritudine pro-  
 spiciebantur. denique speculatores in turribus  
 præsidentes, prædicebant, quando impelleretur  
 machina, saxyumque ferretur: patria lingua cla-  
 mantes, filius venit. itaque præsciebant, in quo  
 veniret, atque ita vitabant: & hic eveniebat, ve-  
 illis declinatis, lapis irritus intercideret. Pro-  
 inde Romani excogitant, atramēto decolorare

Ann. monach. 4034.  
A Christo  
nato 72.

ad. minuti lapides, tunc enim missi, non similiter incertos  
 4034. Atque habebant, mulieris que simul vnius impetrari  
 Christo nato corrumpabant. Sed ne male quidem affecti In-  
 72 dazi,aggeris instruendi Romar. is copiā dabant,  
 omni verò eos molitione atque audacia, die  
 nocturnaque prohibebant. Perfectis autem operi-  
 bus,plumbo & lino ab agerib. iacto, fabri quod  
 erat ad murum spaciū meriuntur. nec enim  
 alioqui id fieri poterat, quoniam desuper telis  
 petebantur. Cūmque pares interuallo arietes  
 inuenisset, eos applicant: propriisque dispositiis

a Titus ex machinis, Titus, ne ex muro arietes prohibe-  
 wib[us] partib[us] rentur, ex tribus partibus murum pulsari iubet,  
 b[us] murum Sonitu autem circumstrepente ciuitatem, cla-  
 pulsari in mor ingens ciuium sublatuſ est, itenique sedi-  
 bus.

tiosos pauor inuasit. Et quia periculum com-  
 mune utrisque videbatur, communiter iam re-  
 pugnare cogitabant, vociferantibus inter se dis-  
 cordibus, quia omaia pro commoditate hostiū  
 facerent: cùm si non perpetuam concordiam fi-  
 bi Deus præbeat, saltē in præsentia cōtra Ro-  
 manos oporteat conspirare. Simoti autem præ-  
 cone misso volentibus ex templo ad murum  
 egrediendi copiam dedit: idēmq[ue] & Ioannes,  
 licet minus crederet, permisit. Illib[ut] autem oblitū  
 odiorum, ac discordiarum suarum, in unū cor-  
 pus coeunt: murūmq[ue] amplexi, facies inde quā  
 plurimas iaciebant contra machinas Romano-  
 rum, contrāque impulsores arietum, eosque si-  
 ne intermissione telis petebant: audacissimi ve-  
 rò cateruatum proficientes, in machinarum tegmi-  
 na dissipabant: hisque appositis irruentes, peri-  
 tia quidem pauca, plura verò audacia perficie-  
 bant. Semper autem aderat adiumento labora-  
 tibus ipse Titus: & iuxta utrasque machinas ex-  
 quiribus ac sagittariis ordinatis: ignem quidem  
 letentes prohibebant: iaculantes verò à turribus,

b[us] Sedd[ic]is  
 odiorum ac  
 discordiarum  
 oblitū, in u-  
 num corpus  
 ecce.

reprimebat, nocendi tempus arietibus faciens: An. 70  
 & tamen murus istib[us] non cedebat, nisi quod 40; 4.  
 quintæ legionis aries commouit angulum tur- A Christo  
 sis: mutus autē stabat incolmis. nec enim sta- nato 72.  
 tim cum terti periculū sensit, quē multo altius a Arietis an-  
 eminebat, nullāmque partem muri secum tra- guimus intr-  
 here poterat in ruinam. Cūm autem ab excursi- rī comina-  
 bus paululum quieuisserent, obseruato Romanos nos.  
 per opera & castra esse dispersos, quia labore &  
 formidine Iudeos discessisse arbitrarentur, ex-  
 currunt omnes quā turris erat Hippicus, porta  
 latenter: ignēmque operibus iniciunt. Usq. ad  
 castrorum quoque munimenta, in Romanos a-  
 nimati procedebant. Hō: si autem periculo ma-  
 turè, & qui erant proprius excitati sunt, & qui  
 procul abeant conuenēre. Romanorum autem  
 disciplina vincebat audaciam Iudeorū: & quos  
 prius offenderant in fugam versis, aliis qui col-  
 ligerebant instabant. Grauis autem circum ma-  
 chinas pugna commissa est, illis incendere, his  
 incendium prohibere certantibus, incertusque  
 clamor utrinque tollebatur, & multi qui im-  
 fronte steterant, ceciderunt. Sed Iudei confi-  
 dentia superiores erant, ignissque opera tetige-  
 rat, incensaque omnia cum instrumentis peni-  
 tuis essent, nisi leshi de Alexandria restitissent  
 plerique, præter opinionem sui viriliter dimi-  
 cantes, nam gloriofissimis in hoc bello prælati  
 sunt, donec imperator equitum valentissimis  
 comitatus, in hostes irruit: & ipse quidem duo-  
 decim repugnatores peremit: metu b Tētus In-  
 cladis corum cætera multitudine in fugam ver-  
 sa, omnes compulit in ciuitatem, eoque modo  
 aggeres liberavit incendio. In hac autem pugna  
 unum ex Iudeis viuum capi contigit, eumque  
 Titus crucifigi pro muro iussit, si forte reliqui  
 vel hoc spectaculo seruit, cœderent. Post eius-

*An. mundi 4034.*  
*A Christo anno 72.*  
*a Ioannes Idumaeorū*  
*Dux, pectus sagitta percussus, perire.*

verò discessum, etiā<sup>2</sup> dux Idumaeorū Ioannes dum ante muros cum noto milite loquitur, & quodam Arabe pectus sagitta percussus, continuo perlit: magnumque & Iudeis luctum, & seditionis moerore reliquit, nam & manu promptus erat, & sapientia nobilis.

*Deserunturū ex duorum imperiorum obtemperantibus.*

### C A R. VII I.

**N**OCTE VERÒ QUÆ SECUTA EST, INCREDIBILIS TUMULTUS ROMANIS INCIDIT. NĀ CUM TRES TURRES IMPERATOR TITUS QUINQUAGENUM CUBITORUM CONSTRUI PRÆCEPISSET, VT HIS PER AGGERES SINGULOS POSITIS, HINC HOSTES IN MURO STANTES FACILIUS INFUGAM VERTERET, VNA EARUM SPONTÈ SUA NOCTE INTEMPESTA LAPSA EST, INGENTI VERÒ SONITU FACTO, METUS OCCUPAVIT EXERCITUM. CONARI AUTEM ALIQUID IUDÆOS SUSPICATI, AD ARMA CURREBANT, ET QUE RE TURBA IN LEGIONIBUS AC TUMULTUS ERAIT, CŪMQUE NEMO QUID ACCIDISET REFERRE POSSET, DIU QUERULI ALIUS ALIUD OPINABANTUR: NULLISQUE INTERUENIENTIBUS HOSTIBUS SEMETIPSOS TIMEBANT: SIGNUMQUE DILIGENTER SINGULI A PROXIMIS REQUIREBANT, TANQUAM IUDÆI IAM CAELTRA POSSIDERENT: PANICQUE TERRORE CAPTI VIDEBANTUR, DONEC TITUS, COGNITIS QUÆ RES ERANT, VERUM CUNCTIS INDICARI IUSSIT: TANDEMQUE TUMULTUS EO NUACIO CONQUIEUIT. IUDÆI QUIDEM CATERA FORTITER SUSTINENTES, MALÈ TURRIBUS AFFECTI SUNT, MACHINIS ETIAM LEVIORIBUS, & IACULATORIBUS, AC SAGITTARIIS, SAXORUMQUE TORMENTIS INDE FERICIBANTUR. SED NEQUE HARUM AZZURE IPSI POTERANT CELSTUDINEM, & TURRES EXCIDENDI SPES NON ERAIT. CŪMQUE NEQUE EUERTI PROPTER GRAVITATEM, NEQUE INCENDI PROPTERA QUOD FERRO REGEBANTUR, FACILE POSSENT, ULTRA IACTUM CELI FUGENTES, SCACCUM IMPERIUS

eus non verabant: qui sine intermissione ferie. *An. mundi*  
 tes, paulatim aliquid proficiebant. Itaque <sup>a</sup> mu- 4034.  
 ro iam cedente magno arieti Romanorum, *A Christo*  
 quem Iudei Nicona vocabat, quod omnia vin- *nato 73.*  
 ceset, quamvis & antea defessi erant pugna & *a Nason,*  
 vigiliis, cum longè ab oppido pernoctarent: ta- *est viator,*  
 men etiam negligentia, vel quod male consu- *magnus ex-*  
 lerebat, murum sibi superuacuum esse creden- *ries Romani*  
 tes, quibus alia duo munimenta supererent, *normas.*  
 Iustique plurimi recedisse, cum autem Roma-  
 ni quâ primum murum Nicon perruperat, a-  
 scendissent, ad secundum omnes Iudei relictis  
 custodiis refugerunt. portis autem Romani qui  
 transierunt parefactis, exercitum receperere. Ex <sup>b</sup> *h Romanis*  
 hi quidem hoc modo porti muro, quinto no- *primo muro*  
 nas Maij, partem eius maximam denuo, & *possuntur.*  
 septentrionalem ciuitatis regionem, quam ante  
 Cestius vastauerat. Titus autem notato quâ As-  
 syriorum castrum est, militem transferr, occu-  
 pato omni quod inter Cedrona fuerat spatio: &  
 ultra sagittæ iactum à secundo mero separatus...  
 oppugnationem statim aggressus est. Tunc igi-  
 tur partiti murum Iudei, fortiter restiterunt. Et  
 Ioannes quidem, eiûsq; socij ex Antonia & se-  
 ptentrionali porticu templi ab Alexandri mo-  
 numento pugnabant. Simonis autem manus  
 iuxta monumentum Ioannis aditum clauserant,  
 usque ad portam, qua in Hippicon turrim aqua  
 inducebatur. Sæpe autem prosilientes è portis, c *Iudeorum*  
 cominus dimicabant: compulsique intra muros. *sum Roma-*  
*in*, conflictu quidem Romanorū disciplina, pro- *ne scis*,  
 pri imperitiam vincebantur: in murali autem *Aug.*  
 certamine superabant. eos enim fortuna atque  
 Scientia, Iudeos <sup>d</sup> vero audacia, quam timor d *Iudeos*  
 alceret, sustentabat: quidq; natura erant in eis. *audacia se-*  
 mi, tibis duri. Ad hæc autem, & istis suberat *pro*  
 spes salutis, & Regnum, quis vicerit, nequaquam

An. mundi anno lassitudo fatigabat, sed aggressiones, mutorumque oppugnaciones, & excursus crebri per cuneos, diebus totis agebantur: nullaque præliorum species abeat, cum à prima luce incipientia utrisque insomnis & die gravior nox dirimeret: his quidem occupatum iri murus continuo metuentibus, illis vero, ne Iudei castra pernaderent. Itaque in armis pernoctantes, prima luce utrique pugnæ parati erant. Et Iudei quidem certabant: quis esset promptior ad percussum, eoque modo gratia emineret apud eos suos. maximè vero Simonis eos metus ac reverentia commouebat, eoque modo illi singuli subiectorum colebant, ut ad semet quoque interficiendos parati essent, si hoc ille inflisse

a Romanorū Romanos & autem ad virtutem horrabatur cōsuetudo vincendi, & qui vinci non assueverat, crebraque militiæ, exercitationesq. perpetuæ, & imperij magnitudo: ante omnia vero Titus semper ubique præsens: nam & inertia, spectante arque opitulante Cæsare, gravissimum facinus videbatur: & ei qui bene decertasset, testis adebat, qui rependeret præmij. præterea fructus erat, vel cognosci solum principi virum fortis idcirco multorum maior virtibus alacritas demonstrata est. Denique istis ipsis diebus, validdissima Iudeorum aie instruta pro mœnibus,

b. Longinus telisque virinque missis, quidam Longinus de numero equitum ex acie Rom. progressus, in median aciem Iudeorum irruit: hisque disiectam irruit etis, hoc imperio duos fortissimos perimit, unius obuiam tendentis ore percusso, alterius eodem telo quod priori extraxerat, transfixo latere refugientis: & ex mediis hostibus ad suos primus occurrerit. Ille igitur ob virtutem insignis erat: mauli autem eius, fortitudinis multi extiterunt. Et Iudei quidem negligentes quid patarentur,

cumquimodo qualiter afficerent considerabat: mōrēque his levissima ducebatur, si quo interfecto hoste cecidissent. Titus autem non minus saluti militis, quā in victoria consulebat: & temerarios impetus desperationem dicens, solam verō esse virtutem, si quis prudenter & cautè sine proprio incommodo fortiter faceret, in ea re potius, quę periculum non haberet, viros esse præcipiebat.

*De Castris Iudas Romanis illudens.*

C A P. I X.

I Taq; septentrionali parte, media turri applicata arietem: in qua Iudeus quidam Versutus a *Caſter* Iudaeus ac subdolus, Caſtor nomine, eum decem aliis dum versum militib. suis delituerat, fugatis ceteris formidi- em ac fūnde ac sagittarum. Hi cum pauci sub lorictis aliquā horū, diu quiuisserint, concussa turri surgunt, extensis que manibus, Caſtor veluti supplex Cæſarem implorabat: & voce miserabili, ut sibi parceret, obtestabatur. Qui Titus pro simplicitate sua credulus, iamque Nidæos existimans bellum poenitere, arietes quidem impulsione cessare iubet, ac sagittarios supplicibus prohibet, Caſtor autem quid vellit eloqui permittit. Cumq. ille respondisset, ad foedus velle descendere: Titus gratulaturus se ait, si omnes eadem sentire voluissent: paraðque animo fidem pacis etiam ciuitati daturū. Sed cum ex illis dogem Caſtoris so- ciis quinque itidem supplices esse simularent, ceteri nunquam se Romanis seruituros classem, dum mori liberis liceat. Denique illis super hoc ambigentibus, cessabat expugnatio. Caſtor aurem interea Simonem per internuncios admonebat, ut dum vacuum esset tempus, de rebus urgentibus consilium caperet: paulisper enim se illadere imperatori Romano. Sigulam audi-

*An. mundi 4034.  
A Christo anno 72.* hoe agens ad pacem hortari contradicentes sive  
cios videbatur: illi autem velut ex grā ferentes, in  
thoracis nudos fixere gladios: hisque percussis  
velut interfecti ceciderunt. Titus vero eiisque  
socij obstupuere tanta eorum pertinacia, cum ex  
inferiori loco quod factum erat, verē videre nō  
potuissent: mirabaturque simul audaciā, & cala-  
mitatem miserabantur. Interea Castorē ad natū  
quidam sagitta percutit. tumq. ille telum extra-  
cum imperatori ostendens, iniqua se perpetu  
querebatur. At Titus incusato qui hoc emiserat,  
stantem Iosephum mittit, ut Castori dexteram  
portrigeret. verum is neq; se iturum, nihil enim  
fanum supplices cogitare, respondit: & amicos  
qui voluerent ire prohibuit. Cum verē quidā ex  
perfugis Aeneas, iturum sese dixisset ad eum, in-  
uitante Castore, ut etiā secum in quo ferret ai-  
gentum aliquid susciperet: ad hanc ille studiōsē  
aperto sinu accurrit: alter verē super eū saxum  
demisit. Et ipsum quidem, quonia p̄rccanerat,  
ferrī nō potuit: sed aliud militem qui aderat,  
vulneravit. Cæsar vero fallaciā reputās, intel-

*Misericordia in bello* lexit & misericordiam in bello nocere, minusq;  
decipi calliditate sequitiam: arietisque impulsio-  
nibus, iracundia fraudis, vehementius vtebatur.

Castor autem eiisque socij turrim ictibus iara-  
cedentem incendunt: p̄tque flamas in eius-  
dem missi tuniculos, iterum magni animi opi-  
nionem apud Romanos habuere, tanquam se igni-  
bus tradi dissent. Capit b. autem hac parte murum  
Titus, die quinto postquam primū cepera: fuga-  
tisq; inde ludēis, intrō cum lectis mille transhit,  
quos circa se habebat, armatis: ubi noua ciuitas  
& lance vēditors erant, fabriq; æratij, vestiūm-  
que mercatus, & ad murū anguita viz transuer-  
se rendebat. Enimvero si vel statim muri distur-  
basset maximā partē, vel quæ ceperat lego bellū  
recesseret,

*b Titus se-  
cundum  
murm ca-  
pi.*

vastasset, nullum credo damnum viatojæ fuisse  
admixtum, nunc autem Iudeos exoratum i-  
tri sperans, cum licet capere facilem discessio-  
ni aditum non dilatauit. nec enim quibus con-  
sulebat, insidiaturos sibi putabat.

An. mundi  
4034. A.  
Christi natus  
72.

*De secundo muro bis obsecro à Romanis.*

C A P. X.

**D**Enique postquam ingressus est, neque occi-  
di quenquam permisit eorum qui compre-  
hendebantur, neque domus incendi: sed tam se-  
ditiolis, si pugnare vellent, sine populi detrimé-  
to copiæ dabant, quām ipsi populo fortunas pro-  
prias se redditum pollicebatur. Plurimi nám-  
que petebant sibi ciuitatem seruari, templum  
verò ciuitati. At enim populum quidem ad ea  
quæ hortabatur & antea paratum habebat, bel-  
licosi & autem pro inertia ducebant humanitas a Bellis offi-  
tem: Titumque imbelli animo, quod ceteram Tiri huma-  
ciuitatē tenere non posset, has proponere con- mitarem pre-  
ditiones putabant, mortem autem populo denun-  
ciantes, & si verbū quisquā de traditione feci-  
set, pacemve nominasset, mox interficiendum  
eum esse minitantes, Romanis qui introire, a-  
lij per viarum angustias oblitabant, alij ex adi-  
bus: alij raucum peti superiores portas egressi,  
pugnare cœperunt, quibus rebus perturbati cu-  
stodes, de muro sese demiserunt, relictisque tur-  
ribus in castra cesserunt, clamor autem audie-  
batur militum intra ciuitatem, quod ab hosti-  
bus cingerentur: foris autem degentium clavis  
contubernialibus metuentium. crescente autem  
numero Iudeorum, & propter locoru peritiā: b Roma  
viarūmq; scientiam proualentem, multi Roma ab Iudeis  
nerū trucidabantur, & b ab incumbentibus pel- urbe galli  
lebantur, cūq; magis necessitate refugerent, nec int.

*Anno mundi* enim multis simul fugiendi copia per angustias  
4034. *A* muri patebat: omnēsq. penē qui transierant, per-  
mato Christo empti fuissent, nisi Titus eis opem tulisset. Dis-

72.

positis enim per summa viatū sagittarioris, & vbi  
plus erat multitodinis astans, missilibus hostes  
abigebat: & cum eo Domitius Sabinus, vir bo-  
nus etiam in illo prælio comprobatus, duravit  
que tam diu, sagittis eos prohibens irruere, do-  
nec omnes milites recessere. Romani quidem

*a Iudeis spissi  
murus erofēns*

ita secundo muro potiti, ad extremū pulsā suot.  
*Oppidanis* verē qui pugnacēs erāt spiritus cre-  
uit: & secundis rebus amentes erāt, neq; Roma-  
nos ausuros esse ad ciuitatem accedere, suspicā-  
tes, neque vinci se posse, si ad prælium processis-  
set. nā quia iniqui etant, officiebat eorū senten-  
tiis Deus: & neq; Romanorū vim, multo maio-  
rem illa quæ pulsā fuerat, superesse cernebant:

neq; famem, iam iamque serpentem. adhuc en-  
im malis publicis alebantur, & sanguinem ci-  
vitatis bibebant. boni autē iamdudum inopia  
laborabant, & penuria victus iam multi defece-  
runt: populi tamen interitum, seditionis pro leua-  
mine sui ducebant: & solos eos qui pacem non  
probarent, saluos esse cupiebant, qui que viuere  
contra Romanos optarent contraria verò mul-  
titudinem, velut onus quoddam, consuini gratula-  
bantur. & ita quidem circa suos affecti erant.

Romanos autem, quoddam ciuitatem iterum ingre-  
di conabantur, armati prohibuerunt, disiectis  
muri partibus obiectu corporum præmunitis:  
ac per triduum sustinuere fortiter dimicantes.  
Quarto autem die Titum vehementius aggres-  
sum nequaquam ferre potuerunt: sed vi coacti,

*in Tigris se-  
paratum muro* muro potitus, totam eius septentrionalem  
partem statim depositus: in meridiana verò per-  
tentes praefidia collecauit.

De aggeribus in terrum murum, & oratione  
prefixa Iosephi pro ditione facien-  
da, & fame obferrata.

A. mundi  
4034. A  
nno Christi

72.

## C A P. X L

**T**amque tertium murani Titus aggredi cogita-  
bat. Videbatur autem brevissimi temporis e-  
ius obsidio: spaciumque consilij seditionis esse  
dandum, si quid disturbance secundi muri aut  
famis metu remitterent: nec enim dilutius eis  
prædas posse sufficere: & ipse ocio commodè  
vtebarur. Näm cum dies advenisset, que mili- a Titum ex-  
tibus oportebat alimenta distribui, in cōspicuo, pugnatione  
hostibus loco ductis, iussit duces ordinato exer- omissa pecu-  
nitate pecuniam singulis numerare. Illi autem niam singu-  
prolati armis ex inuolucris muniti procedunt, in numerar-  
equitibus ornatos equos ducentibus: locaq. sub- re inbor,  
urbana per multum spaciū auto argentoque  
lucebant. Illo autem spectaculo nihil aut iucū-  
dius suis, aut horribilis hostibus videbatur. spe  
etantibus enim & vetera plena erant moenia, &  
Septētrionalis regio. quin & domos refertas in-  
tuentibus certneres, nullaque cinitatis partem  
quam non infusa multitudo regebat. metus au-  
tem quamuis audacissimos ceperat, omnem si-  
mul exercitum armorumque pulchritudinem  
confpicentes, & ordinationem virorum. Et fort-  
asse ad illam specie seditionis animos mutauis-  
sent, nisi maiorum immanitate, que in popu-  
lum commiserant, dandam sibi veniam à Ro-  
manis desperassent: imminentे autem, si desti- b Fatum illi-  
tissent, morte supplicij, bello mori præstabilis nocentes, cu-  
esse ducebant. præualebat b etiam fatum quod nocentes  
innocentes cum nocentibus, & ciuitatem cum & ciuitati  
seditionis perire decreverat. Quattriduo per sia- cum sedicio-  
gulas legiones alimenta consecuti sunt. Quinto sis perire de-  
ciuit die, cum omnia faciens Titus, nihil creverat.

*Anno mundi 4034.* **Iudæos** pacatum cogitare sensisset, bifariam diuisio exercitu, Antonianus versus ad foeda monumenum aggeres inchoauit: ista parte superiori ciuitatem capti illi cogitans, & per Antoniam templum. namque hoc nisi cepisset, ne oppidum quidem tutum erat obtinere. In utraque autem parte duo aggeres erigebantur, à singulis legionibus singuli. Et à iuxta monumētum qui operantes à deo operates, à Iudeis & Simonis sociis infestantibus prohibebantur: ad Antoniam verò ab Iudeis sociis cum multitudine Zelotarum, nō solùm quia de superiori loco pugnabant, verum etiam quia machinis iam uti didicerant. paulatim enim usus quotidianus aluit periculum. Rebabant autem balistas trecentas, & quadraginta tormeta saxonum, quibus difficiliorens agerunt extructiōne Romanis efficiebant. Titus autem sibi saluam fore fortunam sciens, & peritam esse ciuitatē, unde & obfationi vehementer instabat: nec paenititudinem Iudeis suadere cessabat. consiliūmq; factis admiscens, & orationem sèpè armis efficaciorē cognoscens, tam ipsos ut saluati vellēt rogabar, tradita sibi ciuitate, quæ iam capta videtur, quam & Iosephū allegabat, patria lingua verba facta uox, sperans eos hominis gētilis monitu aliquid remissuros.

**Iosephi ad Iudeos ora-** Itaque Iosephus munum circumviens, similiisque extra teli iactum stans, unde exaudiri facilius posset, multis orabat, ut sibi ac populo parcerent. templo ac patria, nére contra hæc fierent alienigenis duriores. Romanos enim sancta revererit, cum quibus nulla sibi societas esset, manusque suas ad hoc usque cohibere. ipsos verò in his edocetos, cum seruare possent, sponte ad eorum interitum ruere. quin potius viderent muros concidi siue firmiores, excisis verò armis superesse & Romanorūque vires cognoscere.

cognoscerent sustinere non posse. hisq; seruire <sup>de m. mundi</sup>  
 non esse nouum, neq; inexpertum Iudæis. Nam 4034.  
 licet pulchrū sit pro libertate pugnare, tamen id <sup>ad Christo</sup>  
 in principio decere fieri. semel autem subditū, <sup>nato 72.</sup>  
 qui multo tempore paruissest imperium, iugum  
 excutientem, malz mortis cupidum, non liber-  
 tatis amatorem videri. Debere autem dedigna-  
 ri dominos humiliores, non quorum in potesta-  
 te sunt omnia. Nam quid Romanos effugisse, ni-  
 si quod propter æstus aut frigora esset inutile?  
 immo <sup>a</sup> verò transisse ad eos undique fortunam, 2 Fortunæ  
& Dom. cō  
Romanis.  
 Deumque per singulas nationes ducentem im-  
 perium, nunc esse in Italia. Hac autem validis-  
 simam legem, tam feris bestiis quam homini-  
 bus esse præfinitam, potentioribus cedere: a-  
 pud ebsque esse vietoriam, apud quos robur  
 fuerit armorum. Idcirco etiam maiores eorum  
 quanquam multum & animis & corporibus &  
 aliis subsidiis meliores cessisse Romanis: quos  
 nisi Deum scissent illis fauere, nunquam perpe-  
 si fuissent. ipsos verò qua tunc fretos resistere,  
 cum ex magna parte capta sit ciuitas: ciues au-  
 tem etiam si mutos integros haberent, exercicio  
 patiter affecti sint. Nec <sup>b</sup> enim latere Romanos <sup>b</sup> Fato,  
 quæ famæ reueat ciuitatem: & modo quidem <sup>c</sup> ciuitatem  
 consumi populum, continuò verò etiam bella <sup>sens.</sup>  
 totes interieritos: nam eti Romani desierint, &  
 ab obsidione, cessauerint, neque ciuitatem stai-  
 gis gladiis irruerint, Iudæis tamen inexpugna-  
 bile bellum intus assidere, quod horis angulis  
 aleretur: nisi forte contra famem quoque arma  
 saperent, ac dimicarent, solique possent etiam  
 infortunium superare. His addebat, optimum  
 esse ante intolerabilem calamitatem mutare  
 sententiam: dumque liceret, salutare consilium  
 sequi. Nec tria antea gestorū causa succensere

An. mundi Romanos, nisi ad finem usque insolentes essent  
 1 4034. natura eos esse in imperio mansuetos, atque ira-  
 A Christo cundus preferre quod utile est. Utile autem pu-  
 anno 72. tate, neque civitatem vacuam viris, neque deser-  
     tam habere provinciam: idcirco velle impera-  
     torem cum his dexteram iungere: nec enim cui  
     quam salutem daturum si vi ceperit civitatem,  
     presentim qui nec in extremis ei cladibus roga-  
     a Imperatoris paruerint. Breui autem murum quoque tertium  
     eum Iudeis captum iri, priores qui capti sunt, fidem facere.  
     dexteram & quamuis perrumpi tutamina non possint, fa-  
     iungere enim pro Romanis pugnaturam. His monitionem  
 Romani autem quamvis plurimum in aggredanda materia laborarent, tamen intra viginti & vnum dies aggeres erexerunt, attonsis omnibus ad nonaginta usque stadia circa oppidum lucis. Erat c autem miserabilis terræ facies. c Indea de- nam que antea arboribus & paradisi ornata fera & dev- fuerat, ea tunc deserta præcilius vadique arbo- selata;

# FLAVI JOSEPHI

*An. mundi* tibus cernebatur: nec ullus qui pridem Iudeam  
 4034. viderat alienigena & suburbana pulcherrima  
*A Christo* ciuitatis, cum eius solitudinē tunc videret, cō-  
 mato 72. tinere lachrymas poterat, vel non gemere mu-  
 tationem quantum priſtinis derogasset. Omnia  
 nanque insignia pulchritudinis, bellum deleue-  
 rat: nec si quis subito aduerſiſſet, qui locum  
 prius scierat, eum cognosceret, sed præſens

*a Romanorū* quæret ciuitatem. Romanis autem ac Iudeis,  
 & Iudaorū finitum opus aggerum, par faciebat timoris ini-  
 par timor. tium. nānque hi, niſi eos quoque exurerent, ca-  
 ptum' iri ciuitatem putabant: Romani autem,  
 fortasse nec voluntatem sibi fore illis incensis  
 alios parate. nam & materiæ defecerant: & la-  
 bori quidem corpora militum, crebris verò of-  
 fensionibus animi cesserant. Verū ciuitatis cla-  
 dibus tristius Romani quām ciues in ea degen-  
 tes afficiebantur. ad mala enim quæ hinc acci-  
 debant, etiam propugnatoribus nihil segniori-  
 bus vtebantur. Sed b̄eorum spes frangebatur, cū

*b Romani* aggeres insidiis, machinæ soliditate muri, ma-  
*Iudaorum* manus verò conflictus audacia repugnantium su-  
*audaciam* peraretur: & præcipue, quod cum seditione fa-  
*verentur.* mēq; ac bello totque malis præstantiores Iu-  
 dæorum animos inueniret, virorum quidem in-  
 expugnabiles esse impetus arbitrabantur, inui-  
 etiam verò animorum magnitudinem, quæ ca-  
 lamitatibus aleretur. nam quis eos in rebus se-  
 cundis sustineat, qui malis ad virtutem incita-  
 rentur? Illi quidem propterea cautius custodias  
 præparabant. Ioannis autem factio apud Ante-

*c Iudei* cū niam, simul & quæ futura timebantur, si disi-  
 facib⁹ ag- retur murus cauebat, & antequā arietes admo-  
 gerem aggre- uerentur operibus instabat: niſi quia conatus  
 diuinitur, ſpe eorum itritus fieret. Aggressi enim cum faci-  
 decepti re- bus aggerem, ſpe decepti remeauere. Nam pri-  
 mū ac cōcordare quidem eorum videbatur cō-  
 filium

silium, paulatim & per interualla & contanter,  
 non sine metu proflientium, neque Iudeo-  
 rum more, ut breviter dicam. deerant<sup>a</sup> enim  
 quæ propria gentis essent audacia, cursus, & om-  
 nium simul impetus: & ut non sine offensione  
 recederent. Languidores vero progressi quam  
 solebant, etiam Romanos solito promptiores  
 offendere: qui corporibus quidem atque at-  
 mis ita vnde aggeres se psereret, ut nusquam i-  
 gni aditum relinquerent, animum vero ita con-  
 firmauerunt, ne quis loco antequam occum-  
 beret moueretur. nam præter omnium re-  
 rum desperationem si etiam illud opus esset  
 exustum, acerbissimus pudor milites occupau-  
 erat, si aut calliditati virtus cederet, aut armate  
 meritati, aut peritia multitudini, aut Iudeis Ro-  
 mani. Simul autem missilia pro illis faicebant  
 in profientes delata: & qui cecidisset, poste-  
 riores impediebat, ac periculum antecedentis  
 molliores eos efficiebat. Qui vero intra teli ia-  
 gum venire properassent, alij disciplina ho-  
 stium & densitate petrificati, alij confixi hastis  
 retrocedebant: & b ad extreum aliis alium b Iudeis se-  
 timiditatis arguens, re infecta reuertebantur. pos simidi-  
 Calend. c autem Iulij tentata fuerat expugnatio. rati arguē-  
 Iudeis autem inde digressis, Romani machinas res, re infe-  
 admouere: quamuis ab Antonia faxis atq; igni &c reu-  
 ferrōque peterentur, & quodcunque hostibus cunctur.  
 telum necessitas attulisset. nam licet multum c Oppugna-  
 mœnibus Iudei considerent, machinæsq; con- rato Hisroso-  
 temnerent, tamen eas applicare prohibebant lyma Calœd.  
 Romanos. Ihi autem Iudeis studium esse rati, Iulij.  
 ne murorum infirmitate Antonia læderetur, &  
 fragilibus eam fundamentis suspicantes, contra  
 certabant. Nec tamen quod feriebatur, ictibus  
 obediebat: sed ipsi quidem crebris in se missili-  
 bus iactis, cū nullis periculis desuper venientib.

An. mundi  
 4034.  
 A Christo  
 1410 72.  
 a Audacia  
 & impetus  
 Iudeorum  
 decrevit.

*Ann. mundi 4034.  
A Christo  
mense 72.*

lassarentur, arietum opus vrgebant. cùm verò inferiores essent, ac lapidibus frangerentur, alijs scutis super corpora concameratis, fundamenta manib; & vectibus suffodiebant. Itaque saxis quatuor obstinato labore concussis quietem vtrisque nox attulit. & in ea murus arietibus labefactatus, ex qua parte prioribus Ioannes ageribus insidiando murum suffoderat, subside nte cuniculo repente labitur. Verùm præter spem vtrorumq; animi affecti sunt. Nam ludi qui quibus mœrorem esse oportebat, quod ruina præter spem acciderat, & aduersum eam præcauti non fuerant, tanquam maneret Antonia

*a Murum quiescebat, ut ad ascensum ad ascendere auctoritas.*

confidebant. Romanorum autem inopinatam iactitiam ex celeri subuersione natam, conspexerat, neque ficauerat, citò restinxit. Veruntamen priore facilior oppugnatio videbatur. Tunc enim & ascensum per ruinas promptiore, & Antonia esse infirmiorem murum qui recens erat, citoque destrui posset arbitrabantur. Nemo tamen eum audebat ascendere: quod ei qui primus id tentauisset, certissimum esset exitium. Titus verò spe atque oratione putans, alacritatem pugnantium excitari, & adhortatione atque promissis spe quidem periculorum nasci obliuia, interdum autem mortem solere contemni, in vnum congregatos fortissimos experiebatur, dicens:

*b Tuis ad fortissimos, oratio & ad hortatio.*

Commilitones <sup>b</sup> hortari quidem ad ea quæ periculum non afferunt, aperte & ipsis qui rogan- tur, & qui eos rogant, ignauiz reprehensionem parit. exhortatione autem opus est in solis rebus ambiguis: quippe illa per se quenque gera- te digna est. Itaque difficilem vobis in mu- rum esse ascensum ipse profiteor: quod autem vel maximè oporteat gloriz cupidos pugna- se cum difficilimis rebus pulchritumque sit cum laude

laude mori, nec erit infructuosum, si qui primi fortiter fecerint, prosequor. Primum quidē vos illud hortetur, quod nonnullos fortasse deterreat, Iudeorum & patiens animus, &c in aduersis rebus dura constantia. Romanos enim eosque milites, quibus in pace bella discere, in bello autem vincere consuetum est, à Iudeis manu vel animo superati turpissimū est: idq; in fine victoriz, cum etiam Dei nitamur auxilio. namq; offensiones nostræ, Iudaicæ desperationes sunt. Illorum autem clades, fauore Dei vestrīsq; virtutibus crescūt. Etenim seditio, fames, obſidio, murorūmq; sine machinis casus, quid b sit a b Ira Dei in Iud quām in alios ira Dei, nostrūmq; adiumentum. Igitur non solum deterioribus inferiores minorum & videri, sed etiam diuinum præſidiū prodere, adiumentū, vobis non conuenit. Quo pacto autem non turpe videatur, Iudeos quidem quibus non magni pudoris est vinci, qui seruire didicerint, quo mihi rursus componus in posterum id patientur, mortem contemnere atque in nos medios frequenter excurrere, nō victoriz spe, sed ostentationis gratia: nos autem totius penè terræ marisque victores, quibus etiam non vincere probro habetur, ociosos sedētes, ne semel quidem in hostes aliquid audaciter expertos, famem ac fortunam cum his armis operiri & maximè cum paruo discrimine totum possitis efficere. Denique in Antoniam si ascenderimus, habebimus ciuitatem. Nam & si pugnandum sit aduersum intus positos, quod non arbitror, attamen capiti ac respirationi hostium insedere victoriam nobis plenissimam repromittit. Evidem prætermissa nunc eorum laude, qui in bello cecidere, & immortalitate, qui Martio furore prostrati sunt, ex morbo pacis tempore mortem aliter sentientibus imp̄ecor, quorum anima cum corpore sepultura

An. mundi 4034. A  
 Christo natu  
 72.  
 a Indeorsum  
 patiens ani  
 mus, & in  
 aduersis re  
 bus dura co  
 bania.

**An. mundi** damnatur. Quis<sup>a</sup> enim virorum fortium no-  
4034. **A** scit, quod animas in acie ferro corporibus abso-  
**nato Christo** lutas, purissimum elementum æther hospitio-

**72.** receptas inter sidera collocat: manesque se bo-  
**a Titus poe-** nos ac propitos heroas, videndos offerunt po-  
**tico more de** stetis suis? Quas verò morbus corporis tabesq;  
**furna vita** consumperit, & si maximè probris ac piaculis  
**sequitur.**

purgata sint, subterraneæ tenebrae operiunt, al-  
taque obliuio suscipit, corporis simul & vitæ ac  
memoriae fine circumscriptas. Quod si necessa-  
riò mors homini decreta est, ad hoc autem omni  
morbo leuius est, ferri ministerium, cui non vi-  
deatur ignavum negare usui, quod debito red-  
diturus sit. Et hæc quidem veluti seruari nequeat,  
vel qui conati fuerint prosecutus sum. est autem  
salutis spes in maximis quoque periculis, qui vi-  
rilem animum gerunt. Primum enim quod de-  
cidit patet incessui: deinde totum quod ædifi-  
catum est, facilimè dissolui potest. Vosque plu-  
res hoc opus aggredientes, alius alij pro adhor-  
tatione fietis atque subsidio: vestrag; obstinatio  
breui animos hostiū franget: ac fortasse nobis,  
si eam tantum cœperimus, incura res efficie-  
tur. Etenim ascendentes quidem nos prohibe-  
re scilicet conabuntur. si vero clam, vel etiam  
per vim aliquid egerimus semel, quamuis pau-  
cos non sustinebunt. Meautem profecto pu-  
deat, nisi qui primus hoc fecerit, inuidendū re-  
munerationibus fecero: & qui vixerit quidem  
nunc æqualibus præsit: beatissima vero præmia-

**b Fortium**  
**virorum re-**  
**muneratio.**

**c Sabinus,** sequantur occisos. Talia dicentem Tito, cætera:  
**vir corporis** quidem multitudo petriculi magnitudinem ti-  
babim parvuit: eorum vero unus, qui in cohortibus mili-  
num, sed ma-tatet. **Sabinus** nomine, genere Syrus, vir & ma-  
nu simul & animo fortis apparuit: licet si quis  
animo for- eum ante vidisset, quantum ex habitu corporis,  
tus. ne specie quidem militem esse credidisset, erat  
/ equum.

enim colore nigro, exilis habitudine: sed anima quædā heroica in macro corpore, atq; angustiore vi. ibus suis habitabat. Cum primus itaq; surrexisset: dedo me, inquit, tibi alaci animo <sup>naso</sup> 72. Cæsar, & ante omnes in murum ascendo: atque opto quidem, ut vites ac voluntatem meam se- quatur fortuna tua. quod si coepto casus invide- rit, scito me non præter spē, quod res aliter cel- ferit, sed quod sic decreuerim, pro te moritutū.

His<sup>a</sup> dictis, & scutum laua manu capiti præten- a Sabinus  
dens, stri&ōq; dextera gladio, circa horam diei cum unde-  
sextam murum petebat. sequebantur autem ex cim viri  
aliis, qui soli eius virtutis æmuli esse cupiebant murum po-  
vndecim viri. Multo autem omnes antecede- <sup>tit.</sup>

bat diuino quodā impetu excitatus, cum de mu-  
ro custodes iaculis & sagittis yndique infinitis  
appeterent, atq; ingentia saxa deuolucent, que  
non nullos de vndecim deiecerant. Sabinus au-  
tem missilibus occurrens, licet obrueretur sa-  
gittis, non tamen ante impetum cohibuit, quām  
summa muti prehenderet, hostesque in fugam  
verteret, viribus enim eius atque animi perti-  
nacia territi, plurēsq; ascendisse rati non stete-  
runt. Qua b in re fortunam quis, veluti virtuti, b Fortune  
bus inuidet, semp̄erque præclatis facinoribus vi.

officiat non incusauerit? Si quidem hic vir neq;  
ab incepto errauit, & offensione lapidis cū má-  
ximo crepitū pronus decidit. Vnde factum est,  
vt Iudæi reuersi, vbi solum & iacentem videre,  
ex omni eum parte iaculis peterent. Ille verò  
genibus nixus, & scuto protectus, primò quidē  
vlicebatur hostes, multōsq; ad se appropinquā-  
tes sauciauit: vulnerum autem multitudine re-  
misit dexteram: & ad extreñmum priusquā red-  
deret animam sagittis est obrutus, vir dignus c Sabinus.  
pro fortitudine qui meliori fortuna vteretur, cum viribus  
pro c mensura verò coopti facinoris cecidit, socijs peris;

FLAVII JOSEPHI

An. mundi 4034.  
A Christo 72.  
Cæteri autem tres penè iam summa tenentes,  
obtriti lapidibus perierunt, & octo fauciati de-  
tracti, & in castra relati sunt. Hæc quidem ter-  
tia die mensis Iulij gesta sunt.

*Romanis Antoniam invadunt, & à Iudeis  
repelluntur.*

C A P. I I.

**A**ntoniem nāque noctis hora per ruinas ad Antoniam  
**Romanis invadunt.** ociosè procedunt. occisis autem primis custodi-  
bus somno oppressis, murum obtunent, ac buccina  
signum dari præcipiunt: quo cæteri quidem  
vigiles subito exsuscitantur, & fugiunt priusquam  
multitudinem quæ murum ascenderat, cerne-  
rent. nam & timor illis, & tuba imaginem quā-  
dam, ut magnum hostium numerum ascendisse  
crederent, ostendit. Cæsar autem signo auditu,  
properè armat exercitum: & cum ducibus pri-  
mis lectorum caterua comitatus, ascendit. Cum  
autem Iudæi ad templum interius confugissent,  
ipſi quoque per cuniculum irruperunt, quem  
Ioannes aduersum Romanorum aggetes ape-  
ruerat. Dispositiq; amborum agminū seditioni,  
tam Ioannis quam Simonis, arcebant eos sum-  
ma vi atq; alacritate repugnandi. siquidem ex-  
cidij finem putabant, locū sanctum penetrasse  
Romanos, quod & his victoriz principiū fuit.

**b** Propriè Ad **b** ipsum autem adytum validissima pugna  
pli adytum committitur: his quidem templum vi occupare  
validissima certantibus, Iudæis vero Antoniam versus eos  
pugna com- repellentibus. Et sagittæ quidē ac hastæ utrisq;  
missilimur. inutiles erant, strictis autem ensibus diripicabat.  
Neque

Neque <sup>a</sup>conflictu discerni poterat, ex qua parte quisque pugnaret, permixtis viris & propter angustias permutatis, & cum vocis intellectu magnitudo confunderet, multaq. mors esset utriusque, armaque simul & cadauera iacentium conculta frangerent præliantes. Semper autem si a *Angustia* bellum fluens grauasset alteram partem, post ad pugnantiorum exhortatio & inferiorum conquestio dum perinascebatur. Neq. aut fugæ aut persecutioni loco commoda, eus est: sed propinquæ mutationes confligunt, & inclinationes permixtæ fiebat exercitus. Qui vero inter primos stetissent, aut occidendi aut moriendi necessitatem habebant, quod fugere non dabatur. nam & posteriores viresq. partis, suos in frontem vrgabant, nullumque inter dimicantes bello vacuum interuallum reliquerant. Cum autem Iudeorum animi Romanorum peritiam vincerent, iamque omnino tota acies pelleretur (a nona enim hora noctis ad Septimam usque diei pugnabant) hi quidem omnes simul excidij periculum pro nutrimento virtutis habebant, Romani vero exercitus parti (non dum enim ascenderant legiones, illisque spes pugnantium nitebatur) satis esse visum est in praesentia, Antoniam obtinere.

*De Iuliano Romano milite insigni fortitudine.*

## C A P. III.

Iulianus <sup>b</sup> vero quidam centurio ex Bithynia <sup>b</sup> Fortitude non ignobilis, quem in bello & armorum per insignia Iuli fortissimum ipse cognoui, ubi Romanos iam cedere & male repugnare conspexit (propter Titum autem apud Antoniam stabat) subito profiliit, iamque Iudeos vincentes solus ad interiorem usque templi angulum persecutus est. Fugiebat autem vniuersa multitudo, neque vim e-

An. mundo  
4034. Ad  
Christo nato  
72.

# FLAVII JOSEPHI

*An. mundi* ius neque audaciam hominis esse opinantes.  
 4034. *Christo nato* At ille per medios ruens, quos alios alio disiecet, ipsos quos occupasset interficiebat: eaque facie nihil Cæsari admitabilius, aut aliis horribilis visum est. Verum & ipsum profecto fata sequebantur, quæ ab homine vicari non possunt.

72.

*a Indianus* Calceos namque habens, creberrimis atq. acutis clavis, ut ceteri solent milites, fixos, dum a stradi strato saecus crustis solo curreret, labitur: magnèq. cum armorū sono deiectus, in tergum fugientes reduxit. Et Romanorū quidē clamor ex Antonia sublatus est, saluti eius metuentiū: Iudæi verò multis simul gladiis & hastis vndeque ferriebant. Ille autē multam quidem ferri vim scuto excipiebat: sèpè autem conatus erigere se, percutientiū multitudine revolutus est, & iacēstamen gladio multos perculit, nec enim citò peremptus est, quando galea & thorace omnia membra neci opportuna septus erat. namque

*b Mors Iu-* b diu ceruicem contraxerat, donec concisis aliis  
*lianii.* eius membris remisit vires, cum ei nemo aude-ret succurrere. Nimius autē dolor Cæsarem te-

nuit, ubi tantæ fortitudinis virum in conspectu tantæ multitudinis vidit occidi: & quod locus se quidem intercludebat auxiliū ferre cupiētem: alios autem, ne possent, metus impeditiebat. Iu-lianus igitur diu cum morte luctatus, cum non paucos interfectorum suorum saucios reliquis-set, aggrè peremptus est: magna sui gloria: non apud Romanos tantum & Cæsarem, verum apud hostes quoque relicta. Iudæi verò etiam mortui rapto corpore, Romanos in fugam versos in Antoniam conclusere. Fortiter autem in eo prælio decertauere, Alexas quidem & Gyp-thæus ex agmine Ioannis: ex parte verò Simonis, Maluchias, & Mertonis filius Iudas & So-  
 fæ filius Iacobus, dux Idumæorum: Zelotæ verò

*c Heros in  
 ter Indos.*

fratres

fratres duo filii Iairi Simon & Iudas.

A. mundi

4034. A

Christo nato

72.

*Iosephi oratio pro deditio[n]e Iudaorum &  
profugium seruum.*

C A P. I I I I.

**T**itus autem militibus suis imperat Antoniaz  
fundamenta disuere, facilèmque ascensum  
cuncto exercitui præparare. Ipse verò Iosepho  
ad se vocato (namque audierat eo die qui erat  
mensis Iulij 17. diuinam obseruantiam, quæ en-  
telechismos vocatur, viutorum penuria defuisse,  
cāque te populum nimis dolere) iterum Ioanni  
dici præcepit quæ ante mādauerat: quòd etiam  
si quis eum pugnandi sœus amor teneret, cum  
qua placeret ei multitudine, ad abellum progre-  
di liceret: dum modo non vñā secum & ciuitas  
interiret simul & templum: sanctum tamen lo-  
cum violare desineret, néue in Deum nefas ad-  
mitteret. Potestatē autē haberet si vellet, sacra  
intermissa celebrare per Iudaos quos ipse dele-  
gisset. Itaque Iosephus, ne soli Ioanni hæc inti-  
marētur, sed etiam pluribus, vnde exaudiri pos-  
set constitit, & mandata Cæsaris Hebreico ser-  
mone differuit. Multū autē eos quò patriæ par-  
cerent precabatur, ignémque depellerent iam  
templo contiguū. Deoque vota redderent con-  
sueta. His dictis populus tristitia simul & silen-  
tio tenebatur. Multis b autem conuiciis tyrānus b Iohannē  
Iosepho cum execrationib. lacerato, postremò in Iosephō  
addidit, nunquam sibi excidium esse metuendū cōmissia.  
quoniam Dei ciuitas esset. Atque cum exclama-  
tione: sanè verò, inquit Iosephus, eam puram  
Deo conseruasti, inuiolatāque sancta mansere:  
nec in eū cuius speras auxilium, quicquam im-  
pū deliquisti: sed solennia sacra consequitur. Et  
si quidē tibi quisquā quotidianū auferat cibū,  
impium cum hostem putabis, Deū verò, quem

a Titus Ios  
nem ad bel-  
lum progre-  
di subet, ne  
vñā secū &  
ciuitas inter-  
iret simul  
& templū.

*An. mundi* perpetua religione prouaueris, belli auxilia spe-  
*4034.* *A* ras futurum? Et Romanis peccata imputas? qui  
*Christo nato* nostras leges etiam nunc tuentur: & quæ ipse  
*72.* intercidisti sacra, Deo reddi compellunt. *Quis*  
*Iacobinus* non inopinatæ mutationis causam gemat, ac  
*voluntariam* defleat ciuitatem? cùm alieni quidem, hostesque  
*Babylonica* impietatem tuam corrigan: tu vero Iudeus, &  
*captivitatis* inter leges educatus illis quoque in hac sauvior  
*sustinet.* Atqui Iohannes etiam pœnitere ma-  
lorum, non est turpe in rebus extremis: bonum-  
que tibi exemplū patriam seruare cupienti pro-  
positum est, Iacobinus *Rex Iudeorum*: qui  
quondam Babylonii bellum sibi inferentibus,  
sponte ciuitate priusquam caperetur excessit, &  
cum cognatione sua voluntariam captiuitatem  
sustinuit, ne hæc sancta hostibus proderet, Dei-  
que domum videret exuri. Ob hæc sacra Iudeo-  
rum commemoratione laudatur: eumque me-  
moria transmissa per secula semper noua im-  
mortalem posteris tradit. Bonum Iohannes ex-  
emplar, & si periculum praestò sit, ego autem ve-  
niam quoque tibi à Romanis spondeo, dum me-  
mineris, quod gentilis moneam, & Iudeis ista  
promittam, spe & atque oporteat, quis sit autor,  
& unde consilium. Absit enim unquam me ita  
captiuum viuere, ut genus aut leges patrias ob-

*b Fato, Dei* liuiscar. Rursum indignaris & clamas, mihi que sententia sentem. maledicis. Etiam *b* acerbiora mereor, qui hæc  
*cira urbem* aduersus fata suadeo, Deique sententia condé-  
*inseruimus.* natos seruare contendeo. Quis ignorat scripta  
veterum prophetarum, & responsum impen-  
dens misericordiæ ciuitati? iam tunc enim eius  
excidium prædixere, cùm quis homicidium gé-  
tile crepisset, Vestrorum autem cadaverum non  
ciuitas cantum: sed etiam templum omne reple-  
tum est. Deus planè, Deus ipse cum Romanis  
ignorat sibi Iustitiae infert, torque scelerum  
plenaam

plenam exurit ciuitatem. Hæc a Iosepho cū fletu  
 & lachrymis prosequente, vox eius singultibus An. mundi  
4034. A  
Christiana  
72.  
 interrupta est. Et Romani quidem miserati do-  
 lorem admirati sunt. Ioannes autem eiusq. so-  
 ej magis contra Romanos irritabantur, illum  
 quoque capere cupientes. Nobilium tamen a Iosephis  
 plurimos commouit eius oratio. Et nonnulli vox singul-  
 quidem seditionis formidantes, <sup>tibis inter-</sup>  
 locis suis manebant, iamdudum certi de suo pa-  
 riter & ciuitatis exitio. Fuerunt b autem, qui ca-  
 b Iudeorum nobilium  
 pro discessionis tempore, ad Romanos confuge-  
 re: in quibus erant Pontifices Iosephus & Iesus. plurimi ad  
 Filij verò Pontificum, tres quidem Ismaelis, Romanos sō  
 cui apud Cyrenen fuerat captum abscissum. & fugiens.  
 Matthiæ quatuor: alterius verò Matthiæ unus,  
 qui post interitam patris aufugerat, quem Si-  
 mon Giorz cū tribus filiis, vt supra dictum est,  
 interemit. Multi e autem nobiles cum Pontifi-  
 cibus defecere, eosque imperator cùm per alia c Cesari in  
 humanè suscepit, tum sciens in alienigenis mo- transfugas  
 ribus illis versari molestum esse, in Gophnam humanas.  
 dimisit, vt id manerent interim, multas etiam  
 pollicitas possessiones cuique peracto bello se  
 redditurum. Ali quidem in destinatum munici-  
 pium læti cum omni cautione discedunt. His  
 autem in ciuitate non visis rumor seditionis i-  
 terum diffamatus est, quod Romani transfugas  
 occidissent, vt hoc metu videlicet à fuga re-  
 liquos deterrerent. Et paulisper quidem hæc  
 calliditas eorum, sicut antea valuit, tumor au-  
 tem profugere cupientes inhibuit. Rursus au-  
 tem postquam eos Titus revocatos à Gophna  
 cum Iosepho murum circumire, & populo con-  
 spici iussit, multi ad Romanos fugiebant. In d v.  
 num verò congregati, & ante Romanos stantes,  
 cū lachrymis atque ululatu seditionisq; rogarant  
 primum quidem ut in ciuitatem Romanos su-

d Transfu-  
 ga cum la-  
 chrymis &  
 ululatu se-  
 ditionis. In-  
 daps regas.

An. mundi sciperent, patriamque seruarent. si hoc dispiceret, saltem de fano exirent, templumque sibi liberaret. Nec enim ausuros sine maxima necessitate Romanos ignem sanctis immittere. His illi magis aduersabantur, multaque in transfugas vociferati conuicii, supra factas portas jacula & balistas & saxorum disposuere tormenta, ut omne quidem circum fanum spaciū multitudine a Templum mortuorum sepulcro, templum vero ipsum castello simi. stello simile videretur. In loca vero sancta & inaccessa, cum armis adhuc & manibus gentili ex parte calentibus infiliabant: & ad hanc processere legis iniuriam, ut quam Iudeos indignationem oporteret exercere, si haec Romani admitterent: ea tunc in Iudeos propria sacra temerantes, vententur Romani milites. Nemo sancte fuit eorum, qui non cum honore templum aspiceret, atque adoraret: satronesque optaret, antequam immedicabile malum contingere, potuisse. Tantu autem dolens vicem eorum, iterum Ioannem eiusque socios increpabat, dicens: Nonne vos, & sceleratissimi, cancello sanctu locu proximis, eiusque existis? Nonne literis Gracis ac nostris incisae tabulas constituitis, quibus ne septa cuiquam transgredi liceret edicitur? Nonne eos qui transiissent, quamvis Romanus quis esset, vobis necare permisimus? Quid igitur in eo etiam mortuos conculcastis, & noxentissimi? Aut cur templum & externi & gentilis sanguinis confusione polluistis? Testor ego patios Deos, & si quis unquam hunc locum ante aspergit, (nunc enim neminem credo) itemque testor & exercitum meum & Iudeos qui apud me sunt, & vos ipsos, quod non ego vos violare haec compellam: quin & si locum aries vestra mutauerit, neque accederet ad sancta quispiam Romanorum, neque quicquam in eorum contumeliam faciet, serua-

seruabo<sup>2</sup> autem vobis etiam templum nolen.<sup>An. mundi</sup>  
tibus.

4034.

*A Christo  
nato 72.*

*De iterata pugna exercitu aggeribus, &  
excursionibus Indorum.*

## C A P. V.

**H**ec Iosepho internunciāte principis dicta, latrones ac tyranni existimantes nō bene-  
ublentia, sed timiditate hos sermones fieri, in superbiā tollebantur. Titus autem, qui neque seipso miserari eos, neque templo parcere prospiciebat, rursus bellum gerere decreuit inuitus. Sed vniuersum quidem his militem, quod locus eum non caperet, infere non poterat. Tricenis bautem de singulis centuriis viris fortissimis le-  
&is. etiā chiliarchis singulis millenos attribuit: hisq; duce præposito Cereali hora noctis nona iubet in custodias impetu fieri. Cū autem ipse quoq; in armis esset, vñaq; descendere statuis-  
set, amici cū propter periculi magnitudinē du-  
cūmq; dicta continuerunt. plus enim operis eū in Antonia præsidentē militū certamini facturū esse dixerunt, quām si periculū subislet: omnes enim fore sub oculis imperatoris optimos bel-  
atores. His dictis paruit. Deinde ob hoc solum se manere locutus ad milites, vt de eorū virtute iudicaret: ne aut fortis quisquam indonatus abiret, aut cōtra impunitus ignauus latetet, sed omniū spectator ac testis fieret ipse: qui & vici-  
scendi & remunerādi esset dominus; illos quidē ad aciem hora qua supra memoratū est, dimisit. Progressus autem ad speculā in Antonia quid fieret expectabat. Verū hi qui missi fuerant, non ita, vt sperabant, somno oppressos inuenere custodes: sed coortis cum clamore confessim gressu, quid manus conseruere, excubitorum autem tumul- fides, expe-  
tu exciti cæteri ceteruatim excurrere. Itaque

An. mundi primorum quidem impetum excipiebat Ro-  
 mani : qui autem illos sequerentur, in agmen  
 proprium incidebant, multisque suorum vel-  
 ut hostibus vtebantur. Vocis namque agnitio-  
 nem confusus partium clamor, oculorum au-  
 tem singulis nox ademerat: cum praeterea quos-  
 dam furor excos, alios iracundia, alios timor ef-  
 ficeret: idcirco obuium quenque sine discre-  
 tione feriebant. Romanis quidem scutorum  
 coniunctione septis, & per globos profluentia-  
 bus, ignorantia minus nocebat: signi enim sui  
 quisque meminerat. Iudazi vero disiecti tam im-  
 perius quam recessus temere facientes, saepe ima-  
 ginem inter se hostium aliis alij demonstrabat:  
 cum reuertentem suum quisque per tenebras  
 quasi Romanum aggredientem exciperet. De-  
 nique plures a suis quam ab hostibus sauciati  
 sunt, donec orto die, visu iam pugna discernere-  
 tur: & in acie stantes ordine, sagittis atque telis  
 vterentur. Neutri vero cedebant, neque labore  
 fatigabantur. Sed Romani quidem & sigillatim,  
 & multi simul in conspectu imperatoris de vir-  
 tute certabant, illamque diem sibi quisque pro-  
 motionis initium fore putabat, si fortiter dimi-  
 casset. Iudazis autem & proprium cuiusque pe-  
 siculum, & quod templo metuerent, ministra-  
 bat audaciam, quod tyrannus hos rogaret, alios  
 verberaret, & ad pugnandum interminationi-  
 bus incitaret. Continuus autem plerunque pu-  
 gnatum est, sed citò & brevi momento pralia  
 mutabantur. neutra enim pars prolixum fugas  
 spatium vel persecutionis habebat. Pro suo.  
 rum autem euentu ex Antonia tumultus erat,  
 & confidere superantibus, & stare si fugerent,  
 acclamantium, eratque velut in quoddam bellis  
 theaerum, nec enim vel Titum ad alios, qui una  
 erant quicquam eorum que in pugna gere-  
 bantur

a Ciro & bre-  
 ui momento  
 pralia mu-  
 tanter.

bantur latebat. Postremò nona hora noctis cœpto prælio, quinta diei dissoluti sunt, cum neutri eo loco unde pugnam iniere certa fuga cœsissent, verum a medium in ancipiiti prælio victoriæ reliquissent. Romanorum quidam pluri-  
mi nobiliter decœtrauerunt. Iudæorū verò par-  
tis quidem Simonis, Judas Mertonis filius, & Si-  
mon Iosiae: Idumzaij. Iacobus, & Simon, hic Ca-  
thizæ filius. Iacobus autem Sosæ: de Ioannis au-  
tem sociis Gyphtæzus & Alexas: & de Zelotis,  
Simon filius Iairi. At Romanorum reliqua ma-  
nus, die septimo subuersis Antoniæ fundamen-  
tis, latam viam usq. ad tēplum fecit. admotæq.<sup>b</sup> b Aggeres  
muro legiones mox aggeres inchoabant: vnum <sup>quatuor d</sup> contra interioris templi angulum, qui ad sep-  
tentriōnem. orientemque spectabat: alterum <sup>regione tem</sup> pli sustruttis  
contra exedram, ad aquilonis partem inter duas  
portas ædificatam aliorum duorum vnum con-  
tra porticum occidentalem templi exterioris.  
alterum contra septentriōnalem. Magno tamen  
opus cum labore ac miseriis proficiebat, cum  
materias à centesimo usque stadio deportarent.  
interdum autem insidis lædebantur, cum ipsi  
Iquidem vincendi facultate minimè cauerent.  
Iudæis verò propter desperationem salutis au-  
daciōribus uterentur. Nonnulli enim equitum,  
quoties ad ligna siue foenum colligendum exis-  
sent. interea dum id facerent, equos suos frenis  
exutos pasci sinebant: quos c Iudæi per cuneos c Romano:  
erumpentes rapiebant. Itaq. cù id crebrò fieret rū equor Iu.  
Cæsar existimans, quod erat verū, negligētia suo dai rapinæ:  
rum magis quam Iudæorum virtute rapinas cō-  
tingere, tristī animaduersione ceteros ad equo-  
rum custodiā reuocare statuit: vñbq. milite qui  
equum perdidérat morte damnato, eo metu e-  
quos suos ceteris cōteruavit. Nunquā enim eos  
post hac in pascua dimittebant, sed tanquā nō

*An. mundi*

4034.

*A Christo*  
*natus 73.**a Media vi  
gloria in an-  
cipiiti prælio  
reliqua.**b Aggeres  
quatuor d  
regione tem  
pli sustruttis**c Romano:  
rū equor Iu.**dai rapinæ:*

**Anno mūdi:**

4034.

**A Christo:**

72.

**a Iudeorum****& Romanorum****rum ad mon-****sem Eleon****pugna.****b Pedanius**  
**vir foris &**  
**eques peri-**  
**bus.****c Captiuus**  
**Supplicio af-**  
**fessus.**

tura his connexi ad necessitatem egrediebantur. Illi quidem templū oppugnabant, aggerēsque erigebant. Altera<sup>a</sup> verò die post, eorū ascensum, multi seditionis, quos rapinæ defecerant & famæ vrgebat, congregati in præsidia Romanorum, quæ Eleon montem versus collata erant, circa undecimam diei horam impetum faciunt, sperabant enim primo quidem iuropinatos, deinde curandi corporis causa quiescentes, facile decipi posse. Verùm cognito illorum conatu Romani de propriis custodiis celeriter collecti obstabant eis, murum transcendere ac per rumpere violenter ambitum conatis. Cōfstatō autem vehementi prælio, & alia multa ab utraq; parte fortiter gesta sunt: cùm Romani præter fortitudinem etiam bellandi peritia, Iudzi verò immoderato impetu & effrenatis animis vteretur. Dux autem his pudor erat, illis necessitas, nam & amittere Iudeos, veluti laqueis irsetitos, Romanis turpissimum videbatur: & illi unam spem salutis, si murū vi per rumpere possent, habebant, & quidam ex ala equitum Pedanius<sup>b</sup> nomine, Iudeis in fugā versis, atq; in vallem coactis equo in aduersum montem à latere incitato præteruectus, rapivnum ex hostibus fugam petentem, iuuenem & grauem corpore, & armis vndique septum, talo comprehēsum. Tantum se inclinavit equo currente, tantamq; dexteræ vim itemq; cæteri corporis, & equestrīs peritiæ demonstravit. Iste quidem tanquam manus aliquod rapuisse, captiuum ferens ad Cæsarem venit. Titus autem vires eius qui ceperat admiratus, & captiuo quia murum aggredi tentauerat supplicio tradito, ipse templi oppugnationem curabat, vtque aggeres maturè fierent perurgebat. Inter quæ Iudei aduersis præliis male tractati, tumescente paulatim bello

bello & in templi serpente perniciem, sicut in  
 putrefacto corpore asfolet, membra peste oceu-  
 pata, præuenientes ne ulterius procederet, ab  
 scindebant. Porticus <sup>a</sup> enim parte: quæ ab Aqui-  
 lone in orientem pertinens Antoniæ iungebatur,  
 incensa, deinde ad viginti ferè cubitos abrupe-  
 re, immisso sanctis incendio manibus suis. Biduo <sup>b</sup> porticu-  
 autē post, prædicti mensis vicesimo & quarto <sup>c</sup> incendium.  
 die, Romani porticum inflammauerent & usque  
 ad quartum decimum cubitum igne progrezzo,  
 Iudei similiter culme abiiciunt, neq. omnino re-  
 cedentes ab operibus, & Antoniæ continetia di-  
 rimentes, cum licet eis ac deberent incen-  
 dium prohibete, Itaq. b immisso igne, cursum e. b Iudei ini-  
 tus otiosè pro sua utilitate metiebantur. Circa mīssō igne,  
 templum autem nunquam prælia cessauere, sed cursum eius  
 frequens erat paulatim contra se excuscentiū otiosè me-  
 pugna. Isdem autē diebus, quidam ex Iudeis, tūnnur.  
 vir & corpore breuis, & vultu despabilis.  
 tamque genere quam rebus aliis vilissimus, Io-  
 nathas <sup>d</sup> nomine, progressus ad Ioānis Pontifi-  
 cis monumentum, cum alia multa superbè ad  
 Romanos prolocutus est, tum quem fortissimū <sup>e</sup> forissimum  
 haberent ad singulare prælium prouocauit. At <sup>f</sup> ad singulare  
 qui contra stetere, multi quidem <sup>g</sup> cercamen  
 dedignabantur, erant autem inter eos (vt assolet) etiam qui  
 timerent: quosdam verò non inconsulta moue-  
 bat ratio, cum mortis cupido nō debere confli-  
 gere. Nam qui de salute desperassent, eos neq.  
 cautos impetus habere, neque Deum reveri: &  
 cum his in discrimen venire, quos neq. vincere  
 magnum sit, & vinci cum de honestamento pe-  
 riculosum, non fortitudinis sed ferocitatis vi-  
 deri. Quum autē diu nemo procederet, multaq.  
 Iudeos eorum timiditati illuderet, homo arre-  
 gans & superbis Romanus <sup>h</sup> ex ala equitum  
 nomine Pudens, insolentiam eius exosus, for-

An. mundi  
 4034. A  
 nno Christi  
 72.

c Ionathas  
 Romanus  
 fortissimum  
 ad singulare  
 cercamen  
 provocat,

d Prudens  
 cum Iona-  
 tha pugnat  
 & inserps-  
 citur.

*An. mundi 4034. A Christe nato 72.*

tasse autem crux corporis mea sitate sublatus, in consueta prosili: & ceteris commissariis cum eo pugna risum precepsit, à fortuna propositus. Lupsum enim Iontha interfecit: deinde pede supra mortuum posito, lanza scutum, dextraque cruentum gladium coruscabat: atmisiq. cum fremitu concussis, exercitui & iacenti insultans, spectantes Romanos increpabat: donec eum tripudiantem vana iactantem. Priscus <sup>3</sup> centurio sagitta transfixit, eoque facta, & Iudeorum & Romanorum clamor varius excitatus est. Ille autem dolore in vertiginem tortus, supra corpus hostis incubuit: bellique felicitatem ratione carentem, quam velox ultio sequeretur ostendit.

*Romanis flammam peremus dolo Iudeos, & de Ar-  
torio quodam.*

### C A P. V I.

*h. Iudei per-  
ticum spatium  
sylvis ari-  
dis, sulfure  
ac bitumine  
replete.*

**S**editiosi vero templum tenentes aperte quidem & quotidie militibus in aggeribus positis repugnabant. Vice primo autem septimo die predicti mensis, huiusmodi dolum excogitant. Occidentalis <sup>b</sup> porticus spatium, quod inter culmen & trabes erat vacuum, sylvis aridis, itemque sulfure ac bitumine repleuere. Deinde velut oppressi cedebant. Quare multi quidem temerarij fugientibus instabant, & in porticum ascendere positis scalis nitebantur. qui vero prudentiores erant, nullam fugaz causam Iudeis fuisse cogitantes, locis suis manebant. Verum porticu complete his qui ascenderant, ignem immittunt Iudei excitataque vndeque. subito flamma Romano & qui extra periculum steterunt ingens stupore inuasit, & desperatio quos incendium ceperserunt in flamam occupauit. flammis enim cincti semetipsose rem salami, trorsum in oppidum, alij vero in hostes precipabant: multi spe salutis defilictes in putres-

*a Romano-  
rum in flam-  
ma salami,  
illico*

ilico debilitabantur: alios, dum conantur, præ-  
 ueniebat incendium: alij ferro flammam ante-  
 uertebant. statim verò & alios fugientes ignis  
 comprehendebat, plurimum perusgatus. Cesa-  
 re & verò licet morientibus indignaretur, quod  
 iniussi porticum ascenderant, misericordia ta-  
 men eorum tetigit. Cúmq. nemo prohibere pos-  
 set incendiū, hoc erat tamen solatio pereuntib.  
 quia videbant eius dolorem, pro quo ipsi ani-  
 mam perderent. Vociferans enim & ante alios  
 prosiliēs, & comites suos quād possent auxiliū  
 ferre obsecrant, cernebatur. Eiusq. voces & affe-  
 ciones quisq. velut aliquam præclarissimam se-  
 pultram, secum auferens moriebatur. Nonnul-  
 li tamen recepti in partem porticus latiorem,  
 flamarum quidem periculum evasere, obseSSI  
 autem à Iudeis, cum diu saucij restitissent, po-  
 stremò vniuersi cecidere. Post omnes autem  
 quidā iuuenis, nomine Longus, toti huic orna-  
 menti fuit calamitati: & quamvis sigillatim di-  
 gni sint memoria qui periere, omnium tamen  
 fortissimus demonstratus est. Quem Iudei qui-  
 deni, & quia fortis erat, & qui interficere cum  
 cupiebant, ad se descendere promissa fide hor-  
 tabantur. Etatet verò Cornelius, qui ex altera  
 parte stabat, ne glo: iam suam Romanāmq. mi-  
 litiam dehonestaret, orabat: cui magis obtem-  
 petauit: sublatō que b altius gladio, vt ab utrisq. utriusq.  
 partibus cerneretur, semetipsum occidit. Eo- accidit.  
 rum autem quos ignis obfederat, Artorius qui-  
 dam calliditate seruatus est. Appellato enim merito. Ar-  
 clara voce Lucio quodam, commilitone & seruo verò  
 contubernali suo: hæredem te, inquit, relinquo calliditate  
 totius patrimonij mei, si me excepferis. Cùm formatur.  
 autem ille prompto animo accurritset, ipse qui-  
 dem qui se in eum proiecerat, vixit: Lucius ve-  
 rò pondere oppressus, constatōque lapidibus

An. mundi  
 4034. ad  
 Christi natu-  
 72.

a Cesareum  
 Romanorū  
 in flamma  
 confunditorū  
 misericordia

*tangit.*

b Longus se  
occidit.

b Lucius  
merito. Ar-  
clara voce  
seruo verò  
contubernali  
hæredem te,  
inquit, relinquo  
calliditate  
totius patrimoni  
mei, si me  
excepferis.

Cùm formatur.

*Anno mūn.* solo allisus, cōtinuo moritur. Ea calamitas pau-  
*4034.* lis per quidem Romanis tristitiam comparauit,  
*¶ Christo* in posterum tamen cautores effecit, & aduer-  
*mārī 73.* sus Iudeorum insidias iuuit, quibus plerunque  
*a Porticu-* loca morēsque hominum nescientes ladeban-  
*compli- enu-* tur. Exusta est verò porticus ad turrim vique  
*sita.* Ioannis, quam ille belli tempore quod cum Si-  
mone gerebat, supra postes qui in Xystum duce-  
rent ædificauerat. reliquum verò Iudei, post-  
quam consumpti fuerant qui ascenderāt, abscederūt. Postero autem die Romani quoque, por-  
ticum qui in Boreæ parte fuit, ad orientalem us-  
que totam incendunt: continentem angulos e-  
ius, quæ appellatur Cedronos, super vallem ædi-  
ficata: vnde etiam profunda erat & horribilis e-  
ius altitudo.

*De fame Iudærum.*

## C A P. VII.

*¶ Intestinū* Circa templum quidem ita se res habebant.  
*bellum Iu-* Eorum verò qui per ciuitatem famé cor-  
*daorum fa-* rumpebantur, infinita multitudo moriebatur.  
*me pereun-* Inenarrabiles autem clades euenebant. Per sin-  
*tiūm.* gulas nanque domos, sicuti aliquæ vestigia cibi  
apparuiſſent, bellū ilico gerebatur: & amicissi-  
mi intet se ad manus veniebāt, miseris ditipiē-  
tes animis viaticum. Fides autem penuriae neo-  
mortientibus habebatur: sed etiam quos vide-  
rent expirare, scrutabantur latrones, ne quem  
forte cibum ſinu occultans quispiam, morere-  
tur. Ipsos autem ſpes egestate viētus hiantes, ve-  
luti canes rabidos desipiebat: & impingentes in  
ostia, tanquam ebrij ferebantur, easdēmque do-  
mos bis ac ter eodem momento desperatione  
inquietabant: omniāque dentibus necessitas  
subigebat: & ea colligentes quæ nullum; quam-  
uis sordidissimum motorum animalium, non  
horre-

horret, comedere patiebantur. Denique & nec *An. mundi*  
*cingulis nec calceamentis abstinuere, coriaque* 4014. *A*  
*fcutis detracta mandebant Quintiam sceni ve-* *Christo nato*  
*teris laceramenta victui habebantur: cuius non* 72.  
*nulli exiguum pondus quatuor Atticis venun-*  
*dabant. Et quid opus est famis improbitatem ex* *a Calceamē*  
*rebus anima carentibus demonstrare? Factum* *ra, corsa seu*  
*enim relatus sum, neq. apud Græcos, neque a-* *tū destra.*  
*pid Barbaros cognitum, & dictu quidem hor-* *Ra, verū sū*  
*rendum, auditu verò incredibile. Itaque liben-* *famum In-*  
*ter hauc calamitatem intermitterem, ne men-* *daorum si-*  
*tiri me posteri extimarent, nisi testes multos* *bū;*  
*haberem: & fortasse frigidam referrē gratiam,*  
*parcius ea differens, quorum fatigata perpesta est.*

*De muliere qua per famem filium*  
*generat.*

C A P. VIII.

**M**Vlier quædam ex numero trans Iordanem  
 habitantium incolatum, Maria nomine, E-  
 leazari filia de Vico Vetezobra, quod significat  
 domus hyssopi, genere ac diuitiis nobilis, cum  
 alia multitudine fugiens in Hierosolymam re-  
 cepta, cum ceteris obsidebatur. Huius alia qui-  
 dem bona tyranni diripuerūt, quæ ex transfan-  
 nanis locis in oppidum comportauerat. Reli-  
 quias verò conditorum, & si alimenta reperi-  
 sent, irrumptentes domum eius satellites, quoti-  
 die auferebant. Grauter autem mulier indigna-  
 bat: proptereaque sapissimè raptoribus ma-  
 ledicens, & imprecans, eos contra se vehemen-  
 tius irritabat: cum neque iratus, neque mis-  
 rans, eam quisquam vellet interficere. Sed vi-  
 etum quidem parando aliis parabat: vndiq. au-  
 tem adempta iam erat ei etiam rapiendi facul-  
 tas, famésque visceribus & medullis irrepsperat.  
 Plus verò quam famæ iracundia succédebat. Igi-

An. mundi tur vi animi ac necessitate impulsa, rebus aduer.  
4034. sis contra naturam excitatur: raptisque filio,  
Cristo nato quem lactantem habebat, miserum te, ait, in-  
72. fians, in bello & fame & seditione cui te serua-

vero? Apud Romanos etiam si vixeris seruiturus  
a Matre priusquam es, fames autem praeuenit seruitutem: his verò  
filium occidit, collo-  
guum.

b Seditionis cibum à mea  
tre paratum possum,

sæpius sunt. Esto igitur mihi cibus, &  
seditionis furia, & humanæ vitæ fabula, quæ so-  
la deest calamitatibus Iudeorum. Et hoc simul  
dicens, occidit filium, coctumque mediū come-  
dit. adopertum verò reliquum seruavit. Ecce b  
autem aderant seditionis, & contaminatissimi ni-  
dotis odore capti, mortem ei statim nisi quod  
parasset, ostenderet, minabantur. Illa verò bo-  
nam partem se reseruasse respondens, aperit fi-  
lij reliquias. Illos autem cōfestim horror cœpit  
atque dementia, visuque ipso dirigerunt. At  
mulier: & hic, inquit, est verè filius & facinus  
meum, comedite: nam & ego comedи. Nolo ut  
sit aut foemina molliores aut matre miseri-  
cordiores. Quod si vos pietatem colitis, & mea  
sacrificia repudiatis, ego quidem comedi, reli-  
quum eius me manebit. Post hoc illi quidem  
trementes exierunt, ad hoc solum timidi, víx-  
que hoc cibi matri cessere. Mox autem repleta  
est eo scelere tota ciuitas: & unusquisque ante  
oculos sibi cladem illā proponens, tanquam hoc  
ipse admisisset, horrebat. Ab omnibus autem  
quos fames vrgebat, properabatur ad mortem  
& beati appellabantur, qui prius quam id pate-

Calamitas  
Romanis  
Gentium.

rentur interiissent. Cito autem Romanis etiam  
nunciata est illa calamitas: eorumque alij non  
credebant, alij miserabantur, multos autem ve-  
hementius eius gentis odium cœperit. Cæsar au-  
tem super hoc Deum placabat: siquidem Iudeis  
pacem obtulisset, eisque liberam proposuisset  
omnium obliuionem quæ commiserant. Illos  
autem

autem pro concordia seditionem, bellum pro pace, pro satietate atq; opulentia famam optasse: & qui propriis manibus templum, quod ipse eis seruasset, iucendere coepérant, huiusmodi alimentis eos esse dignissimos. Veruntamen scelus huius nefandi viatoris, ruina sece patrię oper. 4. Regum 6. Gurum: neque relicturum in orbe terra, ut sol in Antiq. lib. spiciat ciuitatem, in qua matres sic vescerentur, 9. cap. 4: Ante matres autem patribus huiusmodi aliena deberi: qui nec post eiusmodi clades arma deponerent. Sunul hæc dicens, desperationem hostium reputabat, nec eos sanam menem recepturos existimabat, qui cuncta iam perculissent, quibus antequam ea paterentur, murare sententiam sperabantur.

### *De expugnatione novi ex iucendi templi.*

#### C A P. I X.

**O**ctauo autem die mensis Augusti, cum duas legiones aggeres pertecissent, ad exedram occidentalem templi exterioris admoueri arietes iussit: cum diebus antē sex, qui firmissimus erat arax, patietem sine intermissione pulsando, nihil omnino profecisset. Verum & huius & cæterorum magnitudinem structura lapidum superabat. Septentrionalis autem portæ alij fundamenta suffodiebant: multumque fatigati, exteriores tantum lapides euellere potuere, ab interioribus autem portæ sustinebantur. tamque diu mansere, donec instrumentorum & vestium conatibus desperatis, Romani scalas porticibus applicuerent. Iudai vero præuenti, ne eas subire prohiberent, cum his congressi dimicabant. Et alios quidem retrè depelentes præcipitabant, accedentes alios subūlio trucidabant. multos de scalis egre-

*Ann. mundi*  
4034.  
*A Christo  
nato 72.*

*Anno mundi 4034.  
4 Christi  
Mense 72.*

dientes, prius quam se scutis obtegerent, ferociosus gladiis præueniebant, nonnullas autem scalas armatorum plenas, in latus declinantes, deiciebant. Vnde Romanorum quoque non parua cædes sequebatur. Alij signis ablatis pro his decertabant, rapinam eorum grauissimæ fore turpitudini ducentes. Postremò tamen Iudei & signis potiuntur: & eos qui vna aseenderant interficiunt, cæteri vero clade intereuatium perterriti descendunt. Romanorum quidem nemo non aliquo facto opere procubuit. Seditiosorum autem, qui prioribus præliis etiam tunc forsiter pugnauerunt, & præterea Eleazarus fratri Simonis tyanni filius. Titus autem cum videret se alieno templo cum damno & nece militum parcere, igne portis subilei iussit. Inter hæc autem ad eum profugi veniunt, Ananus Amauntius, Simonis satelles crudelissimus, & Archelaus filius Magadati: idcirco sperantes veniam, quod Iudeos viatores reliquerant. Titus autem, cum hanc eorum in Iudeos crudelitatem audiuisset, verunque obtuncare decrevit. Dicebat enim necessitate, non voluntate venisse: nec salutem dignos esse, incensam ipsorum causa patriam deserentes. Veruntamen & cohibuit iracundiam fides, eosque dimisit: sed non eo loco habendos, quo etiam alios credidit. Iam vero portis milites ignem admouerant, liquefactores argento cito lignum flammæ absumperant, cum subito auctæ proximas inde portas corripiuerent. Iudeis d' vero ignem circum se videntibus, corpora simul animique ceciderunt: & stupore attoniti, adiuuare quidem vel extinguere nemo conatus est: stantes vero aspiciebant, nec tamen his quæ absumerentur dolentes, saltem ut quod reliquum esset

*¶ Simonis  
satelles  
duo ab eo  
defessus.*

*¶ Iracundia  
Tres fides  
subibit.*

*¶ Iudeorum  
nemo inen-  
dimus xiii.  
guere cona-  
bitur.*

*Saluum*

saluum haberent, animum colligebant. Illo ~~An. mundi~~  
 quidem die, & quæ secuta est nocte, crescebat 4034. ~~A~~  
 incendium: paulatim enim nec simul vnde Christonatis  
 inflammari porticus potuerunt. postero autem 72.  
 die Titus parte militum iussa incendium restitu-  
 guere, p[er]que proxima portis loca viam stern-  
 nere, ut facilior agminibus esset ascensus, re-  
 stores ad se conuocat: sexque collectis qui er-  
 ant proceres, Tiberio Alexandro totius mili-  
 tis praefecto, & Sexto Cereali quinta legionis  
 præposito, & Lægio Lepido 10. & Tito <sup>4</sup> Frigio a ~~Titus~~ re-  
 15. cum quibus erat etiam Aternius Fronto ma- ~~stors~~  
 gister duarum Alexandrinarum legionum & ~~conuocat~~.  
**Marcus Antonius Julianus procurator Iudeæ,**  
 congregatisque b[ea]tis præterea chiliatchis & pro- b[Titus] consu-  
 curatoribus, consilium de templo proposuit. A filii de tem-  
 plis quidem videbatur lege belli vtendum esse: p[ro]p[ter]a pro-  
 panquam enim Iudeos à nouis rebus possit de-  
 finire templo manente, quo omnes vbiunque  
 essent colligerentur. Nonnulli si templum reli-  
 quisserent Iudei, neque armis p[ro] eo quisquam  
 certaret, conseruandum esse suadebant: si vero  
 id pugna obtinuissent, ignibus consumendum:  
 quoniam castellum iam videretur esse nō tem-  
 plum: & piaculum non ipse, verum illi qui id  
 fieri coegerent, committerent. Tito autem, nec si  
 superstantes dimicarent Iudei, pro hominibus  
 q[ui]d[am] carentia vlciscendum esse dicente, ne-  
 que se vaquam tantum opus incensurum: iam  
 enim Romanorum fore hac dampnum, sicut or-  
 namentum quoque fore imperij, si maneret;  
 tam certi quid vellet, ad eius accedunt senten-  
 tiā, Fronto, Alexander & Cerealis. Tunc qui-  
 dem consilium dimisit: iussisque militibus qui-  
 escere, itemque ducibus, ut his in procinctu va-  
 lidioribus vteretur, viam sternere per ruinas  
 levatis ex cohortibus imperat, ignemque restitu-

*An. mundi* guere. Illo quidem die Iudeos labor timorque  
4034. ab impetu continuit. Postero autem collectis  
*Christiane* viribus, & recepta fiducia, per orientalem por.  
73. tam contra templi exterioris custodes, secunda  
hora diei procurunt. Illi autem primam quidem coitionem fortiter exceperunt: septim; seuntis,  
a fronte murum condensa acie imitantur: certum tamen erat eos non diu duraruros, quod &  
multitudine infestantium & animis vincerentur.

*a Tine Rg.* Cæsar autem prius quam verteretur acies, manu cum (nam pugnam ex Antonia prospectabat) cum equitibus & quibusc lectis venit auxilio, impetu vero eius  
~~et~~ auxilio non sustinuere Iudei: sed primis interfectis, venient.

plerique fugam petunt: & cedentibus quidem Romanis, reuertentes instabant: cuen autem illi retorsissent: iterum refugiebant: donec circa horam quintam, Iudei vi coacti templum introire conclusi sunt. Titus autem discessit in Antoniam, decreto postridie mane cum omni

*b* Templo exercitu aggredi, temporeq; oppugnare. Sed ab Romanis, id planè Dei sententia iamdudum igne damnatio decimo mē uerat: euolutissq; temporibus aderat fatalis dies, sic Augusti qui erat decimus mensis Augusti, quo etiā prius die, quo etiā à Rege Babyloniorum fuerat concitatū. A primi à Ba- domesticis autem causam principiumque sum-  
bolyoniorum p̄st incendium. Nam cum paulisper Titi discens-  
Rege, conore, su sediciosis qui euisserunt, Romanos rursus aggre-  
gauintur.

templo accederunt, custodumque templi cum ignem exte-  
rioris fani restinguentibus pugna committitur.

Hique Iudeis in fugam versis, usque ad tem-  
plum accesserunt.

*c Miles Rg.*  
duamus inini-  
co Tito, Te-  
plum incen-  
dit.

*Quoadmodum* Templo incensum est in-  
nito Tito.

C A P. X.

*H*ic itaq; tunc militum quidam, non expe-  
ctato cuiusquam edicto neque tantum faci-  
mus

nus veritus, sed diuino quodam motus impetu,  
 à contubernali suo sustollitu: & ex ardēte ma-  
 teria raptum ignem in fenestram, inserit aureā,  
 vnde ad membra circum templum ædificata de  
 septentrionali regione aditus erat. Flamma<sup>4</sup> ve-  
 rō excitata, Iudeorum quidē calamitate dignus  
 clamor exoritur, & ad subueniendum propera-  
 bant: neque iam vitæ parcendum tati, neque vi-  
 ribus temperandum, amissō eo cuius gratia cau-  
 tissimi videbantur: maturè autem hoc Tito qui-  
 dam nunciat. Et ille (namq. casu in tabernaculo  
 quiescebat sicut à pælio redierat) exilit: tem-  
 plūm q. curriculo petit prohibitutus incendium  
 omnēsque post eum duces, & hos agmina per-  
 territa sequebantur. Clamor autem ac tumultus  
 erat tanto exercitu sine ordine concitato. Ca-  
 sar autē voce simul ac dextera pugnantibus fi-  
 gno dato, ignem iubebat extingui. Sed neq. vox  
 eius audiebatur, quod aures eorū maior clamor  
 obstrueret, nutumq. dexteræ non attendebant,  
 quum alios bellum, alios ira distraheret. Intro-  
 currentium verò agminum impetum non præ-  
 cepta neque intermissiones continebant: sed  
 quò furor eos duceret, sequebantur. Ad h̄ ipsos b<sup>4</sup> ingressū  
 autem introitus conferti, multi quidem sese in- des in tem-  
 vicē conculcabant: multi verò ardentibus ad- ple & calo-  
 huc & fumantibus porticuum incidentes ruinis, misere  
 cadem quæ victi patiebantur. Cùm verò ad tem-  
 plum accessissent, edicta quidem Casaris non  
 audire simulantes, præcedentem quisque ut i-  
 gneam immitteret hortabatur: seditionis autem  
 iam subueniendi quidem spes nulla erat, sed  
 fuga & cædes omnia possidebat. Magna verò  
 populi multitudo inualida & inermis, vbi cuna-  
 que occupati fuerant, interficiebantur. Et sit-  
 cum aram quidam ingens mortuorum aumen-  
 sus congeriebatur: per gradus verò templi, &

# FLAVI JOSEPHI

An. mundi sanguis multus profluuebat, & eorum corpora  
4034. qui supra ceciderant delabebantur. Cæsar au-  
A Christo tem ubi neque impetum insanientium militum  
anno 72. continere poterat, & flamma dominabatur, in-  
trò cuni rectoribus ingressus, & sanctum tem-  
pli, & quæcunque illic erant aspexit, ea quidem  
quæ apud alienigenas erat fama meliora, iacta-  
tione verò & opinione domestica non mino-  
ra Titem san-  
ta. Cum autem flamma nondum ex villa parte  
stum templi ad interiora penetrasset: nec membra quæ cir-  
fernare, id cum templum erant depasceretur, quod erat  
que frustra verum, existimans adhuc illud posse seruati, &  
conatur. ipse prosiluit, militésque togate ut ignem re-  
stinguerent conabatur: & Liberalem centu-  
rionem de stipatoribus suis, fuste mulctatos qui  
non obeditent iussit arcere. Illorum autem fu-  
tor bellique impetus quidam vehementior,  
Iudeorumque odia, & Cæsaris reverentiam &  
prohibentis metum superabant: plerosque au-  
tem prædarum spes incitabat, suspicantes in-  
tus omnia pecunia referita esse: quoniam fore  
auro factas conspicerent. Præterea quidam mi-  
les ex his qui intrauerant, quum Cæsar ad in-  
hibendum incendium cucurisset, ignem iam  
cardinibus portæ subiecerat. tumque subito,  
postquam flamma intus apparuit, & duces cum  
Cæsare discede bant, & stantes extra succende-  
re nemo prohibebat. Templum quidē hoc mo-  
do inuito Tito exuritur. Sed quamvis hoc mul-  
tum quis deflendum putet, ut opus omnium  
quæ audiuimus aut vidimus maximè admirabi-  
le, tam exstructionis genere, quam magnitudi-  
nis, itemque munificentia in singulis rebus, &  
gloriz quæ de sanctis habebatur, maximum ta-  
men ex fato capiet solatum: quod ut animali-  
bus, ita operibus locisque fatum sit ineluctabi-  
le. Mirabitur autem in eo etiā gigantissimi tem-  
poris

perit fidem. Nam & menseni, ut dictum est, *An. mundi*  
*cumque diem seruauit, quod primum à Babylo-* 4034.  
*niis templum erat incensum. Et à prima qui-* *A Christo*  
*dem structione templi, quam Solomon Rex in-* *nato 72.*  
*choauerat, vsque ad hoc excidium, quod eue-* *a A prima*  
*nit secundo anno principis Vespasiani, mille* *strunctione tē*  
*centum triginta colliguntur anni, & septem* *pli, quam So*  
*menses, ac dies quindecim. A posteriore vero,* *lomon Rex*  
*quam secundo anno Cyri Regis Aggæus fece-* *incloauerat*  
*rat, vsque ad excidium quod Vespasiano impe-* *u/sq. ad hoc*  
*rante sustinuit ciuitas, anni sexcenti triginta* *excidium*  
*nouem, & dies quadraginta quinque.* *quos anni.*

*De Sacerdotibus, gazophylaciōne &*  
*portico.*

C A P. X I.

**C**VM templum autem incenderetur, etiam  
 quicquid in manus forte venisset rapieba-  
 tur, & cœdes erat infinita deprehensorum. Nec  
 aetæ fuit ætatis miteratio, aut reverentia casti-  
 tatis: sed b & pueri senes & sacri profani si-  
 militer interficiebantur, atque omne genus viulatus In  
 hominum belli calamitas persequebatur, vnā-  
 deorum per  
 que supplices cum repugnantibus decabantur: *excisum.*  
 Flammāque vte: ius progrediens, cum gemitu  
 occubentium concrepabat. Et pro altitudine  
 quidem collis, ardentisque operis magnitudi-  
 ne, totam quis ardere cederet ciuitatem. Il-  
 lo autem clamore nihil maius aut horribilius  
 excogitari potest. Nam & Romanorum legio-  
 num fremitus erat, & seditionum ferro igni-  
 que clausorum clamor ingens, & populi fur-  
 sum deprehensi ad hostes fuga cum stupore,  
 ac calamitatis conquestio: in colle autem con- c *Templum*  
 stutis, etiam multitudo oppidi consonabat. *sanguine &*  
 iam vero multi sanguinem arcidi, in morte penè *ignis repliti.*

*An. mundi 4034. A Christo anno 71.*

luminibus clausis, postquam ignem templi videre, in questus interim vites clamorēmq. receperunt. Resonabat autem & trans fluuiū regio, & montes circumpositi granitum sonitū reddebant: & tamen erant clades acerbiores tumultu. Nam collem quidem in quo templum esset exuri radicitus quis putaret, ita vndiq. flamma plenum: videbatur autem sanguis igne largior esse, plusq[ue] interfectoribus interfici: omnisque terra cadaveribus tegebatur, & supra corpora mortuorum gradientes milites cursum fugientium sequebantur. Latrocinalis quidem multitudo, tandem pulsis Romanis, in extreius templum, deinde in ciuitatem evadit: populi autem quod fuit reliquum, in exteriorem porticum confugerat. Sacerdotum autem nonnulli, primum verubus, itemque sedibus suis, quae ex plumbo factae erant, auulsi, in Romanos pro missilibus vtebantur: deinde eum nihil proficerent, ignisque in eos euomeretur, in parietem secedentes octo cubitis latum, ibi manebant.

*¶ Duo nobiles semetipsos in igne incinerantes.*

Duo tamen ex nobilibus, cum ad Romanos transeundo seruati possent, aut communem ceteris durare fortunam, semetipsos in ignem inducere, & cum templo concremati sunt, M<sup>e</sup>jerus filius Belgz, & Iosephus Dalzi. Romanī autem, quod frustra se circum templum adificiis parcere iudicabant, cum ipsum templum arderet, omnia simul incendunt, & quicquid ex porticibus reliquum erat, & portas: præter unam ex parte orientali, alteram ex meridiana, quamvis eas quoque postea funditus euerterint.

*¶ Circa templo omnia plura omnia ex parte orientali, alteram ex meridiana, quamvis eas quoque postea funditus euerterint.*

Quinetiā arculas, quae gazophylacia vocantur, incendunt, in quibus magna vis erat pecunia, ac plurimum vestium, aliisque bona, & (ut breviter dicam) omnes ludorum congregata diuisia, quod opulentissime quisque illic totas domosq[ue]

domos exhauserant. Venerunt & autem etiam <sup>An. mundi</sup> in eam quę restabat vnam porticum, extra tem- <sup>4034.</sup>  
plum quo confugerant ex populo mulierculę, <sup>A Christo</sup> itēq. pueri & promiscua multitudo, propè ad <sup>anno 72.</sup>  
sex hominum millia. Sed prius quam de his Cē- <sup>a Sex homo-</sup>  
far quicquam decerneret, vel ducib⁹ impera- <sup>nū millia su-</sup>  
tē, ira flagrantes milites incendunt porticum. <sup>portium flamm-</sup>  
Hincque contigit, vt alij quum se ex flamma <sup>ma perirent.</sup>  
præcipitarent morerentur, alios ipsa corrum-  
peret: ex tanto autem numero nemo seruatus  
est. His causa interitus quidam Pseudoprophe-  
ta fuerat, qui eo die prædicauerat in ciuitate,  
quod eos in templum Deus ascendere signa  
salutis accepturos iuberet. Multi b⁹ enim à ty- <sup>b Pseudopro-</sup>  
p̄annis tunc subornati Prophetę, populo denun- <sup>p̄heta à ty-</sup>  
ciabant, vt expectarent Dei auxilium, quo pro- <sup>p̄anna sub-</sup>  
pterea minus profugerent, & eos qui supra ti. <sup>c. m. s.</sup>  
morem & custodiā fierent, spes retineret. Gi-  
to autem in aduersis homini persuadetur. Quod  
si etiam malorum instantium liberationem pol-  
liceatur qui fallit, necessariò qui ea patitur, spei  
tutus efficitur.

**De prodigijs encidium Microstlyma prae-  
dictum & prefagijs.**

C A P. XII.

**D**Enique miserabilis populus, illis quidem d<sup>r</sup> Primū  
fallacib⁹ Deūmq. calumniantibus, credu- <sup>e</sup> prodigium.  
lus erat. Certis d<sup>r</sup> verò prodigiis & futuram solitudo <sup>e</sup> Cometes  
tudinem prænunciantibus, neque attendebant gladio fani-  
animo, neque credebant, sed velut attoniti, nec lū.  
aut oculos habentes, aut animas, edicta Dei dis- <sup>f</sup> Secundū  
simulauere: modò cum supra ciuitatem sidus prodigium,  
stetit simile gladio, & per annum perseverauit tumē classis  
cometes: modo cum ante defectionē primisque summis circō  
belli motus ad diem festum Azymorum popu- <sup>gram & i-</sup>  
lio conueniente (octauus autem dies erat Aprilis plura noctis  
¶ mensis) nona hora nocturna, circum gram, i- <sup>egulat.</sup>

e Populi ex  
cacatio.

# FLAVII JOSEPHI

An. mundi tēmque templum tantum lumen effulgit, ut clariſſimus dies putaretur: & hoc usq; ad medium  
 4034.  
**A Christo** permanſit horam: quod imperitis quidem bonum augurium esse videbatur: sacerdū verò per-  
 nac 72.  
**a Terrium** tritis, prius quām eueniret, statim diiudicatū est.  
**b agnum** Eodemq; a festo die etiam bos, cum ad hostiam  
**c meo fari** duceretur, agnum in medio fani peperit. Oriens  
**d parvum** talis autem porta interioris templi, cum esset  
**e Quartum** q̄nea atq; grauissima, & sub vesperam vix à vi-  
**f prodigium,** ganti vitis clauderetur, serisq; ferro vinclis ob-  
**g anea templi** feraretur, pessulōsque altos haberet in saxeum  
**h portae spone** limen demissos, uno perpetuo lapide fabricatū,  
**i se aperiū.** visa est noctis hora sex'a sponte patescere. His  
 autem curriculo per custodes templi magistratū  
 tui nunciatis, ascendit ille, vixque eam potuit  
 claudere. Verū & hoc iterum ignaris quidem  
 signum optimum videbatur. Deum nanque bo-  
 norum portam sibi aperuisse dicebant. Pruden-  
 tioreſ verò templi tutamen sponte sua dissolu-  
 tum iri cogitabant: & hostium donum esse por-  
 tas aperiri: solitudinēmque illo ostento signari  
**c Quintum** inter ſe pronunciabant. Post dies autem festos  
**d prodigium,** diebus paucis, viceſimo primo die mensis Maij  
**e currus, &** a visio quædam apparuit fidem excedens. Pro fa-  
**f mala acies** bula autem fortasse quod dicturus sum habere-  
**g tranantes** tur, niſi qui viderunt supereſſent, & clades di-  
**h nubila.** gnaz præſagiis ſecutæ ſuiffent. namq; ante ſolis  
**i Sexū pro-** occasum viſi ſunt per inane ferrei currus totis  
**j digium, vox** regionibus, & armatæ acies tranantes nubila, &  
**k in intime** ciuitati circunfuſe. Festo autem die, quam pē-  
**l semplo.** tecosten vocant, nocte Sacerdotes intimum tem-  
**m Septimum** plum more ſuo ad diuinas res celebrandas in-  
**n prodigium,** gressi, prium quidē motum, quendamq; ſtre-  
**o Iefu plebei** pitum ſenſerunt: poſte à e verò ſubitam vocem  
**p acruficis,** audiere, quz diceret, Migremus hinc. Quod au-  
**q clamer** tem his horribilis fuit, Iefus quidā, filius Ana-  
**r mōtis,** ni, plebeius acruficus, quadriennio prius quām  
 bellum

bellum gereretur, in summa ciuitatis pace atq; *An. mundi*  
*opulentia, cum ad festum diem venisset, quo a-* 4034.  
*tegias in honorem Dei componi in templo ab A. Christo*  
*hominibus mos est, repente exclamare cœpit: nato 72.*

Vox ab oriente: Vox ab occidente: Vox à qua-  
tuor ventis: Vox in Hierosolymam & templū:  
Vox in maritos nouos nouāsque nuptias: Vox in  
omnem hunc populum. Atque hæc interdiu no-  
& tūque clamitans omnes ciuitatis viros circui-  
bat. Nonnulli autem virorum insigniū, aduersum  
omen indignè ferentes, corripiūt hominē, mul-  
tisq; verberibus afficiunt. Ille autē neq; pro se  
nec ad eos qui se multabant, secretō quicquam  
loquitus, eadem quæ prius vociferans perseue-  
tabat. Magistratus autē rati, quod erat verū ma-  
gis diuinum esse hominis motum, ducunt eum  
ad Romanorum præfectum: vbi plagis vsque  
ad ossa laceratus, neq; supplex cuiquā fuit, neq;  
lachrymavit: sed ut poterat inclinās maximè fle-  
biliter vocem ad singulos i&ctus respōdebat: Vx  
vz Hierosolymis. Albino autē interroganti (is  
nang; iudex erat) quis esset, vel vnde ortus, aut  
cur ista diceret, nihil retulit. Non prius autem  
cessauit à luctu miserè ciuitatis, donec eum Al-  
binus furere iudicatum dimisit. Ille autem ad  
belli vsque tempus neque adibat quenquam ci-  
uium, neque loqui visus est: sed quotidie velut  
orationero quandam meditatus, Vx vz Hiero-  
solymis querebatur. Sed nec imprecatus est  
cuiquam. cum in dies singulos multaretur, nec  
vi&ctum offerentibus bene dicebat. Sola verò e-  
ius responsio ad omnes erat triste præsagium.  
Maximè autē diebus festis vociferabatur: idq; a Ihsu per  
per annos septē & quinq. menses continuos fa- annos seprē  
ciēs, neq; voce fauor fuit, neque delassatus est, & quinque  
donec obsidionis répore ipsa re perspectis au- menses ve-  
guriis ipse qualent, Super murū enim circuens ciferetur.

*An. mundi  
4034. A  
Christo nato  
72.*  
 Iterum, Vx vx ciuitati ac phano populo voce  
maxima clamitabat. Quum autem ad extremū  
addidisset, vx autem mihi, lapis tormento mis-  
sus eum statim peremit, animamque adhuc illa  
omnia lugente dimisit. Hæc si quis reputet, pro-  
fectò inueniet, Deum quidem hominibus con-  
sulere, modisque omnibus præmonstrare quæ  
sunt eorum generi salutaria: ipsos autem ob de-  
mentiam suam malis voluntariis interire, quan-  
doquidem & Iudei post Antoniam captiam qua-  
dratum phanum fecerant: cum in sacris libris  
scriptum haberent, capiendam ciuitatem ac tē-  
plum, si fannum quatuor angulis esset effectum.  
Sed quod maximè eos ad bellum excitauerat,  
responsum erat ambiguum, itidem in sacris li-  
bris inuentum, quod eo tempore quidam esset  
ex eorum finibus orbis terræ habiturus impe-  
rium. Id b enī illi quidem quasi proprium ac-  
gnopro sua ceperunt, multique sapientes interpretatione  
libidine m- decepti sunt. Hoc autem planè responso, Ve-  
sperantes spissani designabatur imperium, qui apud Iudeā  
patria exi- creatus est imperator. Sed enim homines fatum  
diu, sibiq. vitare non possunt, etiam si præuiderint. At ve-  
rō hi signorum quædam pro sua libidine inter-  
pretati sunt, alia contempserat donec patriæ ex-  
cidio suaque perditie, eorum iniquitas confu-  
cata est.

### De imperio Titi, & sacerdotum intrefactione.

#### CAP. XIII.

*e Dimidio  
prospero pen-  
dauit au- i ve-  
nū.*  
 Romani quidem, postquam seditioni ad ciui-  
tatem configere, templo itemq; omnibus  
circū locis ardētibus signa in fano reposuere cō-  
tra portā orientalēthiq; ibi sacrificio celebrato,  
maximis cū clamoribus declarabant Titū Im-  
peratorē. Usq; adeò verò præda satiati sunt mi-  
litēs vaineti, ut in Syria dimidio quā pridē  
fuerat

fuerat precio pondus auri veniret. Ex his autem sacerdotibus, qui in templi paciere perduerant, puer sitiens à Romanis custodibus pacem petebat, sitimque fatebatur. Sed & ubi illi tam etatis quam necessitatis miseri, dedere ei dexteram, & ipse bibit, & quam secum attulerat la- a Delas pur-  
Ann. mundi  
4034. A  
Christo nasc.  
72.  
 gena repleta, sursum refugiens abiit ad suos: nec n. eum quisquam custodum ass- qui valuit, sed eius perfidiz maledicebant. Ille autem nihil se pra- ter placita fecisse dicebat. Dexteram enim sibi datam, non ut apud ipsos remaneret, sed ut tan- tum descendenter, atq; ut aquam acciperet: que cum fecerit, in fide mansisse. Astutiam quidem propter etatem, maximè pueri, qui decepti fue- rant, mirabatur. Quinta vero die sacerdotes op- pressi fame descendunt, & à custodibus ad Titum perduci, ut salutem sibi concederet orabat. Ille b autem veniebat quidem tempus illum præterisse b Sacredū  
 fatus, perisse vero id cuius eos gratia merito cō- ns venientia  
 seruasset, decere autem sacerdotes interire cum peccatis, Tē- ad supplicium  
 templō, duci homines ad supplicium iubet. Sed cum vero du- si homines  
 c tyranni cum sociis, quoniam bello vndiq; te- ad supplicium  
 nebantur, circundatis autem nusquam erat fu- iuber.  
 gac copia, Titum ad colloquia prouocat. Ille au- c Seditiosi  
 tem pro humanitate naturali saltē oppidum c Tirum ad  
 seruare cupiens, & amicis præterea suadenti- colloquia  
 bus ( latrones enim iam moderatores factos prouocans.  
 esse arbitrabantur ) in parte occidua templi in- procedentes.  
 terioris consistit. Hic enim super Xystum erant  
 portæ, ac pons qui ciuitatem superiorem tem-  
 plō iungebat, isque tunc inter tyrannos ac Ti-  
 tum interueniebat. Multi autem militum v-  
 trinque densi astabant: Iudei quidem circum  
 Simonem ac Ioannem suspensi spe veniebant: Ro-  
 mani vero ad Cesarem speculandi studio, qua-  
 liter eos recipieret. Edicto autem dato militi-  
 bus, Titus, ut & iracundia & sagittas cōtinerent;

**An. mundi adhibitq. interprète, quo argumento superior  
4034. ostende batur, prior alloqui cœpit. Etiamae & sa-  
M. Christo turati estis patriæ malis, & virtutis quibus neq. vir-  
mæ 72. tatis nostræ, neque infirmitatis propterea venit  
a Tuis ad in mentem: sed inconsulto impetu ac furore per-  
Iudas per ditis populū & ciuitatem simul ac templū, ipsi  
interpretum quoque iuste perituri: qui primum quidem, post  
quam vos Pompeius fortiter debellauerat, nouas res affectare non destitistis, deinde etiā bel-  
lum apertum contra Romanum populum extulisti: ut rūmne multitudine freti? atqui parua  
manus vobis Romani exercitus satis restitit. Au-  
xiliatorum fidei? Et quæ gens imperio nostro li-  
bera, Iudeos præ Romanis optaret? Sed viribus  
corporum? Atqui scitis nobis seruire Germanos  
firmitate murorum? Et qui maior Oceano mu-  
rus atque obstaculum: quo septi Britanni, ado-  
rant arma Romanorum. Animorum obstinatio-  
ne, vel astutia ducum? Atqui etiam Carthagi-  
nenses captos esse noueratis. Itaque h̄ vos con-  
tra Romanos ipsorum excitauit humanitas, qui  
primum vobis & terram dedimus possidendā,  
exstraneis & gētiles imposuimus Reges, deinde leges ser-  
uauimus patrias, & viuere nos non solum di-  
scertos, sed cum aliis etiā vestra voluntate cō-  
cessimus: quodq. maximum est, tributum espe-  
re Dei nomine, ac donaria colligere permisi-  
mus: eaque offerentes neque monuimus, neque  
prohibuimus, ut hostes nobis efficeremini dictio-  
res, nostrāque pecunia vos contra nos instruc-  
retis. Ergo tātis bonis affecti, satietatē in eos qui  
hac vobis præfiterant, extulisti, & immittim  
exemplum serpentium virus blandientibus infa-  
distis. Esto, Neronis negligētiā cōtempsistis,  
& veluti cuprum aliquod membrum sue con-  
tractum alias, male quieti in maiore vicio dete-  
cti, estis, & ad spes improbas etiam cupiditates  
immodicas.**

b. Iudeos, sō  
tra Romanos ipsorum  
excstraneis  
humanitas.

immodicas explicastis. Venit pater meus ad pa- Ann. xviii  
 triam vestram, non ut poenas à vobis ob ea quæ 40;4. A  
 in Cestium commiseratis, exigeret, sed monitis nato Christo  
 emendaret. Deniq. cum deberet, si depopulan- 72.  
 da nationis causa venisset stirpem vestram pe-  
 tere, atq. hanc delere ciuitatē Galilæam & circa  
 eā loca vastare maluit, ut pœnitendi vobis præ-  
 beret inducias. Sed hæc esus humanitas infirmi-  
 tas videbatur, nostraque lenitate aluistis auda-  
 ciam. Et Nerone mortuo fecisti quod nequissi-  
 mi soleat, & ex intestinis nostris dissensionibus  
 fiduciā præsumpsisti: mēq. ac patre meo digres-  
 sis ad Ægyptum, ad struendum bellum tempus  
 illud utile putauisti. Neque vos puduit pertur-  
 bare principes declaratos, quos etiā duces huma-  
 nissimos fueratis experti. Deniq. vbi ad nos cō-  
 fugit imperiū, & omnibus in eo quiescentibus,  
 per legatos autem gratulatibus exteris nationi-  
 bus, ecce iterū hostes Iudei: & legatione. quidē  
 à vobis trans Euphratem vsq;, nouarū rerum  
 gratia mis̄, murorum autem noui ambitus: se-  
 ditio etiam, tyranaorūmque contentio, & bellū  
 intestinum, quæ sola huiuscmodi nequissimos  
 decent. Iussus ergo ab inuito patre cum manda-  
 tis tristibus ad ciuitatē venire, lætabar, cognito  
 populum de pace sentire. Ante bellū rogabam,  
 vos desistere, pugnantibus aliquandiu parcebā,  
 sponte ad me venientibus dexteram dedi, fidē  
 seruavi confugientibus, multos captiuos mise-  
 ratus, verberibus urgentes bellum coercui, ma-  
 ris vestris machinas iniuitus admoui, semper ca-  
 dis vestræ cupidos milites cōtinui. Quoties vi-  
 ci, toties vos ad pacem tanquam victus proua-  
 caui. Cum propè ad templum accessissem, con-  
 fulto iterum legis belli oblitus parcere vos pro-  
 priis sanctis orabam, templūmque seruare, data  
 vobis excūdi copia & fidē salutis: vel et pugnare

An. mundi 4034.  
A Christo anno 72.

alio tempore si velletis, in alio loco faculterem  
præbui. Ista omnia spreuistis, & templum mani-  
bus vestris incendistis. Deinde sceleratissimi  
nunc me ad colloquium prouocatis, ut quid ta-  
le conseruetis quale periit? Quia vosmetipos sa-  
lute dignos esse post templi excidium iudicatis?

Quinetiam nunc armati statis, & nec in extre-  
mis supplices assimulatis. O miseri, qua fiducia?  
Nonne populus vester exanimatus? Templum  
vero periit, mihiq; subdita est ciuitas: in mani-  
bus autem meis habetis animas vestras. Et tamen  
fortitudinis esse gloriam mortem arbitramini?

Non contendam cum pertinacia vestra. Proie-

a Tiberiu Is. <sup>4</sup> autem armis, traditisque corporibus, vita  
dei proie- nobis indulgeo, & sicut in priuata domo, domi-  
nus mitis vultus grauiora, cætera mihi seruo.  
nus mitis vultus grauiora, cætera mihi seruo.  
traditisque Ad h[oc] illi responderunt, fidem quidem se ab  
corporibus eo minime posse accipere: nam iurasse nunquid  
utram induit id esse facturos: exeundi vero per munitiones,  
qua murum separat, cum con:ugibus ac liberis  
gen.

b Indai à facultatem petebant. Ituros enim se in solitudi-  
Tib[erius] fidem nem, ipsisque oppidum relikturos. Ob hoc Ti-  
tus vehementer iratus, quod in sorte captorum  
constituti, victorū sibi conditiones ponerent,  
declarari quidem his iussit voce præsonis, ne  
viterius ad se profugerent, neve fidem speraret:  
nulli enim esse parcendum: cunctis autem viri-  
bus dimicarent, & quantum possent, saluti suz  
consularent: iam enim se omnia iure belli ge-

& Civitatum turū. Militibus autem diripere ciuitatem, atq;  
militis in- inflammare permisit. Illi autem ipso quidē die  
flammam, nihil egerunt, postero autem die Archium, &  
Actam, & curiam, & qui vocatur Ophla, succen-  
dere: & progrediebatur ignis usque ad Helenę  
regiam, quæ in media erat Acta: nec minus ci-  
vitatis mortuis plenq; vici domusq; ardebant. Bo-  
dem die Ixat Regis filij, & fratres, cumque his  
multis

multi nobiles ex populo congregati, ut fidē sibi An. mundi  
4034.  
daret, Cæsari supplicarunt. Ille auem, quanquā A Christo  
nata 73.  
cæteris omnibus iratus erat, mores <sup>a</sup>tamer non a Cæsaru  
mores non  
mutantur.  
mutauit, sed eos suscepit. Et tūc quidem omnes  
in custodia habebat. Regis autem filios ac pro-  
pinguos postea vincitos Romanam perduxit, fidem  
ob fidum præstatoros.

*De præda seditionis romana, & successione ius-  
tioris ciuitatis.*

CAP. X I I I .

**S**editiosi <sup>b</sup> autem ad domum regiam profe-  
sti, vbi (quia tuta erat) multi facultates suas ad domum regiam pro-  
depofuerāt, & Romanos hinc perhunūt: & omni- fecti, pecu-  
bus populatibus qui eō conuenerant propè ad niam diui-  
ocio militia, & quadringentos occisis, pecuniam pinae.  
etiam dicipuere. Viros autem duos Romanos  
milites cepere, unum equitem, alterū peditem.  
& peditem quidem imperfectum per ownem  
traxere ciuitatē, velut uno corpore omnes Ro-  
manos vicerentur, eques vero quiddam his  
quod saluti foret, suadere pollicitus, deducitur  
ad Simonem, cūmque ibi quæ diceres nō habe-  
ret, Ardālē cuidam ex numero ducum traditus  
puniendas. Is autē cum reuictis post terga mani-  
bus, oculisque fascia obstructis, in conspectum  
Romanorum veluti capite cæsurus produxit.  
Verā ille dum gladium Iudeus educeret, ad c Proba Re-  
Romanos refugit. Hūc <sup>c</sup> Titus quoniam ab ho- mani milie-  
stibus esset elapsus, non est passus quidem oc- ti ab Iu-  
eldi, indignū vero esse Romanorū militem in- dei capi-  
dicauit, quia viens fuerat captus: & armis abla-  
tis eū agmine pepulit, quæ res prudēti viro gra-  
uior esse morte videbatur. Postero autem die  
Romani, ve sis in fugā ex inferiori ciuitate la-  
tronibus, omnia Siloam usque igni tradidere. &  
epidē quidem gaudebat absenti, rapinis vero

*An. mundi* carebant: quoniā latrones exinanitis prius omnibus, in superiorem ciuitatem recedebant. Erant namque illis malorum quidē nulla poemitudo: arrogantia autē tanquā in rebus secundis.

*4034.  
a Christo  
natis 72.  
a India in  
media cala-  
mitate arro-  
gantes.*

Denique ardere ciuitatem latēs vultibus aspicientes, alaci voto morte se expectare dicebāt, quod peremptio populo, incenso templo, & flagante oppido, nihil essent hostib reliqui. Sed tamen Iosephus in extremis eorum rebus, pro reliquiis ciuitatis obsecrando labo: abat. Sed multa quidem in eorum crudelitatē atque impietatem locutus, multa verē pro salute adhortatus, nihil amplius quam elusus est: quia neque se tradere propter iuriandum patiebantur, neque pugnare cum Romanis ex aequo iam poterant, veluti custodia circumuallati cædisq. insuper pugnare sū per consuetudo dexteras commouebat. Dispensiū ex aquo autē per ciuitatē, per ruinas latitabant, profuge posse.

*b India: Ro-  
manis sepe  
tradere se-  
cussant, nec  
pugnare sū  
autē per ciuitatē, per ruinas latitabant, profuge posse.*

autē capiebantur; & mnesque interficiebantur. nam propter inediā fugere non valebant, mortuos autem canibus proiiciebant. Omne autē pereundi genus, fame leuius videbatur: adeò ut ad Romanos quicquid sine licentia, etiam desperata misericordia, tam fugerent: atque in sediciose: à cæde non cessantes, sponte incidenter: nullusque in ciuitate locus vacuus erat: sed cuncta mortuos habebant, quos fames aut latrones confecerant, & cadaveribus eorum plena erant, qui alimentorum penuria vel seditione perierant. Tyrannū ac latronū autē fouebat, fictionēmq. latronum, spes sū pes vlti: ultima sita in cloacis: quod si fugissent, minimē sua in cloa- inueniri posse arbitrabātur: sed peracto excidio post Romanorum digressum prodire ac fugere cogitabant. Id autē planè illis erat somniū. Nec enim vel Deum, vel Romanos fuerant latitari. Tuc quidē subterraneis fricti, plura quam Romani

*c Tyranno-  
nū ac latro-  
nū autē fouebat, fictionēmq. latronum, spes  
sū pes vlti:  
sua in cloa-  
sis.*

post Romanorum digressum prodire ac fugere cogitabant. Id autē planè illis erat somniū. Nec enim vel Deum, vel Romanos fuerant latitari. Tuc quidē subterraneis fricti, plura quam Romanū

mani concremabant, & qui ex incendiis fugientes in cuniculos descendissent, eos improbe ne-  
teabant itemque spoliabant. *Quinetiam cibum sicut  
bi repetissent, concretum sanguine rapientes,  
devorabant.* Erat autem inter se illis iam rapinariū  
causa bellum, eosque putauerim, nisi excidio  
præuenti essent, nimia crudelitate mortuorum  
quoque corpora degustaturos fuisse.

*An. mundi  
4034.  
Christo nato  
72.*

*Superior pars ciuitatis oppugnatur, & confa-  
guus aliquis Iudeorum ad  
Titum.*

#### C A P. XV.

**C**æsar autem fieri non posse prospiciens, vt  
finc aggeribus superiorem caperet ciuitatem  
in prærupto vndeque loco sicam distribuit ope-  
ribus militem vigesimo die mēsis Augusti. Erat  
autem transuersio materiæ difficilis omnibus,  
vt dictum est, circum ciuitatem usque ad centes  
imum stadium in priorum aggerum extuctio-  
nem detonsis. Quatuor quidem legionum opus  
in occidentali parte ciuitatis contra aulam re-  
giam erigitur, auxiliariū vero manus, & cætera  
multitudo xystum versus, ac pontem & Simo-  
nis turrim, quam cum Ioanne bellum gerens, pro-  
castello sibi ædificauerat. His autem diebus, Idu-  
mæorum duces clām congregati, consilium de ducis clām  
sui traditione cepere: missisque ad Titum quin-  
que, ut dexteram sibi daret, precabantur. Ille ve-  
ro tyrannos esse cessuros Idumæis ab-  
sunt tractis, quoniā belli pars videbatur, sero quidē, ne sapienter  
veruntamen vitam his pollicitus, legatos remi-  
fit. Discessum autem parantibus Simon præsensit,  
& eos quidem, qui ad Titum perrexerāt, quin-  
que viros statim occidit: duces vero quoru nobilissimus erat Sosæ filius Iacobus, correptos in  
custodiam coniicit. Nec multitudinem Idu-

*Ad mundi magorum, abductis rectoribus quid ageret neſcientem, sine custodia habebat: sed diligētoribus eam custodiis amplectebatur: & tamen custodes profugientibus obſtare non poterant.*

4034.

*A Christo*

anno 72.

*Quamuis enim multi necarentur, plures tamen erant qui fugerent. Omnes autem ſuſtipieban- tur à Romanis, quod Titus nimia lenitate priora præcepta neglexerat, ipsique milites iam ſpe lucri, & ſatietae, cædibus temperabant. Sola e- nīm relicta plebe, aliud vulgus cum coniungibus ac liberis, paruo quenque prelio venundabant. Cūm multi autem diſtraherentur, & emptores pauci eſſent, quanquam voce præconis edix- erat, ne quis ſolus tranſufereret, ut eo modo fami- lias ſuas educerent, tamen hos quoque recipie- bat, appofitioſis, qui ab hiſ ſecernet, ſi quiſ di- gnus ſupplicio videretur. Et infinita quidē mul- titudo venit. Ex populo verò ſeruati ſunt plus quam quadraginta millia, quos imperator quo- modo cuique gratū erat, dimiſit. Iſdem autem diebus, etiam ſacerdotū vnoſ, filius Thebuthi, nomine Ieſus, accepta fide ſalutis à Cæſare, ut de ſacris donariis quædā traderet, egreditur, ac tra- dit ex fani pariete candelabra duo: his que in templo etant poſita, ſimilia, mensaſque & cra- teras, & pateras, omnia ex auro ſolido & grauiſſimo facta. Tradit etiam vela, & Pontificum iu- diumenta, cum gemmis. & vafa multa ſacrificio comparata. Quin etiam cuſtos ſacrae pecunia compreheſus, Phineas nomine, uestes & ci- gula ſacerdotū oſtendit: multāmque purpurata & coccum, que ad uſum reponita carapetasma- tis ſeruabantur. Cum quibus aliquantum ci- nna- mi erat, caſiſ pigmentorū inque aliorum mu- citude, quibus commixtis Deo in dies ſingulos a- dolebant. Tradita autē ſunt ab eo & ex aliis opib- bus inuita, & ſacra ornamenta non pauca: quorū*

*a Ex populo*40. *milia.**ſeruati.**b Ieſus fa-**cerdos The-**buthi filium.*

*ſeruati. Et infinita quidē mul- titudo venit. Ex populo verò ſeruati ſunt plus quam quadraginta millia, quos imperator quo- modo cuique gratū erat, dimiſit. Iſdem autem diebus, etiam ſacerdotū vnoſ, filius Thebuthi, nomine Ieſus, accepta fide ſalutis à Cæſare, ut de ſacris donariis quædā traderet, egreditur, ac tra- dit ex fani pariete candelabra duo: his que in templo etant poſita, ſimilia, mensaſque & cra- teras, & pateras, omnia ex auro ſolido & grauiſſimo facta. Tradit etiam vela, & Pontificum iu- diumenta, cum gemmis. & vafa multa ſacrificio comparata. Quin etiam cuſtos ſacrae pecunia compreheſus, Phineas nomine, uestes & ci- gula ſacerdotū oſtendit: multāmque purpurata & coccum, que ad uſum reponita carapetasma- tis ſeruabantur. Cum quibus aliquantum ci- nna- mi erat, caſiſ pigmentorū inque aliorum mu- citude, quibus commixtis Deo in dies ſingulos a- dolebant. Tradita autē ſunt ab eo & ex aliis opib- bus inuita, & ſacra ornamenta non pauca: quorū*

*c Phineas**ſeru pro-**mīo cuſtos**comprehen-**ſiu.*

*gratias*

*compreheſus, Phineas nomine, uestes & ci- gula ſacerdotū oſtendit: multāmque purpurata & coccum, que ad uſum reponita carapetasma- tis ſeruabantur. Cum quibus aliquantum ci- nna- mi erat, caſiſ pigmentorū inque aliorum mu- citude, quibus commixtis Deo in dies ſingulos a- dolebant. Tradita autē ſunt ab eo & ex aliis opib- bus inuita, & ſacra ornamenta non pauca: quorū*

gratia, licet vi capto, vt transfugæ tamen data  
est venia.

A. mundi  
4034. A  
Christo nasc  
72.

*De occupata reliqua parte cincturis.*

C A P. XVI.

**I**am verò perfectis aggeribus, Septembribus mē-  
sis die septimo, qui erat à cepto opere octa-  
vus & decimus dies. Romani quidē machinas  
admovebant. Seditiosorum & auē alij, qui ciui- a Sedicio-  
tate desperauerant, muris relictis in Actā rece- rum alij in  
debant, alij sc̄ in cloacas demittebant: multi di ~~Actam re-~~  
spositi prohibebant eos qui atletes applicarent: ~~sedunc~~, alij  
hoc autem superabant multitudine ac virtute se in cloacas  
Romani: quōdque maximum est, iacti moestos ~~demissunt~~.  
atque iam debiles. Cūm autem pars esset aliqua  
muri subruita, nonnullæque turres arietibus pul-  
satæ cessissent, statim quidem propugnatores  
earum diffugient: timor b autem etiam tyran⁹ c Timor &  
nos necessitate maior inuadit, nā & prius quā corpori tyran⁹  
transgrederentur hostes, torpore tenebatur, & normis  
ad fugiendum suspensi erant. Videres autē pau-  
lo antē superbos, & factis impiis arrogantes, ita  
tunc humiles esse ac tremere, vt miseranda es-  
set, quanquam in nequissimis, tanta mutatio.  
Conati sunt quidem ambitu & muro, quo moe-  
nia eingebantur, inuaso atque perrupto, custo-  
des pellere, atque egredi: cūm verò, quos ante  
fideles habuerant, nusquam viderent, fugiebat  
quō quemque necessitas impulisset. Adeuntes  
autē alij, cūm totum ab occidente murum sub-  
uersum esse nunciarent, alij subiisse Romanos,  
ac etiam propinquare se querentes, alij etiam  
videre hostes in turribus affirmarent: meru fal-  
lente conspectum, in ora prostrati: pro sua de-  
mentia querebantur: ac veluti succisi neruos,  
quā fugerent hæsitabant. Vnde & maximè quis,  
& virilis Dei perspexeris, cōtra iniustos, & fuc-

tunam Romanorum. Tyranni & siquidem semet  
~~An. mundi~~  
 ipsos tuitione priuate, ac sponte de turribus  
 4034. descendere: vnde vi nunquam, sola verò fame ca  
~~1 Christo~~  
 nato 72. pi poterant. Romani verò qui tantum in muris  
 inferioribus laborauerant, eos quos instrumen-  
 a Tyranni se- tis non potuissent, nunc fortuna cepere. Omni-  
 met ipsorum bus enim machinis tres turres validiores erāt,  
 sione pri- de quibus suprà memorauimus. Relictis itaque  
 manu, ac spō his, vel (quod est verius) Dei nutu ab his depul-  
 tē de turri si, confessim quidem ad vallē Siloam confuge-  
 descendunt, re. rursus autem ubi à inetu paululum respira-  
 vnde vi nū verunt, munitionem qua murus erat accinctus  
 quādam, sola ex ea parte petiere. Vñ autem infirmiori auda-  
 verò fame cia, quam necessitate (iam enim vites eorum la-  
 capi posse- bor, metus & calamitas fregerat) à custodibus re-  
 gant.  
 b Romani truduntur: & per diuersa disiecti, in cloacis de-  
 litescunt. Romani verò muris portati, signa in  
 urbe ac vi- turribus posuere: & plausu atque latieia victo-  
 gloria pa- riam & castu celebrabant, quōd principio finē  
 tissimis: belli multò senserant leuiorem. Denique sine  
 sanguine mortuum nati, nouissimum non esse  
 credēbant: cūmque nullum reluctantē videret,  
 pro incerto mirabantur. In angustias viarum  
 strictis gladiis fusi, & quos cepissent interficie-  
 bāt nullo discrimine: domosque totas, cū omni-  
 bus qui eō configuerant, igni tradebant. Multas &  
 e Integra verò vastantes quæ p̄rædæ causa penetravissent,  
 mortuorum integras mortuorum familias, & plena mortuis  
 mortuæ, & testa, quos famæ confecerat, offendebant. I-  
 plena mor- psūm deinde horrentes aspectum, vaquis mani-  
 bus egrediebantur. Nec tamen eo modo perem-  
 tissimæ. pros miserantes idem etiam circa viuos patie-  
 bantur. sed vnumquemque obuim transfigen-  
 do, & angusta viarū cadaueribus obstruendo, ro-  
 tam ciuitatem sanguine diluere, ut pleraque in-  
 censorum cædes extinguerent. Et occidentes  
 quidem respere cessabat, nocte verò crescebat  
 incendium,

incendium. Ardentibus autem Hierosolymis,  
illuxit dies Septembris mensis octauus ciuitati,  
tot clades cum ob sideretur expertæ, quot bonis si vfa esset ex quo fuerat condita, inuidenda  
fuisse: nulla tamē alia re tantis infelicitatibus  
digna, nisi quod talem progeniem qua subuersa  
est, edidit. Intrò autem Titus ingressus, & alia, a Ciuitatis  
& ciuitatis munitiones ac turrium cautes munitiones,  
ratus est, quas tyranni per demetiā deseruerat. ac turrium  
Conspicta quidem earum solida altitudine, i- cautes, quos  
tēisque magnitudine, subtilique lapidum com tyra nī per  
paginae singulorū, quantumq; paterent vel quā demoniam  
tum erigerentur. Deo, inquit, planè adiuuante deseruerant,  
pugnauimus, & Deus erat, qui deuixit ab istis insuperabili-  
mumentis Iudeos. Nam quæ hominum mai- les  
nus, aut quæ machinæ ad istas valerent? Tunc  
quidem multa eiusmodi cū amicis collocutus  
est, quos verò à tyrannis vincitos in castellis re- b Fortune  
perit, relaxauit. Cum autem alia ciuitatis dele- monumenū.  
ret, murosque subuerteret, eas turtes fortunæ  
suz monumentum reliquit: qua commilitante  
his potitus fuisse, quæ capi nō potuissent. Quia  
ergo milites interficiendo defatigabantur, ma- c Senes et dā  
gnaque adhuc extabat superstitem multitudi- biles. Iudei  
bus, solos quidem armatos Cæsar, & qui manum  
opponerent, iubet interfici, reliquam verò mul- trucidatur,  
titudinem saluam esse. Illi autem cum his, sūtiens  
quos occidi mandatum fuerat, etiam senes, ac  
debiles trucidabant: vegetos autem atque vti- seruuntur,  
liores coactos in templum, in destinatū mulieribus ambitum concluserunt. Custodem autem seruauerunt,  
his Cæsar apposuit vnū ex libertis, & amicum suum Frontonem, qui fortunam quam quisque  
meritus esset, decernet. Ille autem latrones  
quidem omnes, atque seditiones, cum alias ab  
alio indicaretur, occidit: iuuenes autem lectos,  
qui procero atque formoso essent corpore, tripli

*An. mundi 4034. A. Christi anno 72.*

pho seruabat: ex residua multitudine septem & decem maiores annis, vincos mittit ad Egyptum, operibus deputandos. Plusimos autem per provincias Titus distribuit, in spectaculis ferro & bestiis consumendos. Qui verò infra decimum & septimum annum gratis agerent, venati sunt. Isdem autem diebus, quibus secernebantur à Frontone, mortui sunt fame duodecim millia, quibus partim odio custodum non præbebat cibus, partim ipsi viros fastidio tenebantur. Etat autem præ multitudine hominum frumenti penuria.

### De numero captiuorum, & peremptorum.

#### C A P. X V I L

**Captiuorū** **E**t<sup>b</sup> captiuorum quidem omnium qui tuto & per tempore bellū comprehensi sunt, nonaginta & septem pars obfidiæ millium comprehensus est numerus, mortuorum vero per omne tempus obsidionis undevices centum millia. Horum plerique gentiles fuerunt, sed non indigenæ: ab omnibus enim regionibus ad azymorum diem festum congregati, bello subito circumfusi sunt: Vbi primo quidem illis pestifera lues ex ioci angustia nasceretur, deinde citius famæ. Quod autem caperet tantam hominum multitudinem ciuitas, certum erat ex his, quai sub Cestio fuerat enumerata. Is enim tunc vices ciuitatis ac florem Neroni significare cupiens, contemnenti nationem à Pontificibus petuit, ut si quomodo possent multitudinem numerarent. Illi autem, cū dies festus ad esset: qui Pascha vocatur, quando à nona quidem hora usq; ad undecimam hostias cœdunt, per singulas vero contubernia noua puerorum quæcum decem virorum sunt: solum enim edulari non licet, multi etiam vicini conueniunt, hostiarum quidem ducenta & quinquaginta sex millia & quin-

quingentas numeraverem. Erunt autem, ut de- Anno mccccclxxvii  
4034.  
A Christo  
naso 72  
 nos epulatores per singulas imputemus, vicies  
 centena ac septingenta millia, sancti omnes ac  
 puti: nec enim leprosis siue vitiliginosis, aut se-  
 mine fluentibus, quos gonorrhoeicos vocant, ne  
 que mulieribus menstruo cruento pollutis, neq.  
 aliis inquinatis participare sacrificia permitto-  
 batur: sed nec alienigenis quidem, nisi qui reli-  
 gionis causa venissent. Magna vero haec multi-  
 tudo ab extraneis congregabatur. Tunc tamen  
 velut in carcerem tota gens fato conclusa est,  
 & farta hominibus ciuitas bello obsidebatur. I-  
 taq; superat omnia humana, & diuinitus emis-  
 sari pestem numerus peremptorum, quos pat-  
 tem palam occidere partim cepere Romani. Ri-  
 manentes enim cloacas, & sepulchra eruentes, a Romanis  
 quos offendissent ingulabant. Inuenti autem cloacarum ri-  
 suerunt ibi quoque plus quam duo milia quorum manus &  
 altij manu sua, plures autem mucros se vulneri- sepulchra e-  
 bus interfecerant, cum alios fames corrupti essent, eruentes,  
 Fodus autem corporum odor introeuntibus multas operas  
 occubuerat, adeò ut statim multi recederent, a- invenientur.  
 Iij plura habendi cupidine, congesta cadavera  
 calcantes, se immergetent, multæ namque opes  
 in cuniculis inueniebantur, nefasq; omnē viam  
 lucri faciebat. Subducebantur autem multis, quos  
 tyranni vinxerant: nec enim in extremis à cru-  
 delitate cessauerant. Vltus est autem Deus v-  
 erunque merito. Et b Ioannes quidem oppres- b Ioannes  
 sus fame cum fratribus in cloacis, quam sp̄e & Simonis  
 despexit, a Romanis dexteram sibi dati prece- clausis in-  
 tus est. Simon vero multa vi cum necessitate atri ea-  
 hucatus sicut infra designabimus, semet tradi- pinnatur.  
 dit. Seruatus est autem alter triumpho. Ioannes  
 autem vinculis sempiternis. Romani vero ex-  
 tremas urbis partes incendunt, murisque sub-  
 vertuntur.

4034.  
A Christo

nato 73.

a Hierosolyma quinque annis usque ad vestigia eius.

C A P . X V I I I .

Ta quidem Hierosolyma capta est , secundo anno principatus Vespasiani , Septembbris mensis octauo die. Quoniam autem prius capta , tunc iterum vastata est. Aegyptiorum quidem Rex Asochæus , & post eum Antiochus , deinde Pompeius , & post hos cum Herode Sosius captam urbem seruauete. Antea vero Rex Babyloniorum caput excedit: post annos ex quo aedificata est , mille trecentos sexaginta , & menses octo , & dies sex. Primus autem conditor eius fuerat Chananzorum dynasta qui patris lingua Iustus appellatus est Rex. Erat quippe galis. Ideoque sacerdotium Deo primus exhibuit , & fano primum aedificato , Hierosolymam ciuitatem vocauit , cum ante Solyma vocareretur. Chananzorum quidem populo Rex Iudeorum David pulsus , coleam suu populo tradidit: & quadringentesimo sexagesimo quarto anno post , annis tribus , à Babylonii exuersa est. A Rege autem Davide qui primus Iudeus in ea regnauit , vsque ad id quod Titus fecit excidium , anni mille centu septuaginta nouem. Ex quo primum autem condita est , vsque ad excidium , anni duo millia centum septuaginta septem . Sed enim neque antiquitas , neque ingentes diuitiae , neque per totum orbem terrenum diffusa fama , nec magna religionis gloria quicquam innuit , quo minus periret. Talis quidem finis Hierosolymorum obsidionis fuit. Postquam vero quos occideret , quidve raperet , non habebat exercitus , quod iratis animis omnia deerant ( nec enim parcendo si esset quod agerent , abstinuissent ) iubet Cæsar totam funditus iam eruere ciuitatem a templis : scilicet quidem turribus , quæ præter alias

In Romanis totam funditus eruisse ciuitatem ac templa.

alias eminebant, Phasaelo, & Hippico, & Maramme: murique tanto, quantum ciuitatem ab occidente cingebat. Id quidem, ut esset castellum illic custodiaz causa relinquendis: turres autem, ut posteris indicarent quallem ciuitatem, quamvis munitissimam Romanorum virtus obtinuisse. Alium vero totum ambitum ciuitatis ita complanauerunt diruentes, ut qui ad eam accessissent, habitatam aliquando esse vix crederent. Hic quidem finis eorum dementia, qui nouas res mouere tentaverunt. Hierosolymis fuit: clarissima ciuitati, & apud omnes homines praedicatissima.

### *De premio militum.*

#### C A P. X I X.

**C**æsar autem præsidio quidem illic statuit relinqueret decimam legionem, nonnullasque alas equitum, ac peditum cohortes. Onib. autem belli patribus administratis, & laudare vniuersum cupiebat exercitum, pro rebus fortiter gestis, & debita viris fortibus præmia persoluere. Composito autem in medio ante castra magno tribunali, stans in eo cum procœrum eminentissimis, unde ab omni milite posset audiiri, magnam illis ait habere se gratiam, quæd benevolentia erga se utendo perseverassent. Laudabat autem, quæd per omnia bella mori- a Titu multa geri fuissent, quædq. præliando fortitudinem in gressu militum multis magnisq. periculis monstrassent, patriæ tibi ait ha per se amplificantes imperium: odani bùisque bere se granum facientes hominibus, quia neq. hostiū riam, quæd multitudo, neque munitiones regionum, neque magnitudines ciuitatum, vel audacia incōsulta, & immanitates esseret aduersantium, possint unquam Romanorum vires, vel manus est ferre, quamvis in multis rebus aliqui fortunati

*An. mundi* opitulantem habuerint. Pulchri quidem esse,  
4034. & ait, illos etiam bello finem imponere, quod mul-  
*Christiane* to tempore gestum sit. nec enim optasse his

72. quicquam melius, cum id ingredenterur. Hoc au-  
tē pulchrius atq. præclarior, quod duces Roma-  
ni & administratores imperij, ab his declaratos  
ac præmissos in imperium cugati libenter susci-  
piunt. & his quæ ipsi decreuere, standū putant,  
agentes his gratias, qui legissent. Mirati autem  
se eos ac diligere omnes, quia nemo viribus ala-  
critatem habuit tardiorem. Et illis tamen, qui  
pro maiore vi clarius decertassent, vitamq. suam  
condecorassent fortibus factis, & re bene gesta  
militiam suam nobilitatem fecissent, dixit se ho-  
notes & præmia redditurum: nec nullum eorum  
qui plus alio labore voluisset, iusta vicissitudi-  
ne caritatum, magnamque sibi huius rei fore  
diligentiam, quod magis vellet honorare virtutes  
eorum, qui militiæ socij fuissent, quam punire  
peccata. Confestim ergo iussit eos, quorū par-  
tes sunt, iudicare, quosne sciret fortiter aliquid  
in bello fecisse: & nominatim singulos appel-  
lans, præsentes collaudabat, quasi qui domesti-  
cis rebus gestis nimium luctaretur: & b. coronas  
eis aureas imponebat, & torques longasq. hastas,  
& signa ex argento tacta donabat, & vniuersaliter  
ordinem mutabat in melius. Quin & ex manu-  
biis aurum & argentum, itemque vestes, aliam  
prædam largiter distribuebat. Omnia autem  
ita donatis, ut quisq. se meritum præbuerat, vo-  
lensque cum vniuerso exercitu factis, magno fa-  
uore descendit, vertitoq. se ad sacra pro victoria  
celebranda: magnaque astante boum multitudi-  
ne circum aras, imtholatos omnes exercitui de-  
dit ad epulas, ipse vero cum honoratis per triduum  
latus, milites quidem alios quo quenque  
conuenienter, dimittit. Hierosolymorum autem

a Titus for-  
cibus mili-  
tibus præmis-  
satisceatur.

b Titus mili-  
tibus præda-  
largiter di-  
tribuit.

c Titus sa-  
era pro vi-  
ctoria cele-  
brat.

partes sunt, iudicare, quosne sciret fortiter aliquid  
in bello fecisse: & nominatim singulos appellans, præsentes collaudabat, quasi qui domesti-  
cis rebus gestis nimium luctaretur: & b. coronas  
eis aureas imponebat, & torques longasq. hastas,  
& signa ex argento tacta donabat, & vniuersaliter  
ordinem mutabat in melius. Quin & ex manu-  
biis aurum & argentum, itemque vestes, aliam  
prædam largiter distribuebat. Omnia autem  
ita donatis, ut quisq. se meritum præbuerat, vo-  
lensque cum vniuerso exercitu factis, magno fa-  
uore descendit, vertitoq. se ad sacra pro victoria  
celebranda: magnaque astante boum multitudi-  
ne circum aras, imtholatos omnes exercitui de-  
dit ad epulas, ipse vero cum honoratis per triduum  
latus, milites quidem alios quo quenque  
conuenienter, dimittit. Hierosolymorum autem

auto-

custodiam decimam legioni eredit: neque ad Eu-  
phratem, ubi pridem fuerat, eam remisit. Duo-  
decimam verò legionem, memor quod Cestio Christo na-  
duce Iudeis cesserat, totam Syria pepulit: erat ~~is~~ 72.  
enim olim apud Raphinaz, ad Meliten au-  
tem, quæ sic vocatur, misit. Hæc ad Euphratatem  
in confinio Armeniz & Cappadociz sita est.  
duas verò sibi obsequi satis esse duxit, donec ad  
Egyptum perueniret, quintam & quintam deci-  
mam legiones. Deinde cum ad maritimam Ca-  
ræcam cū exercitu descendisset, in eam mapu-  
biarum multitudinem reposuit, captiuosque ibi  
affluari præcepit, quod ad Italiam navigare  
tempus hyemis prohibebat.

*De navigatione Vespafiani, deque comprehensio Si-  
monis & spectaculo die natalicio  
exhibito.*

C A P. X X.

**P**er hunc verò tempus, quo Titus Caesar ob-  
sidionis causa apud Hierosolymam cōmo-  
rabatur, ascensia navi oneraria Vespafianus Rhe-  
num transmisit. Hinc autem vectus triremibus  
postquam omnes quas præternavigauit ciuita-  
tes inuisit, ab his cum votis exceptus: in Græciā  
ex Ionia transit. Egressus deinde Corcyra in Ia-  
pygiam delatus est, vnde iam terra iter agebat.  
Titus c autem ex maritima Cesarea reuersus, in c Spella-  
Cesaream quæ Philippi vocatur, aduenit, diu-  
que ibi commorabatur, celebrans omnia genera celebraq.  
spectaculorū: multisque in ea captiui consumpti  
sunt, alij bestiis obiecti, alij autem caterua-  
tim more hostium inter se depugnare coacti.  
Hic Simonem etiam Giorz filium comperit,  
hoc modo comprehensum. Iste Simon cū Hie-  
rosolyme ob sideretur in superiori ciuitate con-  
stitutus, postquam muros ingressus exercitus

totam vastate ciuitatem coepit, tunc fidelissimi  
 mis amicorum ascitis, & lapidariis cum ferramentis eorum necessitatibus congruis, & alimentis  
 que multis diebus sufficere possent, vnam cū illis  
 omnibus in quandam occultiorem cloacam sese  
 demitterit. & quoad fossa patebat, illi progrediebantur: ubi vero soliditas obstitisset, eam sufficiebant, sperantes posse ulterius progressos tam suffudit, ac tunc emergere posse. alimenta, quamvis parte his veterentur, eos deficiebant, tunc igitur velut stupore posset Romanos fallere, albis tunicis, innexaque fibula, ac chlamyde purpurea indutus, illo in loco ex terra editus ubi templum antea fuerat apparuit. Ac prima quidem obstopuere qui eum viderunt, locisque suis manebant. deinde propius cum accessissent, quis esset percontati sunt. & id quidem Simon non dicebat, inubebat autem ad se ducem vocari, statimque accessitus ab his qui ad eum ecucurrent, venit Terentius Rufus: namque is rector militie relatus erat. Omni autem ab eo veritate comperta, ipsum quidem vincitum custodiebat: Czefari vero quemadmodum esset comprehensus, indicauit. Simonem quidem in vltionem crudelitatis, qua in ciues suos amare ac tyrranicè fuerat vsus, in potestate hostium quibus maximum iniuriam erat ita Deus posuit, non vi subditum eorum manibus, sed sua sponte ad supplicium adductum: propterea quod plurimos ipse crudeliter interemerat falsis criminationibus insimulatos, defectionis scilicet ad Romanos. Nec enim potest iram Dei effugere nequitia, nec inualida res est iniustitia, sed quādoque sui temeratores vlciscitur, & graviorēm penam ingedit criminosis, cum iam se libera-  
 tos

**b** Nequitia  
 iram Dei  
 effugere ne-  
 quis.

tos esse crediderint, eo quod non statim lucre  
commissa. Id etiam Simon didicit, postquam in  
Iras Romanorum incidit. Illius <sup>a</sup> autem ascensus  
a terra, magnam etiam aliorum seditionorum  
multitudinem iisdem diebus fecit in cloacis de-  
prehendi. Cæsari autem maritimam Cæsaream  
reuerso vincens Simon oblatus est. & illum qui-  
dem triumpho, quem Romæ actus erat, ser-  
uari iussit. ibi autem moratus, fratris sui natalē  
diem clarissimè celebrabat, multam partem  
damnatorum eius honorari attribuens. Nume-  
rus <sup>b</sup> enim eorum qui cum bestiis depugnauerunt, <sup>b</sup> In pœna-  
quisq. ignibus cremati sunt, & inter se digladio. <sup>c</sup> Cesa-  
tores periisse, duo millia quingentos excessit. <sup>rea 2500.</sup>  
**Omnia tamen Romanis videbantur hæc liget Iudei pe-**  
mille modis illi consumerentur, minus esse sup-  
plicij. Postea Cæsar Berytam venit (hæc autem est  
ciuitas Phœnices prouincie, colonia Romano-  
rum) & in hac quoq. diutius demoratus est, maio-  
re <sup>c</sup> vñsus claritudine circa natalem patris diem, <sup>c</sup> Tunc Pœ-  
tana magnificentia spectaculorum, quam sum-  
pibus altis excogitatis, cum etiam captiuorum tales celo-  
multitudo eodem quo antea modo periret. <sup>bras.</sup>

### De calamitate Iudæorum apud Antiochenos.

#### C A P. X X I.

**E**VENIT autem per idem tempus, Iudeos qui  
apud Antiochiam reliqui erant, acerba &  
exitiosa pericula perpeti, concita in eos Antio-  
chenium ciuitate, tam propter criminationes  
illatas eis in presentia, quam propter ea que  
fuerant non multo ante commissia, de qui-  
bus necessarium mihi videtur pauca praedicere, <sup>d</sup> Iudeos  
vt etiam que postea gesta sunt, consequēti mar- <sup>gens muli-</sup>  
tatione referamus. Iudeorum <sup>d</sup> namq. gens mul- <sup>corus orbis</sup>  
tū quidē totius orbis indigenis assiminata est. <sup>indigenis af-</sup>  
Plurimum autem Syria vicinitate permixta <sup>assimilata,</sup>

principiè apud Antiochiam versabatur, propter magnitudinem civitatis, maximè verò his libera-  
ram domiciliij facultatē Reges, qui post Antio-  
chum fuerant, præbuerunt. Namque Antiochus,  
quidem, qui Epiphanes dictus est, vastatis Hiero-  
polymis templum spoliavit. Qui verò post eū  
regnum affecuti sunt, quicquid æneum in da-  
nariis fuit, hoc Iudeis apud Antiochiam degé-  
tibus reddidere, in eorū synagoga dedicatum.  
concesseruntque ut pari cum Græcis iure ciuile-  
tis uterentur. Asceutis quoque postea Regibus  
eodem modo tractati & multitudine profece-  
re, & exultatione itēnque magnificentia munere-  
num templum clarissim redidere: semperq. reli-  
giōne sibi sociantes magnam paganorum mul-  
titudinem, etiam illos quodammodo sui partē  
secere. Quo tempore autem bellum fuerat con-  
clamatum, & recens in Syriam Vespasianus

*a. Antiochus  
Iudei se-  
duciens ma-  
gna calamiti-  
tē in An-  
tiochia au-  
to.*

detatus est nauigio. Iudeorum verò odiū apud omnes pallulabat, nūc <sup>2</sup> unus eorum Antiochus  
quidam plurimum patris causa honorabilis: er-  
at enim princeps apud Antiochiam Iudeorum  
cum Antiochenium populus concionaretur in  
theatro, progressus in medium, patrem suum &  
ceteros deferebat, insimulans eos quod una no-  
ste totam cimitatem incendere statuissent, & ve-  
luti huius consiliij participes quosdam hospites  
Iudeos tradidit. His autē auditis, populus iram  
cohēdere non poterat: sed in eos quidem quē  
traditi fuerant, ignem iussit affetti: statimq. om-  
nes in theatro concremati sunt. In multitudinē  
verò Iudeorum properabat irruere: si eos cœle-  
stiter vlti essent, patriam suam feruatum iri exi-  
stimantes. Antiochus autem iracundiam magis  
ascendere, mutata voluntatis argumentum.  
quodq. Iudeorum mores odisset, exhibere se  
eredens, si paganorū ritu sacrificare: idēq. iussit

& ceteros compelli facere: tenuendo enim mā <sup>Anno mūndi</sup>  
nifestos infidatores fore. Huius autem rei pe- <sup>4034.</sup>  
ticulo ab Antiochenisibus factō , pauci quidem <sup>A Christo</sup>  
consenserunt. alij verò qui noluerunt, perem- <sup>nare 72.</sup>  
pti sunt. Antiochus <sup>a</sup> autem acceptis à Romano-  
rum duce militibus s̄eu ius instabat suis ciui- <sup>a Antiochus</sup>  
bus, nequaquam eos die septimo ab opere ces- <sup>sui ciuibus</sup>  
sare permittens. sed omnia cogens facere, qua- <sup>persidu.</sup>  
diebus aliis agerent. Tamque <sup>b</sup> validam neces-  
sitatem imposuit, vt non modò apud Antiochiā <sup>septimi dñe</sup>  
septimi diei feriæ soluerentur, sed ab hoc ex- <sup>ferijs Iudeis</sup>  
ordio in ceteris quoque ciuitatibus ad breue <sup>interdicit.</sup>  
similiter tempus fieret. Iudæis <sup>c</sup> autē apud An- <sup>c Iudei ad</sup>  
tiochiam tunc eiusmodi mala persexis, altera <sup>apud Antio-</sup>  
denuò calamitas accidit: de qua narrare conati,  
hæc quoque persecuti fuimus. Nämque quod <sup>chiam alte-</sup>  
quadratum forū exuti contigit, & archiuia mo- <sup>ra calamiti-</sup>  
nimentorumq; receptacula publicorum, itēm-  
que basilicas, vixque ignis inhibitus est super  
omnem ciuitatem magna nimis vi ruens, huius  
facti Antiochus Iudæos accusat & Antiochen-  
ses, quos scilicet si his infecti antea nō fuissent,  
recenti tamen ex incendijs tumultu facile calū-  
nia per pulisset, multò magis ex anteactis fidem  
habere dictis suis persuasit, vt penè se vidisse  
ignem à Iudæis iniici arbitratetur: & tanquam  
furore correpti magno cum ardore cuncti ad-  
uersus eos qui accusabantur, imperum face-  
rent. Vix autem motus eorum potuit repreme- <sup>d Homines</sup>  
re Collega adhuc iuuenis legatus postulans sibi quidam no-  
permitti referre ad Cæsarem gesta. Rectorem <sup>contissimè</sup>  
namque Syriæ Cæsarium Pætum iam quidem necessitate  
Vespasianus ad eam miserat, nondum autem debiornum  
ille peruenerat. Habita verò diligentí qualio- <sup>forum &</sup>  
ne Collega reperit veritatem. & eorum quidem scripta p̄ua  
Iudeorum quos Antiochus accusauerat, nemo blam com-  
concius fuit. omne <sup>e</sup> autem facinus admisere crederant.

An. mundi homines quidam nocentissimi necessitate dæ  
4034. abitorum: rati quod si forum & scripta publica  
Christo nato concremasset, exactione liberarentur. Iudei  
72. quidem pro suspensis criminationibus futura  
expectantes, magno timore fluctuabant.

*Quomodo Vespasianus rediens, à Romanis  
exceptus est.*

## C A P. XXII.

a Urbe Ro- **T**itus autem Cæsar à patre sibi allato nu-  
mera summa summa alacri- cio, quod vniuersis quidem Italiz ciuita-  
tibus desiderabilis perueniasset: maximè verò,  
rare & cla- quod urbs eum Roma summa cum alacritate  
ritudine & claritudine suscepisset, in maximam lati-  
tudinemque translatus est, cuius de eo  
Vespasianum suscepis. ita, ut sibi erat suauissimum liberatus. Vespa-  
sianum enim etiam longè absentem, omnes ho-  
mines Italiz voluntatibus ut præsentem cole-  
bant: expectationem suam, quod nimis eum  
venire cupiebant, pro eius aduentu ducentes,  
& omni habentes necessitate liberam erga il-  
lum benevolentiam. Nam & senatus memor  
calamitatum, quæ mutatione principum con-  
tagissent, optabat imperatorem suscipere sene-  
cūtis honore belliorūq; gestorum maturita-  
te decoratum, cuius præsentiam sciebat soli sa-  
luti subiectorum commodaturam: & populus  
malis intestinis sollicitus, magis eum venire cu-  
piebat: tunc se calamitatibus quidem pro cer-  
to absoluendum esse confidens, antiquam ve-  
rò libertatem cum opulentia recepturum. Præ-  
cipue milites ad eum respiciebant. hi enim ma-  
xime bellorum per illum patratorum nouerant  
magnitudinem, imperitiam verò aliorum du-  
cum experti atque ignaviam, magna quidem

se opta-

se optabant turpitudine liberari. eum vero qui  
se & seruare & honestare solus posset, reci-  
pere precabantur. Cum vero hac beneuolen-  
tia diligenteretur ab omnibus, honore quidem  
principis virtutis vterius expectare intolerabile  
videbatur. sed eum longissime ab urbe Roma a Vespa-  
conuenire ante properabant. Nec tamen quis-  
quam moras eius conueniendi ferebat, sed ita obuiam pro-  
simul omnes effundebatur, & vniuersis facilius cedens.

& promptius ire quam manere videbatur, ut e-  
tiam ciuitas ipsa tunc primum intet se iucun-  
dam sentiret hominum charitatem. Erant au-  
tem pauciores abeuntibus remanentes. Vbi  
vero eum appropinquare indicaretur, quamq;  
mansuetè singulos suscepisset, qui præcesserant,  
nunciatum est. Omnis iam reliqua multitudo  
per vias cum coniugibus & liberis præstola-  
bantur: & quod transiens aduenisset videndi e-  
ius voluntatem, vultusque lenitatem omnium  
generum vocibus prosequabantur, benemerita-  
tum & salutis datorem, solumque dignum Ro-  
manorum principem appellantes. Tota verò ci-  
uitas veluti templum erat, certis atq; odoribus  
plena. Cum vero vix per circumstantem multi-  
tudinem in palatium venire potuisset, ipse b. Titus ad-  
quidem penatibus diis aduentus sui gratulato-  
ria sacra celebravit. Vertunt autem se ad epulas gratulato-  
ribus, perque tribus & cognationes & vicinias via sacra  
eouia exercentes, Deo libabant, & ab eo pre- celebraz.  
abantur ipsum Vespasianum: quām plurimam  
temporis in Romano imperio perseverare, &  
filium eius, & qui ex his nascerentur seruari  
inexpugnabilem principatum. Vrbs quidē Ro-  
mana Vespasiano ita suscepto, statim maxima  
felicitate crescebat.

An. mundi

4035.  
A Christo  
mense 7.

*a Defectione  
Germanorum &  
Gallorum  
ab Romanis  
causa.*

FLAVI JOSEPHI  
*Domitianus gesta contra Germanos & Gallos.*

CAP. XXIII.

**A**NTE hæc verò tempora, quibus Vespasianus quidem apud Alexandriam erat, Titus vero Hierosolymā obsidebat, magna pars Germanorum ad defectionem mota est: quibus etiam Gallorum proximi conspitantes, magnam spem contulerant, quod etiam Romanorum dominio liberarentur. Germanos autem desiderare velle bellumque infere, sustulit primo natura bonis consiliis vacua, parva spe appetens periculorum, deinde odium principum, quoniam solis sciunt gentem suam vi coactam servire Romanis: nec non equidem maximam tempus eis fiduciam dedit. Nam cum videreat Romanum imperium crebris imperatorum mutationibus intestina seditione turbari, omnemque his subditam orbis terræ partem pendere ac nutare cognoscerent, hoc sibi optimum tempus ex illorum rebus aduersis atque discordiis oblatum esse putauerunt. Id autem consilium dabant, & hac eos spe decipiebat, Clasicus quidam & Civilis, ex eorum potentissimis: qui olim quidem res nouas cupiebant: occasione autem induiti, suam sententiam prodidere. Iamque alacriter afferre multitudinis periculum facturi erant: verum maxima parte Germanorum defectionem pollicita, & cæteris fortasse non dissentientibus, veluti quadam diuina prouidentia, Vespasianus ad Petilium Cerealem, qui pridem Germaniam rexerat, litteras mittit, quibus eum consulem declarauit, iussitque ad Britannias administradas proficiisci. Igitur bille quod iusflus erat abiēs, audita rebellioae Germanorum, eos iam congregatos aggressus magna clade affecit, depositaque amenua ad sobrietatem.

*in Civitate  
Germanos  
ad sobrietatem cogit.*

tem coegit. Sed etiam si ille ad ea loca non ~~An. mundi~~  
 peruenisset, tamen haud multo post erant sup- 40;5.  
 plicia luituri. Nam ut primum defensionis eorum *A Christo*  
 nuncius allatus est Romam, <sup>71.</sup> Domitianus Cesar ~~natus~~  
 hoc auditio, non sicut alter in illa ~~estate~~ fecisset <sup>a Domitia-</sup>  
 (nam admodum adolescens erat) tantum rei ma- <sup>nus Tuis fræ-</sup>  
 gnitudinem suscipere non detrectavit: sed à pa- <sup>ter.</sup>  
 tre habens ingenitam fortitudinem, & supra ~~estate~~  
 exercitatus, illico tendebat in Barbaros.  
 Illi autem expeditionis fama percussi, ei se per-  
 miserunt: luctum hoc ex ea re maximum nacti,  
 ut sine clade pristino iugo subiiceretur. Omni-  
 bus ergo circa Galliam ut oportuit ordinatis,  
 ne facile rursus unquam turbarentur, Domitia-  
 nus clarus atq; insignis, ~~estate~~ superantibus Ea-  
 etis, & patrium decus afferentibus, Romam re-  
 greditur. Cum supradicta verò Germanorum de-  
 fessione, iisdem diebus etiam Scytharum cōue-  
 nit audacia. Nam <sup>b</sup> qui appellantur Sarmatæ, <sup>b</sup> Scytharum  
 maxima multitudine clam transgressi flumen ~~& Sarmata~~  
 Istrum, violenti atq; fœnissimi propter inopina- <sup>rūm impe-</sup>  
 tu in impetum multos Romanorum quos in præ <sup>in Roma</sup>  
 sidiis stendere, interficiunt: & consularem le-<sup>-nos.</sup>  
 gatum Fonteium Agrippam, qui fortiter his ob-  
 viis pugnauerat, occidunt: proximâsq; regiones  
 totas ferendo, atq; agendo, omniâq; incenden-  
 do peruagabatur. Vespasianus autem hoc facto,  
 & vastitate Mæsiæ cognita, Rubrium Gallum  
 mittit poenas de eis sumpturum, à quo multi  
 quidem in præliis trucidati sunt. qui verò salvi  
 esse potuere, cum timore domû refugere. Hoc  
 autem bello magister militum finito etiam fu-  
 turi temporis cautioni consuluit. Pluribus enim  
 & maioribus præsidijs loca circundedit, ut om-  
 nino Barbaris esset impossibilis trahitus. In Mæ-  
 sia quidem ea celeritate debellatum est.

FLAVII JOSEPHI

De amnis Sabbaticis & triumpho Vespasiani  
ac Titus celebrissimo.

An. mundi  
4035. A  
Christo nato

C A P. X X I I I.

73. Princeps <sup>a</sup> verò Titus aliquandiu quidem a Titus per Betyti commorabatur, ita ut diximus: inde omnes Syria autem reuersus, & per omnes quas obiret Syria ciuitates ciuitates magnificentissima celebrans spectaculam, Iudeorum captiuis ad ostentationem clarissima specula. dis eorum aburebatur. Conspicit autem in itinere flum cognitione dignissimum. Is fluit lebrat. medius inter Arcas & Raphanæas Agrippæ regni ciuitates. Habet autem quoddam peculiare miraculum. Nam cum sit quādo fluit plurimus, neque meatu segnis, tamen interpositis sex diebus à fontibus deficiens, siccum exhibet locum videre. Deinde quasi nulla mutatione facta, septime die similis exoritur: atque hunc ordinem semper eum obseruare pro certo compertum est. Vnde b etiam Sabbaticus appellatus est, à sacro Iudeorum septimo die sic denominatus. Ciuitatis <sup>c</sup> autem Antiochenium populus postquam Titum aduentare cognovit, manere quidem intra mœnia præ gaudio non sustinebat. omnes autem obuiam ei pergere properabant, & usque ad trigesimum vel eo amplius stadium progressi, non modo virti, sed etiam fœminæ cum pueris expectabant. Et cum appropinquantem vidissent, ex vitroque via latere stantes dextras cum salutatione tendebant: multisque fauoribus exultantes cum ipso revertebantur. Crebro <sup>d</sup> autem inter omnes alias laudes precabantur, vt Iudeos expelleret ciuitate. Titus quidem nihil precibus istis indulsi, sed otiosè quæ dicebantur audiebat. Incerti autem quid sentiret, quidve facturus esset, Iudei magno & atroci metu tenebantur. Nec enim

b Sabbati-  
cum fluvium.  
c Titus ad  
Antiochiā  
advenit.

d Ciuitū con-  
tra Indaos  
ad Titum  
presso.

enim commoratus est Antiochiae Titus, sed  
 continuo ad Zeugma Euphratem versus iter  
 contendit. Quod Missi etiam ab Rege Parthorum  
**Vologeso** venire, auream ei ferentes coronam  
 quod Iudeos vicisset. Eaque susceptra etiam cō-  
 wium exhibuit regiis, atque ita Antiochiam  
 remeauit. Senatu verò & populo Antiocheni  
 multum petentibus ut in theatrum veniret, vbi  
 omnis eum multitudo præstolabatur, humanis-  
 simè paruit. Rursus autem fortiter iisdem in-  
 stantibus, & crebrò postulantibus expelli ciui-  
 tate Iudeos, ingeniosè respondit, patiam eo-  
 rum dicens, quò expellendi fuerant interisse,  
 nullumque iam esse locum qui eos reciperet.  
 Vnde ad aliam petitionem sese conuertunt An-  
 tiochenes, quò priorem impetrare non po-  
 tuerunt. Aeneas enim tabulas eum precabantur  
 eximere, quibus incisa essent privilegia Iudeo-  
 rum. Sed ne id quidem Titus annuit, verum in  
 eodem statu reliq'is omnibus quæ habebant a-  
 pud Antiochiam Iudei, ad Aegyptum inde di-  
 scessit. Iter autem agendo cum ad Hierosoly-  
 mam venisset, tristèaque solitudinem quam  
 videbat, antiquæ ciuitatis claritudini compara-  
 set, disiectorum opem magnitudinem & ve-  
 tetem pulchritudinem recordatus, miseraba-  
 tur <sup>a</sup> excidium ciuitatis, non sicut aliis fecisset  
 exultans, quod talem ac tantam funditus exci-  
 disse, verum multa imprecans seditionis au-  
 toribus, & quihanc poenam ei inferre coege-  
 re: ita certus erat, quod nunquam virtutem b) Romanorum  
 suam voluisse punitorum calamitate claresce-  
 re. Ex b) magnis enim diuitiis, non minima usq' nō mi-  
 pars in ruinis adhuc inueniebatur. Quædam c) nimam par-  
 vim eruebant Romani, pluta verò captiuis in-  
 dicantibus auferebant, aurum atq; argentum, sū in-  
 aliaque instrumenta pretiosissima, quæ domi-  
 nium.

*Ann. mundi*  
 4035 4  
*Christi natus*  
 73

<sup>a</sup> Titus His  
 resolyma  
 excidium  
 miseratur.

An. mundi ni propter incertam belli fortunam terræ con-  
 didere. Titus autem propositum iter ad Aegy-  
**A Christo** ptum tendens immensa velociter solitudine,  
 anno 74. peruenit Alexandriam: decretisque ad Italiam  
 nauigare, cum se duæ legiones comitarentur, v-  
 tranque vnde venerant remisit: quintam qui-  
 dem in Moesiam, quintam vero decimam in Pan-  
 a Simonem noniam. Captiuorum autem duces Simonem  
 & Ioannem & Ioannem, & alios numero septingentos viros  
 & alios, nū. electos, tam magnitudine corporum quam pul-  
 mero sepsin chritidine præstantes, illicò ad Italiam porta-  
 gentes vi- ri præcepit, cupiens eos in triumpho traducere.  
 ros, Tum Peracta vero nauigatione pro voto, similiter  
 ad Italiam quidem Roma in eo suscipiendo erat affecta,  
 perrars pra- & occursus exhibuit ei quos patri. Clatitudinē  
 cipit. vero Tito pater attulit, qui venit obuiam, eum-  
 que suscepit. Multitudini autem ciuium divi-  
 nam quandam lætitiam suggerebat, quod vi-  
 debat in vnum tres conuenisse. Non multis au-  
 tem diebus post, vnum communem triumphum  
 ob res gestas agere statuere, quamvis utriusque  
 senatus proprium decreuisset. Prædicto autem  
 die, quo futura erat pompa victoriz, nemo ex-  
 tam infinita ciuitatis multitudine domi remain-  
 at. Omnes autem cum exissent, loca vbi tan-  
 tum stare possent occupauerant, quantus spe-  
 & audis imperatoribus modus sufficeret con-  
 cesso necessario transiit. Cum & vero turba mi-  
 litari ante lucem per tutmas atque ordines pro-  
 gressa cum rectoribus suis, & circa ostia con-  
 stituta non palatij superioris, sed prope Isidis  
 templum ( ibi enim principes nocte illa que-  
 sciebant ) prima iam aurora incipiente proce-  
 b<sup>is</sup> Vespes dunt Vespaianus & Titus lauro quidem coro-  
 oriumphales natū, amicti vero patria ueste purpurea: & ad  
 Vespaiani Octavianas ambulationes transeunt. Ibi enim  
 Titus senatus, & ducum proceres, & honorati equi-  
 tes,

us, eorum præstolabantur aduentum, tribu- *An. mundi*  
 nal autem ante porticus factum erat, sellæque *4936.*  
 eburneæ in eo præparatae. Quod cum ascendis- *A Christo*  
 sent, considerunt. Statimque eos militaris fa- *nato 74.*  
 nor excepit, multis virtutem testimoniis præ-  
 dicans. Illi autem inertes erant, in veste se-  
 sica laureis coronati. Perceptis autem laudi-  
 bus eorum Vespasianus, cum dicere adhuc vel-  
 lant, silentij signum dedit. Magnaque omnium  
 quiete facta surrexit, & amictu magnam partem  
 capit is ad operatus, solennia <sup>2</sup> vota celebrauit: a *Vota de*  
 idemque Titus fecit. Perfectis autem votis, *prandium*  
 Vespasianus in commune omnes breviter allo- *ante triunphi*  
 cutus, milites quidem ad prandium, quod his *phum.*  
 ex more ab imperatore parari solet, dimittit. i-  
 pse vero ad portæ recedit, quæ ab eo quod per  
 illum semper triumphorum pompa ducitur, no-  
 men accepit. Ibi & cibum prius capiebant, &  
 triumphalibus vestibus armati, diis ad portam  
 collocatis, cæsa hostia, inter spectacula trans-  
 euntes triumphum ducebant, ut multitudini  
 facilior præberetur asperitus. Pro merito autem  
 narrari multitudo eorum spectacolorum & ma-  
 gniscentia non potest, in omnibus quæ quis-  
 que cogitauerit, vel artium factis, vel disiiliarum  
 opibus vel naturæ nouitate. Nam b *penè* quæ- b *Triumphò*  
 evnque hominibus qui vsquam sunt fortunatis *magnificen-*  
 paulatim quæsita sunt, aliis alia mirabilia atque *ria.*  
 magnifica, hæc vniuersa illa die Romani im-  
 perij magnitudinem probauere. Etenim argen-  
 ti aurique necnon eboris in omni specie ope-  
 rum multitudinem, non vt in pompa ferri cer-  
 neres, sed vt ita dixerim omnia in fluere. & c alias c *Vestes præ-*  
 quidem vestes ex ratiissimis generibus purpura *soffissima.*  
 portati, alias diligentissima pictura variatas arte  
 Babylonica: gemmæ autem clarissimæ tam multæ,  
 alias coronis aureis, alias aliis operibus inclusæ

An. mundi traductæ sunt, ut appareret frustra nos earum  
 vsquam rerum esse aliquid suspicati. Pereban-  
 tur enim simulacra, quæ illi Deos habent, & ma-  
 gnitudine mirabile, & arte non defunctio[n]e fa-  
 ña, horumque nihil non ex preciosa materia.  
 Quin & animalium diuersa genera producebā-  
 tur, propriis ornamentis induita. Erat autem e-  
 tiam quæ singula portaret magna hominū mul-  
 titudo, purpureis vestib[us] atque inauratis orna-  
 ta. Ipsi etiam qui ad pompam fuerant ab alia  
 turba discreti, præcipua & mirabili ornamen-  
 torum magnificentia culti erant. Insuper his,  
 nec captiuorum quidem vulgus inordinatū vi-  
 deres, sed varietas & pulchritudo quidem ve-  
 stiū natā ex fatigatione corporū deformitatem,  
 oculis subtrahebat. Maximè autem stupori erat  
 pegmatum & quæ portabātur fabricatio, pro cu-  
 ius magnitudine timendum viribus portantium  
 occurrentes putabant. multa enim in tertium  
 aīdum quartumque surgebant: & magnificentia  
 fabricæ cum admiratione delebat: multis au-  
 rata veste circundatis, cum aurum præterea fa-  
 cium atque ebur omnibus esset affixum. Multis  
 autem imitationibus bellum aliter in alia diui-  
 sum, certam sui faciem demonstrabat. Erat enim  
 cernere vastari quidem fortunatissimam ter-  
 ram, totas verò interfici acies hostium: & alios  
 fugere, alios captiuos duci: murōsq; excellentes  
 magnitudine machinis dirui, & castellorum ex-  
 cindi munimina, & populosarum ciuitatū mœ-  
 nia disturbari, exercitūmq; intra muros infun-  
 di: cedisq; omnia loca plena, & eorum qui ma-  
 nu resistere non poterant preces, ignēmq; tem-  
 plis immissum, ædiūmque super dominos post  
 scutam vastationem euertiones, atque amnis  
 tristitiam, defluentis non in arua culta, neq; ad  
 dominum vel peccorum potum, sed per terram

a Pegmatū  
fabricato.

ex omni parte flagrantem. Hęc enim Iudei bello passi sunt: ars autem & consectorum operum magnitudo, nescientibus adhuc facta, tanquam præsentibus ostendebant. Erat autem per singula pegmata capte ciuitatis dux, ita ut captus fuerat ordinatus. Multæ etiam naues sequebantur. Spolia vero alia quidē passim ferebantur. eminebant autem ea quæ apud Hierosolymam in templo reperta sunt, mensa & auræ pōderis talenti magni, & candelabrum similiter quidem aurofactum, sed opere commutato ab usus nostri consuetudine. nam media quidem columnā bāsi h̄eberat, tenues autē ab ea cannulæ producebantur, formatæ ad similitudinem fulcinę, ad summum quęque in lychni speciem fabricatæ. erant autem numero sepiē, septimi diei, qui apud Iudeos est, indicantes honorē. Post hęc bīlūdeorum autem portabatur lex Iudeorū, nouissima spo. lex spoliorū liorum. Deinde transibant plurimi victoriæ si-nomifima. mulachra portantes: omnia ex auro & ex ebore facta. Post hęc Vespasianus prior ibat: & Titus deinde sequebatur. Domitianus autem adequitat, ipse quoq. ornatus pulchritudine, dignumque spectari exhibens equum. Pompæ autē finis fuit Capitolini Iouis templum. quod postquā vētum est, constitere. Erat autē vetus mos patrius, operiri donec ducis hostium mortem quispiam nunciaret. Is c erat Simō Giorz, tūc inter capti- c Simon tios in pompa traductus: laqueo vero circumdat- Giora filius tus per fo-uni trahebatur, quo eum simul cæderent qui ducebant. Lex autē Romanis est, ibi ne- dare per care criminum eos morte damnatos. Postquā forum tra- ligitur eum finem vitæ habere nunciatum est, hisur. omniūmque fauor securus est, tunc hostias in- choauere, hisq; secūdo per vota solēnia omne peractis, in palatium recessere. Et alios quidem epulis ipsi excepero, aliis autem omnibus do-

An. mundi  
 4037.  
 A Christo  
 anno 75.

a Mensa au-  
 rea ponderis  
 talenti mo-  
 gni.

c Simon  
 Giora filius

laqueo circu-  
 lis per

hisur.

An. mundi 4034. mi conviviorum instructi erant apparatus. Hunc  
 A Christo enim diem urbs Romana celebrabat, victoriæ  
 anno 75. quidem in hostes gratulatorium, finē verò ma-  
 lorum ciuilium & spei bonæ pro felicitate prin-  
 cipium. Post triumphos verò, & Romani impe-  
 a Vespasia- rij firmissimum statum, Vespasianus a Paci tem-  
 nus Paci rē- plum adificari decreuit. Itaque mira celeritate,  
 plum adifi- & quæ hominum cogitationem superaret, effe-  
 car, de quo etum est. Magna enim diuinarum largitate usus,  
 vide Hero- insuper perfectis id picturæ ac figuræ oper-  
 dicium lib. I. tibus exornavit. Omnia namq; in illud fanū col-  
 lecta ac deposita sunt, quorum visendorum stu-  
 dio per totum orbē, qui ante nos fuerunt, vag-  
 bantur: quomodo aliud apud alios situm esset,  
 videre cupientes. Hic autem reposuit etiam que  
 Iudeorum fuerant instrumenta, his se magnifi-  
 cè ferens. Legem verò eorum, & penetraliū ve-  
 la purpurea in palatio condita seruari præcepit.

### Herodium & Machærum à Basso capia.

#### C A P. XXV.

IN Iudeam verò legatus missus Lucilius Bis-  
 sus, suscepit à Cereali Vetiliano exercitu, ca-  
 stellum quidem Herodium cum præsidio dedi-  
 tione cepit. Post autem omni manu militari col-  
 lecto: multi autem in partes diuisi erāt, & legio-  
 ne decima bellum inferre Machæruni statuit.  
 Valde enī necessarium videbatur id excindere  
 castellum, ne multos sui munimine ad defec-  
 tionem invitaret. Nam & salutis spem habitatori-  
 bus certam, & aggredientibus hæsitationem at-  
 que formidinem natura loci præstare maximè  
 poterat. Nam ipsum quidem quod muro cinctū  
 est, saxosus est collis, in proceram altitudinem  
 surgens, & ob hoc etiā capi difficultis videtur: sed  
 ne vel ascendi posset eō natura excogitarat,

quæ

An. mundi  
4037.  
A Christo  
anno 75.

quæ vallibus eum ex omniparte vallauerat, quærum altitudo oculis comprehendendi non posset: nec transire etat facile, nec aggestu villa ratione compleri possibile. Nam ea quæ ab occidente secat vallis, sexaginta stadiis distenditur, unde Asphaltites lacus ei lîmité facit. ex hoc verò tractu ipse Machætus altissimo vertice supere-  
minet, A septentrione autem & meridie, valles magnitudine quidem supradicta cingunt. simili-  
liter verò sunt inextricabiles ad oppugnationem, eius verò vallis quæ ab oriente est, altitudo nō minor centum cubitis inuenitur: monte verò ex aduerso Machærunti posito terminatur. Ea loci natura perspecta Rex Alexander, primus in eo castellum communiuit, quod postea Gabinius bello cù Aristobulo gesto depositus. Her-  
todi autem regnanti, omnibus locis dignior cu-  
ra visus est, & constructione tutissima propter Arabum præcipue vicinitatem. námque oppor-  
tunè situs est, eorum fines prospectans. Magno-  
ergo locum muro amplexus ac turribus, cuius a Herodes  
tatem illic fecit incolis, vnde in arcem ipsam fe-  
rebat ascensus. Quin & circa ipsumi verticem tur-<sup>rem</sup> magna-  
sus mûrûm ædificauerat, turrèsque in angulis <sup>muro ac tur-</sup>  
sexagenorum cubitorū erexerat. In medio au-<sup>ribus am-</sup>  
tem ambitu regiam struxerat, magnitudine si-<sup>plexius,</sup>  
mul habitationum & pulchritudine locupleté.  
Multas verò cisternas recipiendis aquis abun-  
déque suppeditandis, locis maximè idoneis fe-  
cerat: veluti cù natura certaret, vt quod illa situ b Segistarū  
loci expugnabile fecerat, ipse manu structis mu-  
nitionibus superaret. Insuper b enim & sagitta-<sup>runtq;</sup> mul-  
rum multitudinem machinarumque reposuit: & istud in  
omnem apparatus excogitauit, qui habitatori-  
bus posset magnæ obsidionis præstare contem-<sup>c</sup> Rua mira-  
ptum. Erat c autem in ipsa regia ruta mitabilis bili magni-  
magnitudinis: à nulla enim sicut vel celsitudine audire.

vel magnitudine vincebatur. Ferebant autem eam  
 ex Herodis temperibus perseverasse: mansuetet-  
 que veterius profecto, sed ab Iudeis qui locum ce-  
 perat excisa est. Vallis autem, qua ciuitas a parte  
 septentrionali cingitur, quidam slocus Baaras ap-  
 pellatur, ubi radix eodem nomine gignitur: quem  
 flammæ quidam assimilis est colore, circa vespe-  
 ram verò veluti iubate fulgurans accendentibus  
 eamque euellere cupientibus facilis non est: sed  
 tamdiu refugit, nec prius manet, quam si quis  
 virinam muliebrem vel menstruum sanguinem  
 super eam fuderit. quinetiam tunc si quis eam  
 tetigerit, mors certa est, nisi forte illam ipsam ra-  
 bandam radicem tibi alio quoque modo sine periculo: qui talis est:  
 hanc euellendam. Totam eam circumfodivit, ita ut minimum ex  
 radice terra sit conditum. deinde ab ea religat  
 canem: illaque se qui eum a quo religatus est cu-  
 piens, radix quidem facile euellitur: canis vero  
 continuo moritur, tamquam eius vice a quo her-  
 ba tollenda erat, traditus. nullus enim postea ac-  
 cipientibus metus est. Tatis autem periculis pro-  
 pter unam vim capi eam operæ premium est. Nam quæ  
 vocantur dæmonia, pessimorum hominum spiri-  
 tus, viuis immetta, eosque necantia quibus sub-  
 ventum non fuerit: haec citè etiam si tantummo-  
 salidarum do admoueatur egrotantibus, abigit. Fluunt au-  
 tem ex eo loco aquarum fontes etiam calidaru-  
 multum inter se sapore diversi: Alij namque a-  
 mati sunt, alijs nihil dulcedinis deest. Multi au-  
 tem si quidam aquæ ortus non solù in humilioribus  
 locis fontes alternos habent: sed quod amplius  
 quis miretur, in proximo quedam spelunca cer-  
 nitur, non quidem altè caua, saxo autem immi-  
 nente protensa: super haec veluti duas mammæ  
 inter se paululum distantes eminent: & alte a  
 quidam frigidissimum fontem, altera calidissimam  
 fundit.

fondit: qui mixti lauacrum sua uissimum præ- Ann. mundi  
4037.  
A Christo  
nata 75.  
 bent, multisq; morbis ac vitiis salutare: maxi-  
 mè verò neuorū curationi cōueniens: habētq;  
 idem locus metalla sulfuris & aluminis. Bassus  
 autem contemplatus vndique regionem, valle  
 orientali repleta accessum parare statuit: opūs-  
 que inchoauit, properans aggerem quampluti-  
 num extollere, facilēmque per eum expugna-  
 tionem facere. Qui a verò intus fuerant depre- a Externi  
hensi, ab externis segregati Iudæi, illos quidem Iudæi infe-  
coegere, inane vulgus esse existimātes, inferio- riorem cīni-  
re obseruare civitatē, ac pericula priores excipe tare osseu-  
ze: superius verò castellum ipsi occupatū tene-  
pant.  
 bant, & propter munitionis firmitatē, & vt sa-  
 luti suę cōsulerent. Impetraturos enim se veniā  
 opinabātur, si locū tradidissent Romanis. Prius  
 autem volebant spē declinandæ obsidionis ex-  
 periendo conuincere: ideōq; <sup>b</sup> alaci animo in blindorum  
cum Roma-  
nu cōfisiū.  
 dies singulos excursus habebant, & cū his quos  
 fors obtulisset consertis manibus, multi morie-  
 bantur, multosq; Romanos interficiebant. sem-  
 per autē vtrisq; ex tempore plus victoriæ capta-  
 batur: Iudæis quidem, si incautores aggredere-  
 tur: in aggere autem positis, si improuisum ex-  
 cursum eorum bene septi armis exciperet. Sed  
 non is erat finis obsidionis futurus. Res autem  
 quædam fortuita gesta inopinatam castelli tra-  
 dendi necessitatē Iudæis imposuit. Si at c. inter c. Eleazarus  
 obcessos iuuenis & audacia ferox, & manu stre- Iudei au-  
nuus, Eleazarus nomine. is autem fuerat excur- dacia ferox,  
sab. nobilis, multos egredi aggetum; prohibe- & manu  
 re cogitās, & in præliis semper grauiter Roma- strenuus.  
 nos afficiens: audaciāq; socios prosequens, im-  
 petū quidem facilem his periculo autem vacuū  
 discessum efficiebat nouissimus recedendo. Ita-  
 que discreta quodam die pugna & vtraque par-  
 te digressa, ipse tanquam despiciens omnes, exi-

An. mundi stimans neminem tunc hostium prælium excepit  
 4037. pturum, extra portam remansit: & in muro stantes alloquebatur, totamente ille attendens. Hac  
**A Christo** nato 75. autem opportunitatem vidi quidam ex castris Romanorum Aegyptius, nomine Rufus: & quod nemo sperasset, impetu facto cum ipsis cum armis repente correptu, cum hoc viso, stantes in muro stupor teneret, in castra Romanorum tradu-  
**a Eleazarum** xit. Postquam vero dux nudum præcipit exte-  
 capitur. di, & in aperto constitutum, ut ex ciuitate con-  
 sumq. dum spiceretur, cædi verberibus, vehementer Iudeos  
 nudum ex- confudit easus iuuenis, vniuersaq; ciuitas in fle-  
 zendi, & ver tu & questibus, vnius viri clade perculta. Id ubi  
 beribus radi Bassus animaduertit, consiliorum aduersus ho-  
 principit. stes hoc principiū sumpsit: eorumq; miserationē augere cupiēs, quatenus coacti pro eius salu-  
 te castelli traditionē facerēt, quod sperauit ad-  
**b Eleazaris** eptus est. Nā b ipse quidē, velut mox Eleazarum  
 calamitas suspensus, crucem defigi iussit. ea vero com-  
 Iudeos ad specta, maior castellanos dolor inuasit, & vultū  
 deditioñem do querebantur, intolerabilem esse calamitatē  
 commones. vociferantes. Tunc igitur Eleazarus eos orabat,  
 ne vel se despicerent, mortem miserrimam su-  
 biturum, sibique ipsis salutem præberent, post-  
 quam iam subacti omnes Romanorum viribus  
 ac fortunæ concederent. Illi autem & eius ser-  
 mone fratti, & quod multi iatus pro eo preca-  
 bantur (ex magna enim & numerosa cognatio-  
 ne genus ducebat) & contra ingenium suum mi-  
 sericordia vieti sunt: & quibusdā celeriter mis-  
 sis colloquebantur, castelli traditionem facere  
 petentes, ac redditio sibi Eleazaro, sine meru di-  
 mitti. Cùn autem his assensus esset dux Roma-  
 norum, multitudo ciuitatis interioris, intra se-  
 paratim cum Iudeis cognita pactione, ipsi clam  
 nocte aufugere statuerē. Cùm vero portas ape-  
 tuissent, ab his qui deditioñem promiserant ad  
 Bassum

Bassum nuncius venit, siue inuidia sautis eorum  
siue formidine, ne eorum fugae causam ipsi pre-  
starent, sed fortissimi quidem fugientium, qui  
praecesserant, euasere, reliquorum autem viri  
quidem mille septinginti perempti sunt, mu-  
lierculæ verò & pueri in seruitum ducti. Spon- a Iudeis  
fiones autem cum his qui castellum dedidere 1700. ab Ro-  
habitas, Bassus conseruandas esse ratus, & ipsos manu per-  
dimisit, & Eleazarum reddidit.

An. mundi  
4037. A  
Christo nato  
75.  
*mana per-  
empti.*

*De Iudeis à Basso interemptis & Iudea  
dividenda.*

C A P. XXVI.

**H**is b autem administratis, in saltum, qui ap-  
pellatur Iardes, ducere properabat exerci-  
tu. multi enim illuc congregati esse nunciaban-  
tur, qui pridem tempore obsidionis, ex Hiero-  
solymis & Machzante profugerant. Ergo cùm  
ad locū venisset, neque falsum fuisse nunciū re-  
perisset, primò quidem omnem locum cum e-  
quitibus cingit: ut si quis Iudeorū conatus fuis-  
set evadere, fugiendi per equites copiam non  
haberet: pedites autē syluam iussit cedere, in  
quam confugerrant. Hoc modo ad necessitatē  
adducti sunt fortiter aliquid faciendi, velut ex  
audaci certamine fortasse fugam etiam reperi-  
rent. Itaq. simul vniuersi, & cū clamore impe-  
tu facto, in eos à quibus cincti fuerant, irrunt.  
Illi autē fortiter excipiebant: multaque his au-  
dacia, illis cōtentione v̄sis, diu quidē præl. ù tra-  
tū est, non autē similis euenit finis pugnæ cer-  
tātibus. Nā Romanorum quidē XII. tantū cōti-  
git occubere, neq. multos sauciari: Iudeorū ve-  
rò ex illo prælio nullus euasit. Sed cū nō es-  
sent pauciores tribus millibus prostrati sunt o-  
ffices: eorumque dux Iudas Iaii filius, de quo  
suprà meminimus, qui ordinis cuiusdam præposuit.

b Iardes syk  
ua ab Ro-  
manis cing  
ta.

An. mundi 4037. cùm Hierosolyma obsideretur, quibus demersus fuerat cloacis, latenter effugit. Eodem verò tempore Cæsar etiā ad Liberiū Maximum scripsit (erat autē procurator) ut omnē terram venderet Iudaorū, nec enim ciuitatē in ea condidit propriū seruans sibi eorū agrū. Solis autem contingentis militibus illic relictis, locum dedit quem incolerent, qui vocatur Ammaus, distat autē ab Hierosolymis 30. stadiis. Stipendium vero v. icunque degerent Iudeis indixat: bināsq. drachmas singulis annis deferre in Capitolium iussit, ta ut antehac Hierosolymorum templo pendebat. Et res quidem Iudaorum illo tempore hunc statum habebant.

*Decade Antiochi Regis & erupione Alarorum in Armeniam.*

C A P. XXVII.

**I**AM verò quarto Vespasiano administrante Imperium, contigit Comagenes Regem Antiochū in maximas clades cum tota domo incurere, ex causa huiusmodi. Cecinnius b Petus, b Antiochū qui tunc Syria administrabat, siue re vera, seu Cesennius p. opter inimicitias Antiochi (certum non val. Petus Syria dè patefactum est) literas ad Cæsarem misit, Administra- tlochum dicens deficere ab Romanis cum Epis- tor corā Ca- phane filio decreuisse, pactis habitis cum Re- sare accu- ge Parthorum, proptereaque debere illos antē sat.

capete, ne si priores nouas res addicti essent, totum Romanorum imperium bello perturbarent. Non erat autem Cæsar huiusmodi nūcium ad se perlatū neglecturus. Nam vicinitas Regum, maiore negotiorum prouidentia dignum esse faciebat. Samosata enim Comagenes maxima ciuitas iuxta Euphratē sita est: ut esset Parthis (enamque id cogitauere) facilissimus transitus, tunc autem receptaculum, pide ignis habita, & po-

testate sibi permissa ut ageret quod expedire *An. mundi*  
 videretur, negligendum putauit. Subito & tamē 4037. *A*  
**Antiocho** eiūsque socius nihil opinantibus in *Christenato*  
**Comagenē** ingressus est, ex legionibus quidem *75.*  
 sextam dicens, & insuper quasdam cohortes, *2 Cesennius*  
 alāsque equitū habebat aurem auxilio **Reges**, *Antiochum*  
**Chalcidicæ** Aristobulum, **Emesæque** Sohemū. *Subito mne-*  
 Introitus autem illis erat sine certamine, quod *dis.*  
 nemo indigenarum manus volebat opponere.

**Antiochus** enim insperato percussus nuncio,  
 bellū quidē contra Romanos nec cogitatione  
 concepit. Decreuit autē toto regno in quo erat *b. Antiochus*  
 statu relīcto, cum coniuge ac liberis egredi, hoc *prius regne*  
 se Romanis purū ab ea suspicione quæ sibi in- *cum coniuge*  
 gereretur probatum esse ratus, progreslisque de *ac libera e-*  
 ciuitate centum triginta propemodula stadiis, *gradis, quam*  
 in campo tabernaculum ponit. Petrus autē in *cum Roma-*  
 Samosatam qui eam capesserent mittit. & per nū pugnare.  
 eos ciuitatem tenebat, ipse verò cum alio mili- *decrevit.*  
 te in Antiochum ire tendebat. Non tamen Rex  
 vel ipsa necessitate adductus est aduersum Ro-  
 manos aliquid bellicum getere, sed fortunam  
 suam questus, quiduis pati sustinebat. adolescē-  
 tibus autē bellique peritis, vique corporis præ-  
 stantibus filiis eius non erat facilē in calamita-  
 te sine pugna durare. Itaque ad virtutē se confe-  
 rū: Epiphanes & Callinicus. Vehementi autē pu-  
 gna per totam diem habita, insigni fortitudine  
 demonstrati sunt, nullaque parte suarum viriū  
 diminuta discedunt. **Antiochus** neq. pugna  
 hoc modo peracta manere domi tolerabile vi-  
 debatur: sed abducta coniuge cū filiabus in Ci-  
 liciam fugit, atque hoc facto militum suorum  
 animos fregit, nam veluti desperato ab eo re-  
 gno defecere, & ad Romanos se transtulere, o-  
 maiūmque erat desperatio. Ergo priusquā peni-  
 gus destituerentur auxilis, Epiphani cū ex-*c.*

*c. Antiochus*  
*cum coniuge*  
*& filiabus*  
*in Ciliciam*  
*fugit.*

*An. mundi* teris seruare se ex hostibus erat necessarium:  
 4037. *A* si quinque omnes equites decem, qui cum his v-  
*Christo nato* nā transgressi sunt flumen Euphratem. hinc sā  
 75. sine metu profecti, cūm ad Vologesem Parthe-

*a Epiphanis* rū Regem venissent, nōn quasi profugi despecti  
*ad Vologe-* sunt, sed ac si fortunā pristinā retinerent, omni  
*rum Regem* honore dignati sunt. *Antiochū* verò, vbi Tar-  
 sum Ciliciæ venit, missō Centurione Petusvin-  
 etum Romam transmisit. *Vespasianus* autē ita  
*fuge.* Regem ad se deduci non passus est: dignius esse  
*b Antio-* ratus, veteris amicitiæ habere rationem, quām  
*chus capitur.* belli occasione inexorabilem iracundiam serua-  
 re. Itaque iubet ei iter agenti aufetri vincula,  
 intermissaque interim profectione Romam, a-  
 pud Lacedæmonem degere: magnos verò ei pe-  
 curiæ regiūs præbet, vt non modò copiosè, sed  
 etiam regiæ victum haberet. His Epiphanes &  
 cateri cognitis, qui patri ante metuebant, ma-  
 gna cura & inextricabili animos relaxerunt, &

*c. Antiochus* ipsi quoque spē reconciliandi cum Cæsare cō-  
*cum Casare* ceperit. Cūm autē etiam Vologeses de his scri-  
*recesserit.* pslisset ad Cæsarem (nec enim quis feliciter  
 agerent, extra Romanum vivere patiebatur im-  
 perium) & cūm Cæsar his mansuetè facultatem  
 dedisset, Romam venerunt patre autē ad eos ex  
 Lacedæmonie statim aduecto, cū omnis honor  
 eis haberetur, ibi mansere. Alanorum autem  
 natio, quod quidem Scythæ sint, iuxta flumen  
 Tanain & Mæotides paludes sedes habentes,

*d. Alani Me* iam quodam loco memorauius. His d verò  
*diā terram* temporibus inito consilio, vt terram Mediam,  
*pradædicau* & vltierius prædandi causa peruaderent, cūt  
*saperuadūt.* est illius transitus dominus: quem Rex Alexan-  
 der ita fecerat, vt potis ferreis clauderetur: A-  
 ditu autem sibi præbito, vniuersi nihil suspican-  
 tibus Medius incumbunt; corūmque fines popu-  
 loſo s,

Iosés, omnigenūque pecorum pīno diripiabant, cum scilicet nullus auderet. Nam qui regnū eius tetræ obtinebat Pacores metu perculsi in difficultiora loca refugiens, ceteris quidem bonis omnibus cesserat: vix autem ab illis coniugem ac concubinas suas captas, datis centum talentis redemerat. Summa ergo facultate sine pugna prædabundi, & usque ad Armenia meniam vastantes omnia præcessere. Eius autem Tyridates Rex erat. Qui cum his obuius bello conflixisset, non multum absfuit, quin viuus in illa acie caperetur, Procul enim quidam millo eum laqueo circundatum tracturus fuerat, nisi celeriter gladio rupisset laqueum, atque ita effugisset. Illi autem pugna multò magis efferati, terram quidem depopulati sunt: magnam verò hominum multitudinem, aliāque ducentes prædam ex utroque regno ad sua domicilia rediere.

### *Excidium Massada castelli munitionis.*

#### C A P. XXVIII.

**A** pud Iudeam verò mortuo Basso, Flavius Silua in administratione succedit & alias quidem terram bello subiectam videns, vnum autem adhuc rebelle superesse castellum, omni quæ in illis locis habeatur manu collecta, aduersus id militem mouit. Nomen est autem castello Massada. Princeps verò sicariorum à quibus fuerat occupatum, erat vir præpotens Eleazarus, ex origine Iude, qui non paucis Iudeis persuaserat, ut ante diximus, ne profissionem facerent, quando censor Cyrenius in Iudeam missus est. Tunc enim sicarij conspirauerunt in eos, qui Romanis dicto audientes esse vellet: omniisque modo his quasi hostibus ut-

*An. mundi 4038.  
A Christo nato 76.*

An. mundi bantur, diripiendo quidem & abigendo eosum  
4038. A bona, ignem verò domibus iniiciendo. Nihil e-  
Christo na- nimi illos ab alienigenis differe dicebant, qui  
so 76. pugna etiam petédam Iudeorum libertatē tan-  
ta ignavia prodidissent: magisque se optare sub  
Romanis seruitium professi essent. Erat autem  
id planè causatio, & crudelitatis atque auaritiae  
dicebatur obtenuit manifestum autem rebus ef-  
fectum est. Nam idem illi & defectionis socij  
fuerunt, & bellum cum Romanis communiter  
suscepere. Causa verò peior illorū in eos facta  
est: & cum mentita prior eorum reselleretur oca-  
sio, peius tractabant eos, qui nequitiae suæ iu-  
a Tempus a- stis assertionibus exprobrarent. Fuit enim quo-  
pud Iudeos dammodo illud tempus apud Iudeos omnium  
omnium ge- generum malitia fœcundissimum: ut nullum  
norum mali opus intermitteretur infandum: nec si quis ex-  
sue ferun- cogitando fingere voluisse, haberet quo magis  
dissimum. nouum aliquid inueniret. Ita & priuatim &  
communiter omnes vnum erant, & exsuperare  
alium aliis tamen impietate quam iniquitate in  
proximos certabant: potentes quidem multitu-  
dinem male tractando, multitudo verò ad in-  
teritum potentium properando. Illis autem e-  
rat dominandi cupiditas: his autem vim facien-  
di, bonaque locupletum diripiendi. Primi qui-  
dem sicarij fuere iniquitatis in propinquos &  
crudelitatis autores, nullo neque verbo indicto  
ad iniuriam, neque facto intentato ad exitium  
eorū quibus insidarentur penitus prætermisso.  
Verum & hos Ioannes moderatores esse de-  
monstravit. Non solum enim onines interficie-  
bat qui necessaria & profutura suaderent, tan-  
quam inimicissimos maximè ciues eiusmodi im-  
petens: sed etiam patriam malis plurimis cumu-  
lauit: qualia facturus fuerat qui Deum quoque  
iam esse ausus impietate contempneret. Nam &  
meas;

b Ioannes  
Giscala.

mensa nefaria vescebatur, & legitimā pātriām-  
 que exterminauerat castimoniā: vt iam sit mi-  
 nimē mirum, si mansuetudinis communionem  
 minimē seruabat hominibus, qui Dei pietā-  
 tem furore contemperserat. Rursus <sup>a</sup> Simon Gio-  
 rā, quid mali non commisit, quāve liberorum <sup>a Simon Gior</sup>  
 corporum iniuria tempestauit, qui eum creaue-  
 re tyrannum? Quæ verò eos amicitia, quæve  
 cognatio ad quotidianas cædes non ferociores  
 effecit? namque alienos quidem malè tractare,  
 inertis nequā tia opus esse arbitrabantur: claris-  
 sum verò gloiam parere crudelitatem in fa-  
 miliarissimos existimabant. Horum furoris <sup>a</sup>  
 muli, etiam <sup>b</sup> Idumæi fuere: illi enim sceleratis-  
 simi peremptis Pontificibus, ne qua pars con-  
 seruaretur pietatis in Deum, totum quod ex ci-  
 uitatis facie supererat, abscidere, summā inque  
 pet omnia iniustitiam induxerunt: in qua illud  
 hominum genus, qui <sup>c</sup> Zelotæ appellati sunt, <sup>c Zelotes.</sup>  
 viguit: qui nomen factis verum probauerunt.  
 Omne enim malitiæ facinus emulati sunt, nullo  
 inæmulato, quod ante commissum memoria  
 tradidit, prætermisso quamvis nomen sibi ex  
 bonorum æmulatione imposuissent: qui eos  
 quos læderent, propter effectam sui naturam ca-  
 uillaudo fallebant, qui malorum quæ maxima  
 essent bona ducebant. Itaq. <sup>d</sup> debitum vitæ fi-  
 nem inuenire, metita illis omnibus poena Dei <sup>d Debitum</sup>  
 voluntate decreta. Cuncta enim quæ natura ho-  
 minis posset ferre supplicia, in eos usque ad ex-  
 tremum vitæ terminum congesta sunt, quæ va-  
 riis perempti cruciatibus pertulere. Fortasse  
 dixerit aliquis minora eos quām cōmisere per-  
 pessos, verūm qua tandem digna tantis sceleri-  
 bus poena affici poterant? De illis autem qui in  
 eorum crudelitatem inciderunt non est huius  
 temporis pro metito cōqueri. Rursus igitur ad

*An. mundi* eam narrationis partem redeo, vnde digressus  
4038. *A* sum. Venit<sup>a</sup> enim dux Romanorum contra  
~~ma~~ Christo Eleazarum, & qui cum eo Massadam tenebant,

**76.** sicarios, exercitum ducens, & fates quidem sta-  
~~ta~~ *Silua dux* tim omnes obtinuit, præsidiiis ubique locis op-  
~~Romanorum~~ portunissimis collocatis: castellum autem muro  
~~Massadam~~ circumdedit, ne quis obsecorum fugiendi fa-  
cilitatem haberet, utque custodes persevera-  
tent. ipse vero castris locu occupat ad obsedio-

**•** nem quidem idoneum, quem delegerat. qua  
parte castelli rupes monti proximo applicab-  
tur, cæterum difficilem ad copias utensilium.  
Non solum enim correatus ex longinquu, &  
cum labore Iudeorū maximo portabatur, qui-  
bus hæc fuerat cura mandata, verum etiam po-  
tus aliunde in castra ducebatur, quoniam in eo  
**b** *Massada* loco nullus fons proximus nascebatur. His **b** au-  
tem dispositis, Silua obsidionem aggressus est,  
artis ac laboris egenem, propter castelli muni-  
tione, cuius natura huiusmodi est: Saxum gyro  
non exiguum, & excelsum longitudine, vndiq.  
abruptis atque altis vallibus cingitur inuisibili  
super fundo habens scopulos: ipsaque omnium  
sunt animalium gressibus inaccessæ, nisi quod  
duobus modis idem saxum in difficilem expli-  
c *sterperfa* catur ascensi. Est **c** autem unum iter ab lacu  
xum *colub*. Asphaltite ad solis ortum, & alterum ab occi-  
ber dictum. dente facilius ambulati. Vocatur autem unum  
coluber, ex angustia crebrisq. flexibus capra si-  
militudine. Quæ enim prominet rupe, frägitur,  
ae saepe in se reuertens, paulatim cursum produ-  
cit: vixq. illo itinere gradiens promouet pe-  
dē, namque mutanti vestigiū, necesse est ab al-  
tero pede niti. Est autē certa pernicies, si quis la-  
batur: altitudo enim rupiū utrinq. dehiscit, ut  
quæ horrore quævis terrete audacissimæ possit.

*Perciusmodi* viam cum xxx. stadiis ascenderis,  
auod

quod restat verticis est non in acutum finē coa- *An. mundi*  
 & i, sed vt habeat in summo planiciem. In hac *4038.*  
 primus quidem Ionathas Pontifex castellum *A Christo*  
 ædificauit, & appellauit Massadam. Post autem *nato 76.*  
 Herodi magno studio fuit loci illius structio.  
 Nam & murum per omnem eius gyrum erexit,  
 Itadiorum spatio septem, è candido lapide fa-  
 ctum & duodecim altum. latūmq. octo cubitis:  
 & viginti septem turrem quinquagenorum cubi-  
 torum in eo stabant: ex quibus aditus erant in  
 ædes circa omnem murum intus ædificatae.  
 Rex & enim verticem, quod fœcundus omniq;  
 planicie mollior esset, culturæ destinauerat: vt a *Verion*  
 si quando extetorum alimentorū penuria cō- *fæcundus*,  
 tigisset, ne hac quidem laborarent, qui salutem *omniq. pla-*  
*suam castello credidissent. Quin b& regiam sibi *nicie mol-**

*ædificauerat, ab occidentalis partis ascensu, in. litor.*

era incœnia quidem arcis posita, vergētem au- *b Regia He*  
 tem ad septentrionem, regiæ verò murus erat *redū.*  
 magnus, ac firmissimas quatuor celsitudine sexa-  
 genorum cubitorum in angulis turrem habebat.  
 Membrorum autem intus, & porticum itēmq.  
 balnearum vatria erat & sumptuosa cōstruc̄io.  
 columnis quidem è singularibus saxis vndique  
 substitutis, parietibus autem membrisq. solida  
 compage lapidum variatis. Ad singula verò ha-  
 bitacula, & in summo, & circa regiam, & ante  
 turrem multos magnōsq. puteos in scopulis exci-  
 derat, custodes aquarum: tantam molitus abun-  
 dantiam, quam antam qui fontibus vterentur habe-  
 rent. Fossæ verò iter ex regia in arcem summam  
 ducebāt, quas fortis nemo cernebat. Sed ne ma-  
 nifesta quidem viæ facilem sui usum præbere  
 hostibus poterant. Nam orientalis quidem via  
 natura est inaccessa, vt supra memorauimus.  
 Occidentalem verò magna in angustia posita  
 ursi conclusit, quæ non minore mille cubito,

*c Turrem ver-*  
*sum occiden-*  
*tem exirem-*  
*psa.*

*Ann. mundi* rum spatio ab arce distaret, quam neq; transire  
 4038. posse, neq; capi facile videbatur. Inextricabilis  
*A Christo* autem, quamuis licenter ambulantibus, fuerat  
 anno 76. fabricata. Ita quidem aduersus hostiles impetus  
*a In castello* natura simul & manu castellum erat communis-  
*magna com-* tum. Intus autem depositi apparatus, magis &  
*meatus co-* diuturnitatem & opulentiam iuuere, nam &  
*pia.* frumentum multum era conditum, & quod in  
 longum tempus sufficere posset: vinumq; mul-  
 tum & oleum: insuper autem cuiusq; leguminis  
 fructus, & palmulæ coaceruatz. Cunctaque re-  
 perit Eleazarus, castello per dolum cum ficiatis  
 occupato, matura, nihilque recens depositis de-  
 teriora: quanquam ferè ex quo apparata sunt, ad  
 excidium à Romanis illatum, centum annorum  
 tempus agebatur. Quinetiam *b* Romani fructu  
 reliquias incorruptas offendere. Si quis autem  
 causam diuturnitatis auram esse existimet, non  
 errauerit, quod arcis altitudine ab omni terre-  
 na ac foecula materia sit remota. Inuentia est  
 autem omnigenum quoque armorum multitu-  
 do, ab Rege condita, quæ decem millibus viro-  
 rum sufficerent, ferrumque infectum, necnon  
 æris & plumbi mater' a: quippe ut magnis de cau-  
 sis factum crederes apparatum. Aliunt *c* enim

*b Fructu*  
*ad centum*  
*annos incor-*  
*tupis.*

*c Herodes*  
*duplex peri-*  
*culum suspi-*  
*cans, castel-*  
*lum sibi ad*  
*refugium*  
*parans.*

Herodem id ipsum castellum sibi ad refugium  
 paranisse, duplex periculum suspicantem: vnum  
 quidem ab Iudeorum populo: ne se deposito, il-  
 los qui ante a Reges fuerant, ad Principatu re-  
 duceret. Alterum verò maius atq; atrocius, ab  
 Regina Ægypti Cleopatra. Hæc enim suam fer-  
 tentiam non celabat, sed cum Antonio sèpè ver-  
 ba faciebat, postulans Herodem interfici, sibi  
 autem obsecrans regnum Iudeorum donari. Et  
 magis quis miraretur, nōdum eius imperio An-  
 tonium parans, malè eius amore mancipatum,  
 quam non donaturū sperasset. Propter eius mor-  
 di me-

di metus Herodes conditam Massadam, extre- An. mundi  
403. A  
Christo nato  
76.  
mum belli contra Iudeos Romanis opus reli-  
quit. Nam quia foris iam locum omnaem muro  
cinxerat dux Romanorum, sicut supra diximus,  
ac ne quis effugeret diligentissime procuraue-  
rat, incipit oppugnationem, uno tantum loco re- a Circa  
Massadam  
perto, qui aggerum iam posset excipere. Nam aggerum ia  
titudine, multumq. potrepta: celsitudine autem tam encipere  
Massadæ trecentis cubitis inferior, quam Leu- posst.  
cen appellabant. Hanc igitur Sylua ut ascendit  
ac tenuit, aggerem apportare militibus iussit; il-  
lis autem alacri animo & magna manu operan-  
tibus, solidus ad ducitos cubitos erectus est tu-  
mulus. Verum neque firma, neque sufficient  
machinis ferendis hæc mensura videbarat; sed  
super eum tribunal, constructis faxis ingentib.  
factum est, altum itemq. latum cubitis L. Erat  
autem & aliarum machinarum fabrica illis assi-  
milis, quas primò quidem Vespasiano ad oppu-  
gnationes, postea verò Titus excogitauerat: &  
tutris sexaginta cubitorum effecta est, tota fer-  
ro concepta. unde multis balistarū & tormento-  
rum iaculis Romani citò eos repulere qui de mu-  
ro pugnabant, & caput exerere prohibuerent. Si-  
mul b aurē ingenti etiam ariete fabricato, Silua b Ingenti  
arieti fabria-  
to, Silua  
crebrò mu-  
rum pulsar-  
iubet.

*Anno m̄di titudo: & inter eos ambos replebāt aggere spa-*  
**4038.** *tium, ne verò crescente cumulo terra defueret;*  
*A Christo* *aliis, transuersis trabibus quas in longitudinem*  
*m̄mo 76. i* *posuerant colligabāt. Erat ergo illi opus quidē*  
*ædificio simile: sed quod sedenti inferebantur*  
*machinarū i&us euanescebant, lutōq. subsiden-*  
*te strictorem fabricā faciebant. Hoc vbi Sylua*  
*consideravit, igni magis murū captum iri putās,*  
*multas quidē ardētes faces militibus interò ia-*  
*culari præcepit: murus autem, quippe ut magna*  
*ex parte lignis constructus, ignem cito compre-*  
*hendit: & vsq. ad imum sui laxitate calefactus,*  
*ingenti flamma colluxit. incipiente quidem ad-*  
*huc incendio, spirans aquilo Romanis erat hor-*  
*ribilis: auertēs b enim desuper flammam in eos*  
*abigebat, & penè machinas quasi iam cōflagra-*  
*turas desperauerant. deinde flatu mutato, veluti*  
*divina prouidentia excitatus austus multa vi in*  
*aduersum eum murū repolit: iamq. totus arde-*  
*bat ex alto, Romani quidem cum Dei veteren-*  
*tur auxilio, ad castra lēti digrediebantur, decre-*  
*to hostes luce aggredi, & nocte vigilias accura-*  
*tiores facere, ne quis eorum clam subterfuge-*  
*ret. Sed neque ipse Eleazarus de fuga cogitabat,*  
*neque alij cuiquam permissurus erat ut face-*  
*ret. Videns autem murum igne consumptum,*  
*alium verò nullum salutis modum neque vir-*  
*tutis excogitans: sed his quæ Romani in se libe-*  
*rōsq. suos & coniuges facturi essent si vicissent,*  
*ante oculos positis, de omniuim morte consiliū*  
*cepit: idq. ex præsentibus fortissimum ratus, va-*  
*lidioris animi sociis vesperi cōgregatis, talibus*  
*eos verbis ad facinus inuitabat. Cum c olim vo-*  
*c Eleazaris decretum sit: viri fortes, neq. Romanis, neq.*  
*ad socios o- cuiquam alij servire, nisi Deo: is enim solus est*  
*ratio.* *verus & iustus dominus hominum: ecce nunc*  
*tempus adest, quod factis vestros probare ani-*  
*mos*

mos iubeat. Ne igitur nos de honestemus, ante An. mundi  
4038. A  
Christi nato  
76.  
 quidem servitute intolerabiles poenas subitum:  
 si viuos in Romanorum potestatem venire con-  
 tingat. primi enim omnium ab his defecimus,  
 & nouissimi cum his bellum gerimus. Puto au-  
 tem & hanc nobis à Deo gratiam datam, ut be-  
 ne ac liberè possimus mori, quod aliis non eue-  
 nit præter spem superatis. Nobis autem certum  
 est, orto die futurum excidium. Libera est au-  
 tem strenua mortis conditio cum affectibus:  
 nec enim prohibere id hostes possunt, qui pro-  
 fecto nos optant viuos abducere, neq. nos illos  
 iam possumus superare pugnando. Nā <sup>a</sup> fortas-  
 se quidem ab initio statim oportet, quando li- a Eleazarus  
iram Dei in-  
nobisipsis acerba peiorāq. ab hostib. euenciebat, daicūm fa-  
de Dei voluntate coniicere, & scire, quod ami-  
ca ei quondam Iudeorum natio damnata esset  
intetitu: manens enim propitius vel saltem no-  
 bis leuiter infensus, nunquam tantorum qui-  
 dem hominū perniciem neglexisset: sacratissi-  
 mam verò urbem suam igni hostium excidiōq.  
 prodidisset. Nos autem soli scilicet ex omni ge-  
 nere Iudeorū sperauimus seruata libertate su-  
 perare, tanquam nil in Deum deliquissemus,  
 nulliusque culpx participes fuissimus, qui alios  
 quoq. docuimus. Itaq. videtis quemadmodum  
 nos vana expectasse redarguit, fortiore nobis  
 speratis rebus malorum necessitate illata. Nee  
 enim quicquā nobis castelli natura inexpugna-  
 bilis profuit ad salutem. sed & alimentorum co-  
 piam, & armorum multitudinem, aliūmque ha- b Patra erū-  
bentes abundantissimum apparatus, ipso Deo minimo, qua-  
 manifestissimè auferente spem salutis perdidisti. furore capto-  
 mus. Ignis enim qui ferebatur inter hostes in ædi- Iudei corri-  
ficatum à nobis murum nō sponte reuersus est. gentiles ay-  
 Sed b hæc multorum ira sunt criminum, qui fu- si fuerint

An. mundi 4038. A Christo nato 76.  
 tore capti contra gentiles ausi sumus: pro quib<sup>z</sup>  
 quæso ne Romanis inui<sup>t</sup>issimis pœnas, sed per  
 nos ipsos Deo præsternus. istæ autem illis mode-  
 ratores sunt. morientur enim coniuges iniuria  
 vacuæ, liberi seruituris expertes. Post illos au-  
 tem ipsi nobis honestam inuicem gratiam præ-  
 a Libertate beamus, libertate<sup>a</sup> seruata optima sepultura.  
 seruata. Prius tamen & pecunias & castellum igne ex-  
 prima sepulramus. Mœrebunt enim Romani, certè scio, si  
 tura. neq. corpora nostra tenuerint, compendiōq. ca-  
 ruerint. Alimenta sola relinquamus. hæc enim  
 nobis erunt testimonio mortuis, quod non pe-  
 nuria victi sumus: sed ita ut ab initio statuera-  
 mus, morte seruituti prætulimus. Hæc dicebat  
 Eleazarus: sed non in eundem modum præsen-  
 tium sententiaz congruebant: sed alij quidem  
 ei obedire properabant, & quasi voluptate re-  
 plebantur, pulcram esse mortem existimantes.  
 Qui verò molliores erant coniugum ac familia-  
 sum suarum misericordia, vel etiam propriis  
 quenq. apertissimus deterrebat interitus, aliūsq.  
 alium intuens, coctrarium voluntatis sux mo-  
 tum lacrimis designabant. Quos cùm vidisset  
 Eleazarus formidare ac magnitudinem consilij  
 animis frangi, pertinuit ne etiam eos qui for-  
 titer dicta perceperunt, effeminenter flentes  
 ipsi ac deplorantes. Ergo exhortationem non  
 intermisit: sed erectior, multoque repletus spi-  
 ritu, clariorem de immortalitate animæ oratio-  
 nem incipit: magnaque usus exclamacione la-  
 crymantes attentius aspectans: Plurimum, b in-  
 quæ, opinione deceptus sum: qui putarem viros  
 fortes pro libertate certantes, mori benè malle,  
 quam vivere. Vos autem ne cuilibet quidem  
 homini, quicquam neque audacia neque virtute  
 præstatis, qui etiam magna mala effugituri,  
 mortem timetis: cum oportet vos super hoo  
 neque

b Eleazarus  
de immortalitate animæ oratione.

neque cunctari neque expectare monitorem. An. mundi  
4038. A.  
Christo nasc  
76.  
Olim enim & à primo sensu nos erudire sacræ  
patriæ orationes, maiorum quoque nostrorum  
factis & animis confirmantibus, perseverabant:  
quod viuere hominis est, non mori, calmitas.

Nam mors quidem libertatem animis præstans,  
ad proprium purumque locum eas dimittit, ab  
omni clade futuras intactas. Donec <sup>a</sup> autē mortali  
tali corpore vincitæ sunt, vñaque malis eius im-  
mortali cor-  
plentur, quod verisimile dicitur, mortuæ sunt. *pore vñ-*  
*Diuino enim cum mortali societas turpis est. Etia.*  
Multum <sup>b</sup> quidem potest anima iuncta cū cor- <sup>b</sup> *Virtus a-*  
*pore: instrumentum enim facit suum, latenter anima.*  
id mouens, & ultra mortalem naturam gestis  
producens: Veruntamen cum pondere, quo in  
terram detrahitur, quodq. ab ea pendet, absolu-  
ta, proprium locum receperit, tunc beatam &  
vndiq. liberam participat fortitudinem, huma-  
nis oculis, vt ipse Deus inuisibilis manens: neq;  
enim cum est in corpore, cōspicitur. Nam & ac-  
cedit occulta, neq; rursus cum recedit videtur,  
vnam quidem ipsa habens incorruptam natu-  
ram, corpori autem causam præbens mutatio-  
nis. Nam quod anima attigerit, hoc viuit atque  
vigeret: vnde vero digressa fuerit, hoc marcidū  
moritur: tantum immortalitatis ei superat. Et  
<sup>c</sup> huius orationis argumētum vobis sit somnus: <sup>c</sup> *Somnus*  
in quo se collectæ animæ, nusquam eas distra- *immortali-*  
*hente corpore, iucundissimam quietem agunt: talis anima*  
cū Deo vero pro cognatione degentes, vbiq. *argumentū.*  
adsunt, ac multa futura prædicunt. Cur igitur  
mortem timere conueniat, qui somni diligimus  
quietem? quemadmodum autem non sit deme-  
tissimum, brevitatem vitæ sequentes, sibimet  
inuidere perpetuam? Oportebat quidem nos  
domestica institutione meditatos, aliis esse ex-  
emplo promptæ voluntatis ad mortem. Atta-

*Anno mundi 4038. A nno Christi 76.* men⁹ si ab alienigenis etiam rei fides petend⁹ est, Indorum videamus sapientia professores. Il⁹ li enim cum sint boni viri, vita quidē tempus, quasi quoddam necessarium natura munus, ini⁹ti sustinent: properat autē animas corporibus a Indorum soluere, nulloque vrgēte neque exagitante ma⁹lo, prope et immortalis cōversationis desideriū, professores, aliis quidem prædicūt se esseabituros. nec est, sapros con⁹ erant.

qui prohibeat quisquam, sed omnes fortunatissimos appellantes eos, ad familiares suos mādata mittunt: ita certam verāmque animis esse inter se consuetudinē credidore: ipsi autē cum mandata perceperint, igni traditis corporibus, ut immaculata purāque anima secesserunt, laudati moriuntur. Facilius enim ad mortem illos amicissimi prosequuntur, quam exterorum hominum quisquam suos ciues in longinquā peregrinationem ituros. Et se quidem ipsos deflent, illos autem beatos dicunt, quod immortalita-

*b Adhortatio ad commendationem rei statu de sumpia.* tis ordinē iam recipient. Non ergo nos pudebit, si deterius Indis sapiamus, propriaque ignorantia leges patrias, quæ omnibus hominibus zemulandæ videntur, in honeste despiciamus: quam & si contraria nos à principio instituisset eruditio, quod summum bonum est hominibus viuere, mors autem calamitas: attamen tempus nos adhortatur eā bono animo & facile tolerare, Dei voluntate & necessariō morituros. Olim enim quantum apparet, cōtra omne Iudæorum genus hoc decretum posuit Deus, ut vita carceremus, qui ea non eramus, quemadmodum oportebat, v̄furi. Non ausim enim nobis met ipsis as-

*c Exemplum ab Indis Casarsa inseparabili pe-  
culium.* scribere, neque Romanis gratificari, quod nos omnes eorū bellū absumpserit. Non enim viribus illorū hæc accidere: sed causa fortior interueniens, illis præstigit ut vincere videtur. Quibus enim armis Romanorum perempti sunt, quib

qui Cæsaream incolebant Iudei: ac ne defectu-  
ros quidem ab illis, dum diem septimum cele-  
brarent, aggressa Cæsariensium multitudo, ne-  
que repugnantes, cum coniugibus ac liberis  
mactauerunt: nec vel ipsos erubuere Romanos,  
qui nos tantummodo hostes, quod defecera-  
mus, putabant. Sed dicet aliquis, Cæsariensibus  
semper cum suæ ciuitatis Iudeis fuisse discor-  
diæ, tempusq; nactos vetus odium exsaturaſ-  
ſe: quid ergo de Scythopolitanis dicemus? No-  
biscum enim illi propter Græcos bellum gerere  
ausi sunt, ac non cum propinquis nostris Roma-  
nos vlcisci. Multum igitur his fides illorum ac  
benevolentia profuit: siquidem ab ipsis cum ro-  
tis familiis acerbissimè trucidati sunt, ac pro au-  
xiliis gratias ei reddidere: nam quæ illos à no-  
bis pati prohibuere, hæc passi sunt, velut ea ipse  
committere voluissent. Longum fiet, si velim  
nuno separatum de singulis dicere. Nostis enim,  
quod Syriæ ciuitatum nulla est, quæ non Iudeos  
apud se habitates occiderit, nobis quam Roma-  
nos plus inimicos. Vbi etiam Damasceni, cum  
ne causam quidem probabilem confingere po-  
tuissent, ciuitatem suam cæde nefaria repleue-  
re, octodecim b millibus Iudaorum cū coniugi-  
bus ac familiis iugulatis. Eorum autem multi-  
tudinem plagiæ in Aegypto peremptorum 60.  
millium numerum audiebamus excedere. Illi  
quidem fortasse in aliena terra, cum nullum in-  
uenissent hostibus aduersarium, ita sunt mor-  
eui. At omnibus qui domi cum Romanis bel-  
lum suscepere, nihil deerat eorum, quæ spem  
totam possent præbere victoriæ. Arma enim &  
muri, & castellorum inexpugnabiles fabricæ, at-  
que interiti spiritus ad pericula pro libertate  
subeunda, cunctos ad defectionem reddit for-  
tiores: sed hæc ad paucum tempus suffici-

An. mundi  
4038. A  
Christi nativit  
76.

An. mundi sent, s<sup>e</sup>que sustulissent, maiorum malorum ex-  
4038. citate principium. Omnia enim capita sunt, om-  
A Christo niaque hostibus succubuerunt, velut illorum  
nata 76. nobilioris causa victoriae, non ad eorum salu-  
tem, à quibus infrausta fuerant, apparata sunt. Et in prælio quidem mortuos beatos existimari o-  
portet, repugnantes enim & libertate non per-  
dita periisse. Eorum <sup>a</sup> verò multitudinis, qui à  
Romanis subiugati sunt, quis non misereatur? qui  
quisve non antequam illa patiatur, mori pro-  
pere? quorum alijs torti, tamq; igne quam ver-  
beribus excruciatu periisse, alijs semel à bestiis  
ad secundum eorum cibum viui feruati sunt: il-  
lorum quidem miserrimi habendi sunt, qui ad-  
huc viuunt, qui sape mortem oprantes non ac-  
cipiunt. Vbi est autem illa magna ciuitas? Aut  
vbi est quæ totius gentis Iudeæ metropolis fuit?

Tantis quidem murorū septis munitione, tec-  
verò ante muros castellis turriisque obiectis  
mœnibus tuta, belliique apparatum vix capiens,  
ter autem virorum pro se pugnantium multitu-  
dinem continens, quid nobis facta est, quæ Deū  
habere incolam credebatur? Radicitus <sup>b</sup> ex fun-  
damentis erecta est, solaque eius monumenta  
restant, eorum à quibus excisa est imposita re-  
liquis castra. Senes verò infelices ad cinerei  
templi assident, & paucæ mulieres ad turpissi-  
mæ pudoris iniuriam ab hostibus referuant. Hęc  
secum reputans quisquam nostrum, aspicet  
solem durabit, etiam si viuere sine perieulo pos-  
fit? Quis inimicus adeo patriæ, quis tam imbel-  
lis, aut parcus animæ, ut cum non peniteat hu-  
usque vixisse? Atque utinam omnes fuissetis  
mortui, prius quam illam sacram ciuitatem ho-  
stium manibus videremus excindi, prius quam  
templum sanctū tanta impietate funditus erui-  
t<sup>c</sup> sed quoniam spes non inservia nos illexit, quod  
forse

¶ Hierosolyma Iudeæ  
metropolis  
radicatu ex  
fundamen-  
tu aspera.

forte poterimus pro ea hostes vlcisci: nunc au- An. mundi  
4038.  
A Christo  
nato 76.  
tem euanuit, ac solos necessitati dereliquit, mo-  
ri benè properemus, nostrimet ipsi miserear-  
mūr, & coniugum liberotūmque duni nobis li-  
cet à nobisip̄s misericordiā capere. Ad 2 mor-  
tem nanq; ipsi nati sumus, & quos ex nobis ge-  
nuimus, cāmque fugere ne fortissimi quidem  
possunt. iniuria vero & seruitus, & videre con-  
iuges ad turpitudinem duci cum liberis, nō est  
malum hominibus ex naturæ necessitate pro-  
fēctū: sed hæc sua timiditate perforunt, qui ante  
morti cum licuit noluere. Nos autem multum  
freti fortitudine, à Romanis defecimus: & po-  
strem nunc illis ad salutem hor̄antibus, non  
parvimus. Cui bigitur non est eorum iracundia bEleazarus  
manifesta, si nos vius subiugare potuerint? Mi- Indus Re-  
serandi quidem adolescentes erunt, quodcum manorum  
vires corporis ad multos sufficient cruciatus: crudelitati  
misericordiā autem proue&ores, quorum ætas expensis.  
clades ferre non poterit. Videbit aliis coniuge  
abduci, aliis manibus reuinētis vocem filij pa-  
trem implorantis exaudiet. Sed dum liberi sunt  
& gladios habent, pulcrum ministerium nobis  
præbeant, expertes seruitutis hostium. Moria-  
mus liberi, cum filiis & coniugibus vita dece- c Marij;  
damus. Hæc nobis leges præcipiunt, hæc nos ber, apudim  
coniuges & filij deprecantur, horum necessita- das; honor  
tem Deus misit, his contraria Romani volunt, & gloria.  
& ne quis nostrum antè excidium pereat, ti-  
ment. Pestinemus igitur eis, pro sperata potundi  
nostrī voluptate, stuporem mortis admiratio-  
nēque relinquere audacia.

Adhuc cum orare cupientem omnes inter-  
pellabant: & effrenato quodam impetu pleni,  
ad opus incitabant: ac veluti laruis exagitati, a-  
lius alium antecapere cupiebat: hoc specimen  
esse fortitudinis, rēq; consilij existimātes, ne

# FLAVII IOSSEPHI

**An. mundi** quis extremus remanere videretur. Tantus  
**4038.** eos & coniugum, & filiorum & propriarum cædis  
**A Christo** amor inuasit. Sed nec, id quod aliquis putauerat,  
**nato 76.** cum facinus accederent obtusi sunt, verum  
**alud aornus** eam seruare sententiam, quam cum dicta percipi-  
**propria et-** perent, habuerunt: proprium quidem charum-  
**da amor.** que affectum retinentibus cunctis, rationi vero  
cedentibus, quia iam optimè filii consulueris-  
sent. Simul enim valere vxoribus cum ample-  
xu dicebant, ac liberos gremiis captos extre-  
mum lacrymantes osculabantur: & simul tan-  
quam manib[us] alienis iussa peragentes volen-  
tes eos configerant: malorum quo subditi ho-  
stibus passari fuerant cogitationem, habentes  
pro solatio necessitatis ad cædem. Denique ne-  
mo hac audacia minor inuentus est. Cunctis  
autem coniunctissimos transfixerunt: miseri, qui-  
bus id necesse fuit, quibusque filios atque u-  
xores occidere, malorum omnium videbatur  
esse leuissimum. Igitur neque horum iam fa-  
torum dolorem tolerantes, & interfectos Iz-  
sos existimantes, si vel breuissimum tempus eis

**Iudei** uni superuiuerent, cito quidem vniuersis bonis  
*ueris bonis* in unum congestis ignea iniiciunt, sorte vero  
in unum cœ. ex numero suo decem lectis omnium percusso-  
gestis ignem ribus, vniuersi etiam propter liberos ac coniu-  
ngentes. ges prostratos compositi, ebsque complexi ma-  
nibus, patato animo se macandos præbebant  
infelicissimum illud exhibentibus ministerium.

**c Sorte docē** Isti autem intrepidè cunctis occisis, eandem  
*lecti reli-* sortis legem in sua quoque morte statuerunt,  
*quos Iudeos* ut cui obtigisset, nouem perenaptis semet super  
*crucidans.* eos occideret. ita omnes sibi confidebant, quod  
neque in audendo, neque in sustinendo facinore,  
præstaret alius alij. Et ad extremum cæteri  
quidem se neci supposuere: unus vero atque  
auissimus, circumspeta multitudine mortuo-  
rum,

rum, ne quis fortè ipso multa cæde superesset qui *An. mundi*  
 suæ manus egeret: vbi cognovit omnes perem- 4038.  
 ptos, ignem quidem immittit regiae: vehementi *A Christo*  
 verò manu toto per se transacto gladio, iuxta ~~nata~~ 76.  
 suos affectus occubuit. Et illi quidem perie-  
 rant, nullam credentes animam ex numero suo  
 Romanis subditam reliquisse. Latuit autem una  
 mulier senior, & alia quædam Eleazari cognata,  
 plurimum doctrina sapientiaque mulieribus  
 præstans, & quinque pueri per cuniculos qui a-  
 quam sub terra potui ducebant abditi, cum a-  
 lij cædibus occupatas mentes haberent, qui e-  
 rant nongenti numero & sexaginta, cum mu-  
 lieribus simul ac pueris. Hæc autem calamitas  
 acta est Aprilis mensis quintodecimo die. Ro-  
 mani <sup>a</sup> autem adhuc pugnam expectantes ma- *a Romanis*  
 ne aggeribus scalarum pontibus iunctis muros *pugnam ex-*  
 aggrediebantur. Cum verò hostium neminem *peccanti.*  
 viderent, sed vndeque versus acerbam solitu-  
 dinem, ignemque intus ac silentium, quid fa-  
 ctum esset coniiceret non poterant: & ad extre-  
 mum velut impellentes iustum arietis, vulatum,  
 si quem fortè prouocarent, de derunt. Clamo-  
 ré autem sensere mulieres, & ex cloacis emer-  
 se, factum Romanis ut erat indicarunt, altera  
 earum quemadmodum dicta vel gesta fuissent  
 omnia narrante manifestè. Non tamen Roma-  
 ni facilè his verbis adducebantur, ausi magni-  
 tudinem verisimilem non credentes. Ignem  
 verò extinguere conabantur, pérque hanc viā  
 sedantes cito in regiam petuenero: conspecta-  
 que multitudine mortuorum, non ut in hosti-  
 bus gauisi sunt: sed consilij fortitudinem, & ob-  
 stinatum in tanto numero rebus ipsis contem-  
 ptum mortis admirabantur.

*b Romanis*  
 consilij for-  
 titudinem &  
 obstinatum  
 contemptum  
 mortis ad-  
 mirantur.

FLAVII JOSEPHI

Interius Sicariorum, qui in Alexandriam  
& Thebas profugerant.

CAP. XXIX.

An. mundi  
4038.  
A Christo  
anno 76.

**H**uiusmodi autem peracto excidio in castello quidem praesidium dux reliquit: ipse vero cum exercitu ad Cæsarem profectus est. Nec enim quisquam supererat in illis regionibus hostium, sed iam tota Iudea belli fuerat longinquitate subuersa: multisque suorum etiam procul incolentibus sensum perturbationis ac periculum exhibuerat. Nam & circum Alexandria Egypti ciuitatem postea contigit multos Iudeorum perire. His enim qui ex factione sicariorum illuc effugere potuerunt, non satis erat saluos esse: verum & illic nouas res conabantur, ut libertatem defendenteret, & Romanos quidem nihil se meliores putarent, Deum vero solum Dominum dicentes. Cum autem quidam iis Iudeorum non ignobiles aduersarentur, illos quidem macravere, alios vero instabant, ad defctionem eos hortantes. Eorum autem videntes confidentia principes seniorum, iam cobiret eorum sibi non esse arbitrabantur: sed congregatis omnibus in congregationem Iudeis, sicariorum temeritatem publicabant, illos omnium malorum causa esse demonstrantes: & nunc aiebat illos, quod nec si fugissent certam spem salutis habituri viderentur: à Romanis enim cognitos statim perituros esse, sibi debita calamitate replere eos qui nullius fuissent delicti participes. cauendum igitur ab eorum exitio multitudinem monebant, & ut pro se Romanis ipsorum traditione fatisfacerent. His dictis, prospexa periculi magnitudine paruere, multoque impetu sicarios aggressi corripuerunt. quorum sexcenti quidem statim capti sunt: qui

veri

verò in Aegyptum Thebasq; illius tractus elapsi *An. mundi*  
fuit, non multo pòst comprehensi reducti sunt: 403B.  
Quorum non est qui duritiam sive confidentia *A Christo*  
sive pertinacia voluntatis sit dicenda, nō obstu- *nate 76.*  
pescat. Omni<sup>3</sup> enim genere tormentorū & ve- *a Varietor*  
xatione corporum in eos excogitata, ob hoc so- *mentorum*  
lummodo ut Cæsarem dominum faterentur, & vexatio-  
nem cessit, neq; dicere velle visus est: sed om- *nū genera,*  
nes illa necessitate validiorem sententiam con- *in eis exco-*  
seruauere, tanquam brutis corporibus non ani- *gitata, qui*  
mis etiam cruciatus ignēmq; susciperent. Maxi- *Cæsarem do-*  
mè verò puerorum ~~etas~~, miraculo spectantium *minum fa-*  
fuit: nec enim vel eorum quisquam commotus *teri recusat.*  
est, ut dominum Cæsarem nominaret: vsq; ad eō  
corporum infirmitatem vis audaciæ superabat.

*Onias templum clausum apud Alexandriam.*

### C A P.      X X X.

**L**opus tunc Alexandriam rector administrabat, & de hoc ad Cæsarem motu velociter retulit. Ille autem inquietum Iudeorum circa res nouas studium cauendum esse existimans, ac veritus ne rursus in vnum congregarentur, & quosdam sibi adiungerent, præcepit Lupo, ut templum Iudeorum, quod esset apud Onion (quæ sic appellatur) ciuitatem destrueret: Hæc autem est in Aegypto: quæ ob hanc causam & colli cœpit, & nomen sumpsit. Onias b. Simonis b. Onias avi filis, unus ex pontificibus, ex Hierosolymis fugatus, Antiocho Rege Syriæ cum Iudeis bellum lemas in gerente, Alexandriam venit: & à Ptolemao supcipitur humanissimè, propterea quod Antiochus erat inimicus: ait se gentem Iudeorum templum eius auxilio sociaturum, si dictis suis obtemperasset. Cum autem Rex ea quæ possent fieri

An. mundi annuisset, rogauit ut in aliqua parte Aegypti templum sibi ædificare permetteret, & more patrio Deum tolere. Ita enim & Antiochum magis odiosum Iudeis, qui templum apud Hierosolymam vastauisset, ipsique benevolentiores eos fore, eoque multos ad eum religionis diligentia colligendos. Patuit his Ptolemaeus, eique locum dedit centum & octoginta stadiis à Memphis distantem: Heliopolitanus autem ille tratus dicitur: ubi castello fabricato, Onias a templū in Aegypto exiit, plus quidem dissimile ei quod est in Hierosolymis, turrim autem similem exstruxit, ingentibus saxis sexaginta cubitis erebat. Aræ autem fabricam secundum patriam imitatus est, & donariis similiter exornavit, præter candelabri confectionem. Candelabrum enim non fecit, sed informatum aureum lychnum tanquam iubaris luce radiantē, de aurea catena suspendit. Totum vero circa templum spaciū coēto latere circumdedit, saxeas portas habente. Concessit autem Rex etiam multū agri modum, ac pecuniae reditus: ut & Sacerdotibus esset copia ad multa, quæ Dei cultus desideraret. Non tamen hæc Onias sana voluntate faciebat, sed erat ei contentio cum Iudeis apud Hierosolymam degentibus, propter fugæ memorem iracundiam: & hoc templo ædificato, arbitrabatur ad id se omnein ab Hierosolymis multitudinem reuocaturum. Fuerat autem olim prædictio quædam annis nongentis septuaginta: Esaiásque prædixerat huius templi futuram in Aegypto constructionē à quodam viro Iudeo. Tempulum quidem ita fuerat ædificatum. Lopus autem templū rector Alexandriæ susceptis literis imperatoris cum ad templū aduenisset, nonnullis ahætis donariis templū claudit. Postmodum Lupo mortuus Paulinus, qui eius potestati successit, neque

neque donatiōrum quicquam reliquit ( vche- Ann. mundi  
menter enim Sacerdōtibus commissatus est, ni- 4038. A  
si omnia protulissent ) neque ad templum reli- naro ( Christo.  
gionis causa adire volentes admisi: sed clausis 76.  
foribus ita inaccessum fecit, vt ne vestigium  
quidem diuini cultus in eos resideret. Tempus  
autem fluxerat usque clausum templum, ex quo  
fuerat conditum, anni trecenti triginta tres.

*De imperfectione Iudaorum apud Cyrenam.*

CAP. XXXI.

**A**vdacia verò sicariorum, veluti morbus qui-  
dam, etiam ea quæ circum Cyrenam oppi-  
da erant, contigerat. Elapsus enim ad eam Io-  
nathas homo nequissimus, arte textor, non pau-  
cis imperitorum ut se attenderent persuasit:  
perduxitq; eos in solitudines, cum signa & um-  
bratum imagines se polliceretur ostendere, &  
alios quidem hæc agendo atque fallendo late-  
bat. dignitate verò præstantes Cyrenensium Iu-  
dæorum apparatum eius & profectionem Pen-  
zopolitanæ Libyæ rectori Catullo prænunciant.  
Ille autem equitibus ac peditibus missis, iner-  
mes facile comprehendit: & magna quidem a Ionathis  
pars manibus interit, nonnulli autem viui ca-  
pti, ad Catullum perduci sunt. Autor autem  
consilij ionathas tunc quidem potuit effugere:  
multum verò ac diligenter per omnes quæsitus  
regiones captus est, adductusque ad Catul-  
lum, sibi quidem moram pœnæ moliebatur. Ca-  
tullo autem iniquitatis præbuit occasionem.  
Nam ipse quidem locupletissimos Iudaorum  
falso insimulans, autores sibi huius consilij fuis-  
se dicebat. Catullus autem criminaciones ala-  
cri animo suscipiebat, remque delatam multi-

a Ionathis  
sociorum  
pars manib.  
interit, non-  
nulli viui  
capti ad Ca-  
tullum per-  
ducuntur.

**An. mundi** modè cumulabat, tragicis etiam verbis exaggrē  
**40;8.** rans, vt & ipse quoddam bellum Iudeorum cō-  
**A Christo** fecisse videretur: quodq; hoc atrocius est, præ-  
